BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
31
4 C
17
FONDO EBORENSE

Guidonis
Papæ
Decis

Digitized by Google

DN. GVIDONIS PAPAE I. V. DOC. CLARISSIMI,

DECISIONES GRATIONOPOLITANAE.

Summarijs denuò, Additionibusq́; illuſtratæ, adiecto ad calcem libri rerum ac uerborum Indice locupletiſsimo.

BIBLIOTECA NAZ. V. EM. VITTORIO EMANUELE



LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LIIII.

314017

BIBLIOPOLA INGENVO LECTORI SALVTEM.

GVIDONIS Papæ nomen, ingenue lector, re, famaq; clarum, ſummis & multis multorum laudibus celebratum, immortalitate dignum eſſe, eis neutiquàm eſt obſcurum, qui in publicis, forenſibusq; cauſis quotidie uerſantur. Cuius quidem uiri monimenta cùm anteà mutila & corrupta, temporũ iniuria, & hominum ſocordia, neglecta iacerent, nos inſtitutũ noſtrum in Rempub. ſuſtinentes, auideq; colentes, curauimus, imò omnem mouimus (quod aiunt) lapidẽ, ut ille tandem aliquando in lucẽ prodiret, nobis quidem authoribus, doctißimorũ uerò hominũ opera, ſuo nitori priſtino integritatiq; reſtitutus. Haſce enim quæſtiones atq; adeò deciſiones Senatus Grationop. (cui ille ipſe præfuit) pro rei dignitate, temporis cauſarumq; uarietate Author ſumma fide in unũ corpus collegit: collectum edidit in communem omnium ſtudioſorum utilitatem: editũ nos per manus maiorum accepimus, illum quidem ita corruptũ, deprauatũ ac ſibi diſsimilem, ut quenq; etiam ſibi familiarẽ, lectione & obtutu primo feſelliſſet, niſi ei priſtinam dignitatẽ, habitum, filum, compoſitionemq; reſtituiſſemus. Atque ne uerba dare, aut (ut aiunt) fumos tibi uendere uideamur, rem accipe. Nos uetuſtiorũ exemplarium fide, amicorum, eorumq; non uulgaris diſciplinæ induſtria adiuti, primùm dedimus operam, ut euulſis innumeris erratis, Author integer & incolumis prodiret: proximè, Summarijs impensè neceſſarijs, Indice item copioſo & fideli illum illuſtrauimus. Quid plura? Nec oleo, nec operæ pepercimus, tuo unius nomine. Proinde tuarum erit partium, quod à nobis alacri promptoq; animo profectum eſt, æquanimiter excipere. Vale, & conatibus noſtris bene precare.

ANTONIVS RAMBAVDI INGENVO CANDIDO'QVE LECTORI SALVTEM.

*

E S T *enim ueri boni à natura nobis ingenerata cupido,ut dicit Leonardus Aretinus,in Iſagozico in libros morales Ariſtotelis, ad Galeotum edito. Et (ut alibi teſtificatur fons eloquentiæ Marcus Tullius) alijs quoque nati ſumus : & tantum quidem eſt in communem hominum ſocietatem conferendum,quantũ quiſque & ingenio,& opere,ac labore aſſequi ualuerit. Quoniam (ut inquit Ariſtoteles Princeps ille Peripateticorum) omne bonum quantò communius,tantò melius. Ideoq; poſt lucubrationes meas in pluribus & diuerſis Italicarum uniuerſitatum Gymnaſijs ineunte adoleſcentia luſtratis peractas, & deinde ſeptennio in multis Academijs partium Franciæ,tum publicè, tum priuatum legendo iura ciuilia & canonica,fuiſſem profeſſus : Grationop.ueniens nonnullorum precibus illic deuictus, à meatu in laicum directò greſſum cohibui:& in Delphin.unde parentes mei digreſſi fuerant,in illuſtri ipſius ſupremo Delph. conſiſtorio poſtulando ſedem ſtatui. Vbi quippe,dum à nonnullis requiſitus eſſem, ut deciſiones dicti inſignis conſiſtorij, numero ſexingentas trigintaduas, à quodam ſpectabili nobiliq; & egregio domino Guidone Papæ legum Doctore,& conſiliario Delph.benemerito cõpilatas:iamq; pedetẽtim, ut autumauerim,uitio impreſſorum ſeu librariorũ multis modis atq; innumeris mendis reſperſas emendarẽ, limaq; correctionis tranſcurrerẽ : ipſe profectò non ingenio fretus,ſed requiſitione pulſus,pariter & concitatus inſtinctu inquam naturæ:quæ homines etiam hominum cauſa (ut ſuprà innui) procreatos eſſe uo-*

 luit,

luit, ut ſibi alterutrum, quacunque poſſent ratione, auxilio forent. Quamobrem ego Anton. Rambaudi, *de genere nobilium* Rambaudorum *de monte* Guardino, Vapicenſis *diœceſis, prouinciæ* Delph. *inter iuriũ profeſſores minimus, id opus aggreſſus ſum, interq́; corrigendum quaſdam epiſtolas utiles atque neceſſarias in locis opportunis addidi, breuiq́; tempore hoc anno labente,* M. ccccciij. *circa feſtiuitatem omnium* Sanctorum, *ad laudem* Dei *abſolui, quas commilitonibus meis forenſi ac literaria militia* Grationopoli *militantibus unà cum opere ipſo omni menda expurgato dedo, & conſecro; quasq́; omnium iudicio corrigendas exhibeo.* Idcirco, *quæſo tu lector, ne eas liuore oblatrandi, ſed amore ſtudendi ſedulò legas atque perlegas: ſanè quid beneuolè perlectis iuuabit.* Verùm, & *ſi quippiam in ipſis uel minus ſapidum, uel minus diſerte, aut parum eleganter dictum offenderis, hoc tua prudentia ſupplere curabis.* In *illis uerò, ſi quicquam tibi aliquandoquidem profuturũ, ac frugi occurrerit, idipſum maximo optimo* Deo *aſcribas, & gratias agas, laudésque referas ipſis præſtantiſsimis profeſſoribus, eiſdem in additionibus prænotatis, qui nos ſuis glorioſis doctrinis illuſtrarunt.*

*

DOM. GVIDONIS PAPAE, AD LECTOREM PRAEFATIO.

a CVM hominis memoria[a] tam labilis[b] ſit, quòd
b omniũ habere memoriam,& nihil obliuiſci potius
diuinitatis, quàm humanitatis exiſtat (ut inquit
Imperator Iuſtinianus in l.ij.§. ſi quid.C.de uete.
c iure enuc.& not.in c.porrecta.[c] extrà,de confir.uti.uel inuti.)
Ideò hoc attendens ego Guido Papæ, legũ doctor,inter cæteros
minimus,anno primo, quo fui aſſumptus conſiliarius in curia
parlamenti Delph.uidelicet,anno domini M.ccccxliiij.præſens
opus compilare inchoaui, pro mei memoria laboriſq; aliena-
tione in futurũ: & duxi in ſcriptis redigendum,prout infrà per
modum quæſtionũ,ritum deciſionum Rotæ curiæ Romanæ in-
ſequendo. Primò,caſus dubij in iure, magis ſingulares (prout
occurrent) qui ex deliberatione dictæ curiæ parlamenti in iure
determinabuntur,ſubijcientur. Secundò,caſus,quos uidi tem-
poribus meis, & uidebo in futurum in dicta curia parlamenti,
& cæteris curijs præſentis patriæ de ſtylo & conſuetudine ob-
ſeruari, etiam ſubiungam : cùm ſtylus & conſuetudo curiarum
pro lege haberi debeant:ut eſt bonus tex.de hoc in l.ſi quoniam.
d in fine.C.de iniurijs. & inſti.de ſatiſd.in §.fi.[d] & in l.generali-
e ter.C.de reb.credi.& iureiur.& in auth.[e] in §. illo cuſtodiẽdo.
f Ita dicit Rayn.de ſabanaco, in ſua repetitione l.more maiorũ.
ff.de iuriſd.om.iud.& Spec.in tit.de ſententia.§.iuxta.uer.quid
g de interlocutoria.in fine.uerſi.[g] & ualet conſuetudo in his,quæ
circa iudicia ſunt.C.de priui.ſchola.l.fin.in princ.& alibi dicit
Innoc.quòd illud, quod fit ſecundum conſuetudinẽ, dicitur fieri
ſecundũ ius.in c.cum ueniſſet.extrà,de eo,qui mit.in poſ. Quia
conſuetudo eſt de iure ciuili,in §.ex non ſcripto.inſtitu.de iure
nat. Ita,quòd ſi feratur ſententia expreſſè cõtra ſtylum curiæ,

a ipſa eſt nulla [h], ac ſi contra legem foret lata: cum uicem legis
b obtineat: [i] iuxta not. per Cyn. in l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſſa. in iij. quæſtio. quod tenet dictus dominus Rayn. de ſabanaco, in d. l. more maiorum. Et *quia etiam aliqua ſingularia uidi, quæ temporibus meis occurrerunt, ipſa ſubiungam in diuerſis paßibus præſentis libri pro memoria in futurum illorum, qui in libro hoc ſtudere, & legere uoluerint, quoniam omnia fructuoſa in futurum eſſe poterunt tam iudicibus, quàm practicantibus.*

a ¶ Memoria. *Quidnam ſit memoria, & quotuplex, uide dominũ Alb. de roſa. in uerſi. memoria.*

b ¶ Labilis. *Maximè ſenis, quia homo primò læditur in memoria, ſeneſcendo: ut per domi. Albe. de roſate, ubi ſupra.*

c ¶ In c. porrecta. *In glo. in uerſi. non credamus.*

d ¶ In §. fin. *uerſi. quam formam iuncto. ibi, quæ omnes, &c.*

e ¶ De iudi. *colum. vj.*

f ¶ In §. *Sedebunt.*

g ¶ Ver. quid de interlocutoria. in fi. *Vult allegare uerſi. in ſumma. in prin. ibi, niſi loci, uel fori, conſuetudo aliud inducat.*

h ¶ Ipſa eſt nulla. *Hoc intellige, quãdo conſuetudo fuerat articulata, & probata: aliàs ſecus: quia conſuetudo eſt incerta, cùm ſit facti, & in facto conſiſtat. c. j. de conſti. libro. vj. Et ita intelligitur opinio Ideo. de ra. allega. per d. Cyn. in l. ij. in fi. quando prouo. nõ eſt ne. Et iſtud uerũ, niſi ipſa conſuetudo ſit generalis uel notoria. de primo per do. Bald. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. in j. col. in uerſic. uel dic. de ſecundo per eundem do. Bald. in l. generaliter. C. de epiſco. & cle. in j. col. in j. oppo. ibi, iſtam etiam theoricam.*

i ¶ Vicem legis obtineat. *Et ideo ſtylus ſeu longæuus uſus cauſarũ poteſt allegari pro iure, ut not. doct. Card. in cle. ſæpe deo. de uerbo. ſignific. in §. & quia. in vj. nota.*

DECISIONES SENATVS GRATIONOPOLITANI, *opera & induſtria clariſsimi* I. V. D. *Guidonis Papæ collectæ.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus quando ſit competens in beneficialibus.*

2 *Petitorium & poßeßorium inter ſe nihil habent commune.*

3 *Iudex tẽporalis an poteſtatẽ habeat in beneficialibus. Et an in clerũ. nu. 4.*

QVAESTIO PRIMA.

IN manibus magiſtri Cathalani chãterelli, ſecretarii Delph. mota in dicta curia Parla. inter Priorẽ Lancii ex una parte, & Priorẽ ſancti Roberti ex altera, ad cauſam ſuorũ prioratuum ſuper ſuo poſſeſſorio ſeu quaſi decẽ ſeſtariorũ bladi per dictũ Priorẽ Lãcii exigi, ut aſſerit, ſolitorũ à dicto Priore ſancti Roberti ſuper decimis ſuis, quas idẽ Prior percipit in parochia de Mẽdres, qui Prior ſancti Roberti in dicta cauſa oppoſuit declinatoriã fori, dicẽdo ꝙ huic curiæ Parla. nõ cõpetit cognitio huius negotii, cùm cauſa decimarum ſit merè ſpiritualis. Quæritur nũc, an dictus Prior ſancti Roberti bene opponat declinatoriã fori. Et uidetur, ꝙ ſic, ut tenet Ant. de But.
1 in c. fi. de iudi. * Sed cõtrariũ dicẽdum uidetur: quia quãdo agitur ſuper poſſeſſorio uel quaſi etiã
a in ſpiritualibus [a] uel beneficialibus cauſis iudex laicus eſt iudex cõpetens, ſecundum opinionem Vincentii: quam recitat Io. And. in c. fi. extrà de iudi. Idem tenent Archi. & Inno. ut refert Anto. de But. in d. c. fi. Et eſt ratio, quia poſſeſſoriũ non eſt quid ſpirituale:
b ſed tẽporale [b]: ut dicit Archid. in c. j. de reſtitutiõe ſpoliatorũ. lib. vj. Et do. Franciſcus de zabarel-
c lis in clemẽtina diſpendioſam. [c] de iudiciis. & Guilielmus de mõte lauduno in cle. j. de cauſa poſ. & proprietatis. Et uidetur uelle
d gl. [d] in c. literas. de iuramẽ. calũ.
2 * Nec eſt incõueniẽs, ꝙ reſpectu eiuſdẽ rei petitoriũ ſit ſpirituale, & poſſeſſoriũ tẽporale, cũ nihil cõmune inter ſe habeãt: iuxta l. naturaliter. in §. nihil cõmune. ff. de acqui. poſ. Et ideò in dicta cauſa per dictã cãm fuit declaratũ, & ordinatũ die xij. Mart. M.cccc-xliiij. dictã cauſam nõ fore remittẽdã. Et ſecũdũ qđ refert do. Pet. Papæ, patruus mei Gui. Papæ, in quodã ſuo cõſilio, ſtylus curiæ parla. regii Pariſius in materia poſſeſſorũ cauſarũ beneficialiũ fundat intẽtionẽ ſuper hoc dicto Vincẽtii in caſu nouitatis. de quo caſu nouitatis tãgitur plenè per Io. Fabr. in §. retinẽdæ. inſti. de in-

terdictis. & per Cyn. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. & tetigi j. q. ccccclij. Et pro hac parte ſecũ dum eundẽ dom. Pet. Papæ facit c. cauſam. lo. ij. extrà qui filii ſint legitimi. ubi Papa mandat iudiciũ poſſeſſoriũ relinqui rẹgi Angliæ pro cognitione ipſius poſſeſſorii habẽda. Ad idẽ in ſimili fuit iudicatũ in dicta curia parla. die ſententiarum natalis do. M. cccclv. inter duos presbyteros, uidelicet inter Priorẽ Magdalenen. Gratinopo. agentẽ ex una parte, & præceptorem ſancti Antonii Gratinopo. in poſſeſſorio reintegradę poſſeſsio. ſuper quadam annua penſione, qua dictus Prior dicebat ſe ſpoliatũ per denegationẽ dicti pręceptoris, quã ſententiã recepit Io. Cabodi ſecretarius Delp. & tunc do. Ludouicus de laual fuit præſens in prolatione dictarũ ſententiarũ. Ad idẽ fuit iudicatum in hac curia in quadã alia cauſa inter perſonas eccleſiaſticas in poſſeſſorio reintegrandę rei ſpiritualis, puta decimarũ, M. ccccclix. prout habetur j. q. ccvij. Ad idẽ cognouit dicta curia parlamẽti de poſſeſſorio retinendæ in beneficialibus etiam inter duos presbyteros, ut uidetur j. q. lxxxv. De poſ-
3 ſeſſorio autem* adipiſcendæ in beneficialibus non cõſueuit hęc curia cognoſcere. quia plus habet petitoriũ, quàm poſſeſſoriũ, & plus ſpiritualitatis quàm tẽporalitatis. Per quę ſequitur incidẽs
4 quæſtio:* Vtrum iudex tẽpora-

lis habeat poteſtatem ſuper electò uel in rebus ſpiritualibus. uide tres caſus. in c. tua. & j. extrà de decimis. in gl. Corroboràtur præmiſſa reſcripto papali extracto per dictũ dominũ Guidonem Papæ à regiſtris curiæ regię Lug. Cuius tenor ſequit de uerbo ad uerbum. Martinus epiſcopus ſecũdus, ſeruus ſeruorũ Dei, ad futurã rei memoriã apoſtolicæ ſedis æqua & circumſpecta prouiſio, quorũlibet iura, & tranquillitatem confoueri ſatagens. Cũ ueriſimiliter timetur, ne cupiditas improba ſe à uetitis abſtinẽre neſciens ſtatutis, & ordinationibus à ſe huiuſmodi prodeuntibus laxato fræno rationis abutatur, nunc per prouiſionis debitæ remediũ, nunc uerò per oportunæ declarationis officiũ, nititur obuiare. Dudũ ſiquidẽ prouidẽ conſiderãtes, ꝙ licet clerici eccleſiaſticęq; perſonę qui ſuas cauſas & querelas in his præcipuè, qui de iure uel conſuetudine ad forum eccleſiaſticum pertinere noſcuntur: eo tamen derelicto ſecularibus iudiciis ſe ſubmittere, ſeu partes ſibi aduerſas ad forum de iure uetitũ cõuenire uel trahere præſumebant, grauibus proinde pœnis tam ſpiritualibus quàm tẽporalibus etiam iure diſponente alligarentur. Pœnas tamen ipſas nõ ſine propriæ ſalutis periculo ſæpius habere uidebantur in cõtemptũ. Nos qui ex debito paſtoralis officii ſalutem quærimus ſingulorum, ſuper his oport

oportunè prouidere uolentes, authoritate apoſtolica per alias noſtras literas ſtatuimus & etiã ordinamus, ꝙ quicunq; ex clericis, & perſonis eiſdem decætero reus talis præſcriptionis exiſtẽs, niſi à præmiſsis deſiſteret, omni cõmodo cõfeſsionũ, & gratiarũ ſibi à ſede prædicta cõceſſarũ careret, ipſeque in graues tunc expenſas, & alias iuris pœnas incurrere, prout in dictis literis plenius continetur. Cùm autem pro parte chariſsimi in Chriſto filii noſtri Caroli regis Francorũ, illuſtris nuper nobis fuit expoſitũ, ꝙ à nonnullis uertitur in dubiũ: an per huiuſmodi noſtram conceſsionẽ derogare uoluerimus iuri & iuriſdictioni regię, præſertim in caſu poſſeſſorii retinẽdæ poſſeſsionis, ſuper ſuis eccleſiis & beneficiis eccleſiaſticis ſuorũ regni Franciæ, & Delphinatus Vien. Per quam iuriſdictionẽ pręfactus Rex ſibi aſſerit licere in omni caſu etiã iuridicè tueri poſſeſſores. Nos ad omnis ambiguitatis tollendũ dubium, ſuper his oportunè pͦuidere uolẽtes, eiuſdẽ regis in hac parte ſuis ſupplicationibus inclinare authoritate apoſtolica tenore pręſentiũ declaramus noſtræ intentionis nõ fuiſſe neq; eſſe per dictã aut quã cũq; aliã conſtructionẽ eidẽ regi & eius regiæ iuriſdictioni, per quam (ut aſſeritur) tã rex quàm ſui progenitores ſuper omni poſſeſſorio à tanto tẽpore, citra qđ de eius cõtrario memoria homi num non exiſtit, conſueuerũt cognoſcere, & in aliquo derogati uoluiſſe, aut uelle quoquomodo, ipſosq; regẽ & iudices detinẽtes partes moleſtatas ſuper earũ conſeruatione ad ſuorũ bonorũ poſſeſsionẽ ipſius regis auxiliũ implorantes, dũmodo in contẽptum iuriſdictionis, & libertatis eccleſiaſticæ, ut partes ſibi ad uerſas in rebus eccleſiaſticis diutius perturbarẽt, hoc nõ fecerũt, pœnas in dicta noſtra cõſtitutione cõtẽtas nullatenus incurriſſe aut debere incurrere quouis modo. Per hoc autẽ nullũ ius ſeu iuriſdictionem in præmiſsis cognoſcendi eidẽ regi de nouo acquiri uolumus, ſed antiquũ, ſi quod habeat, tantũmodo conſeruari. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginã noſtræ declarationis, cõſtitutionis, & uolũtatis infringere, & ei auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotẽtis Dei & beatorũ Petri & Pauli apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Romæ apud ſanctos apoſtolos, Calen. Maii. põtificatus noſtri anno xij. Barto. de mõte policiano, Stephanus garnerii. De materia dictę bullæ, uide quæ ſcripſi plenè ꝗ. q. cccclij.

¶ In ſpiritualibus. *Et qualiter poſſit agi poſſeſſorio in ſpiritualibus, uide dom. Fel. in c. ſicut. in princ. de re iudicata.*

¶ Sed tẽporale. *Et quòd poſſeſſoriũ in beneficialibus nõ ſit ſpirituale, ſed tẽporale: uide plenè iſtum, conſi. lxxv ij.*

lxxviij.inci.circa proceſſum, in quo uentilatur. nu.iij.uer. & ipſe pater. & conſi.lxxviij.inci,quòd coleta.nu. j.uerſi.conſtat enim.& nu.iiij. uerſi. nec obſtat.

c ¶Et de Zab.in cle.diſpen. *In v. col.in iij.oppo.x.q.Et d.Bal.in l.ſi de proprietate.C.ſi à non cõpe. indic.in pen.col.uerſi.quaro, nũquid poſſeſſoriũ.qui ita dicit ſentire glo. in alleg. c.diſpendioſam.*

d ¶Et uidetur uelle glo.*In uerſi. re bus ſpiritualibus. ibi,& not. & c.in qua ſe fundat do. Car. zaba. dicens eam eſſe notabilem.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex poſſitne prothocolla et libros notarij defuncti cuilibet cõmittere.*

2 *Notarius ut poſſit alterius notarij defuncti prothocolla redigere in formã, que & quot requirantur.*

3 *Hæres notarij an poſſit groſſare notam ſine mandato Iudicis.*

4 *Commiſſio Iudicis ad formandam notam notarij defuncti qualiter fiet.*

QVAESTIO II.

MORTVO Ioãne de leyſſido,notario habitatore, & iuridicabili mandamenti fabricarum,iudex dicti loci fabricarũ, cõmiſit papyros, & prothocolla dicti Ioannis duobus notariis,& cuilibet ipſorũ, ut in forma debita redigerẽt,quo peruento ad notitiã iudicii Viennenſis.& terræ turris,ipſe iudex uoluit de nouo aliis cõmittere dicta prothocolla, prætendens, ꝙ ſibi tanquàm iudici Delph.ſpectat committere dicta prothocolla, &
1 non dicto iudici fabricarũ.* Modò quæritur,ad quem pertineat datio commiſsionis dictorum prothocollorũ.Et uidetur, quòd dicto iudici fabricarum,per tex. in cap.penul.tabellio.ibi, authoritate iudicis ordinarii, &c. extrà de fid.inſtrumen.cum ſecundum libertates generales præſentis patriæ Delphin. maximè in xxix.c.dictarum libertatum iudices ad banna rectorum ſint iudices ordinarii: quia habent merum, & miſtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem. Et ita fuit appunctuatum per prędictam curiam parlamenti*.Sed 2
iuxta hæc quæro, quæ debeant ſeruari,ad hoc ut notarii iſti ſeu prothocolla alterius notarii præ defuncti poſsint per alium notarium groſſari. Dic quòd ſex principaliter de iure requiruntur.Primò,quòd fiat ad partis poſtulationem.Secundò, quòd authoritate iudicis fiat. Tertiò, quòd per tabellionem groſſetur ſeu exemplificetur. Quartò, ꝙ fideliter fiat. Quintò, quòd in formam publicam redigatur. & hæc probantur in d. cap. cum P. tabellio. Sextò, quòd uocentur hic quorum intereſt, id eſt, quos res tangit: iuxta cap. chartæ.iij.quæſt.ix. & cap. cum dilecta.extrà de confirma.uti,uel inutili. & quod not.in cap. ſignificauit.& c.Albe. de teſt. & in capit. Abb.in §.ad hæc autem.uer.præ tereà,ſecundum Innocen.& Hoſti.de uerb.ſigni.. & præmiſſa omnia uidetur notare Hoſti. in d.

cap.cum

capitu.cum P.tabellio. Et ſi nota aliter groſſetur, non facit fidem, ut plenè not.per Hen.Bohic. in d.c.cum P. tabellio. Sed de ſtylo, & conſuetudine præſenus curiæ parlamenti & aliarũ curiarũ huiuſmodi patriæ Del. tales ſolẽnitas nõ ſeruatur in omnibus: quia tales groſſatiões notariorũ fiũt per notarios ad hoc cõmiſſos abſq; partis euocatione, niſi eſſet nota alicuius debiti aliâs groſſata: quia tunc pars uocari conſueuit, prout ita ſemper uide
3 tur fieri & ſeruari.* Sed an hæ-
a res[a] notarii poſsit groſſare notã ſine cõmiſsione iudicis? d. Pan. doctor nouiſsimus, in d. c.cũ P. tabellio. dicit ꝙ ſic. & Ludouicus Pontanus dictus de Roma, idem etiam tenet in quodam ſuo conſilio. Sed ſtylo curiarum
4 ſeruatur contrarium.* Sed qualiter formabitur commiſsio de talibus notis groſſandis: ponit formam Specu.in tit.de inſtr.edi.in §.oſtenſo.uer.illud,&c. Sed quid ſi non conſtet de commiſsione notarii, qui groſſauit notam alterius notarii prædefuncti, & pars non opponat, an iudex debeat adhibere fidẽ tali groſſæ? ui de quę plenè ſcripſi infrà quæſt. ccccv. De hac materia etiam plenè ſcripſi ĩ.q.xix.

a ¶ An hæres. *Vide de hoc clarius per do.Alex.in l.ſi quis.ff.de edẽ.in §.conſentur. in ij.col. poſt me.uerſic.Item not.ſecundum Bar.& co.ſe.ubi uidetur tenere contra Abb. & cum ſtylo curiarum. de quo hic domi. Guido facit mentionem.*

** Tu adde quod notarius cui facta eſt generalis cõmiſſio de publicando prothocolla notarij defũcti, poteſt duplicare nõ citata parte: quoniã ad eũ nõ pertinet citatio: tamẽ remanet nõ citatis facultas opponẽdi, ne publicatio noceat eis, ut not. cõcludit Pau.de Caſt.in conſi.cxcv.inci. uiſis. colũ. j. uer.ſed ſi illa in ij.parte cõſi. Et adde Bar.in l.Gallus.§. idẽ credẽdum. de libe.& poſthu. ubi tenet, quòd notarius cui ſunt commiſſa prothocolla alterius notarij prædefuncti, debet exemplare abbreuiare prout iacet in prothocollo, & dicit quòd ita de conſue.utimur.*

SVMMARIVM.

1 *Arrendamẽta, & iura Delphinalia, an ſint locationes, & uenditiones.*

QVAESTIO III.

ACCENSATOR magnarum gabellarũ de Roma uel alterius tributi Delphi. ceſſauit ſoluere theſaurario Delphin. in aliquo terminorum firmam ſiue pentionem annuam, 1 an poterit ſibi tolli talis firma ſi ue arrendamentum? text. quòd
a ſic[a], in l.uectigalia.in §.nõ ſolutorũ.ff.de publica.& uecti.& cõmiſsis, quod ſecus eſt in priuato, ut dicit gloſſ. & ita fuit deciſum in dicta curia parlamenti in cauſa Leonis de ambroſiis arrendatoris magnarum gabellarum Delphina.* Sed an talia arrenda 2 menta ſint locationes uel uenditiones, ut per caſum ſuperuenientem debeat fieri remiſsio penſionis: uide Bartolum, in l.cotem

tem ferro. §. dominus.ff. de pu-
bli.& uecti.& ibi plenè.De libera
mētis iuriū & emolumētorū Del a
phi,quæ fiūt ad incantū publicū:
& de. arrendamēto quod in ta-
libus arrendamentis fieri ſolet,
uide quæ plenè ſcripſi j.q. ccccc-
xxxvj. An tales arrēdatores utan
tur iure fiſci,uide infrà,q.ccviij.

a ¶ Quòd fic. *Et ſi nno poteſt ſolue-
re,propter hoc non liberatur cedēdo i
bonis,ut argu.C.qui bo.cede. poſt.l.
propter honorem.& ibi.doct.*

SVMMARIVM. 1

1 *Vectigal an etiam ſoluendum pro
qualibet re ad uſum proprium.*

QVAESTIO IIII.

PRO rebus, quæ uehuntur ad
uſum propriū cuiuslibet pri- 1
uati, modo debetur uectigal. l.
uniuerſi.C.de uectig.& commiſ-
ſis. & not. gloſ. in l.ſi publica.in a
§.de rebus.in glo.fi.ff.eod.tit. &
uide c.ſuper quibuſdam.cum gl. b
ſup uerbo,pedagia,ubi notabili-
ter. extra de uerb. ſig. in antiqs.

1 *Sed qd ſi aliqs cauſa domus fa
ciendæ uel reficiēdæ aliqd faciat
uehi & cōduci, an iſtud dicať ad
uſum ꝓpriū,ut nō debeať uecti-
gal ſiue pedagiū?ſup hoc opinā-
do famoſus legis doctor d. Ste-
phanus Guidonis pręſidēs patrię
Delph.allegauit gl.in d.l.uniuer
ſi.in gl.fi. in fi. quæ uideť dicere,

a ꝙ non [a].& ita ibi cū gl.pertrāſit
Sali.quia de hac quæſtione nihil
dicit.& ita fuit cōcluſum in came
ra cōſilii pro quodā raſello, quē
traduci fecit uocat[a] Balmeta,do
minus Suzæ ſupra Rhodanū ad
dictū locū Suzæ pro reparatio-
nibus dicti loci,ut aſſerebat.

¶ Quæ uidetur dicere quòd nō.
*Id eſt de re, quæ portatur cauſa fa-
ciendæ uel reficiendæ domus, debe-
tur uectigal. & hoc innuit text. in
l. uniuerſi. dum certas res excipit,
uult de omnibus aliis non exceptu ue
ctigal deberi.*

SVMMARIVM. 1

*Ciuis an poſſit compelli pro re quali
bet, etiam alibi ſita, ad contribuen-
dum.diſting.nu.1.*

*Cōtribuere an qs teneatur ꝓ reſtaura
ratione loci,in quo poſſeſſioes habet.* 2

QVAESTIO V.

CVM in pſenti ciuitate Gra-
tionopo.indicātur collecta,
* an poterit aliquis ciuis huius
ciuitatis cōpelli pro rebus quas
alibi in Delphi.habet?uidetur ꝙ
nō,iuxta notata in l.j.[a] in gl.fi.C.
de mulie.& in quo loco.li.x.& ui
detur tex.de eccl.titul.[b] in §. ad
hoc ſanximus. quidā tamē dicūt
cōtra d.gl.per tex.in l.reſcripto.
§.ſciendū.in fi.ff.de mu.& hono.
Quia collecta indicitur perſo-
næ pro patrimonio:ergo ubicū-
que ſint res,ſequuntur perſonā:
ar.C. de implo. lucra.l.j.§.j. Tu
dic ſecundū Dyn.& Pe. de Bella
pertica, quòd inſpicitur ſeu at-
tenditur cauſa ex qua indicitur
collecta. nam ſi indicitur princi-
paliter propter utilitatē iſtius ci
uitatis,utpote,quia litigat ꝓ ſuis
utilitatibus,aut aliis ſuis negotiis
cōſeruandis: & tunc tantū patri-
moniū, quod ibi,& nō, quod eſt
alibi,tallietur. ſic intelligitur di-
cta

2 cta gl.in l.j.C.de mulie. lib.x.* Si uero indicitur propter aliud, pu ta quia dñs noſter Delphi.mandat ſibi dari p illã ciuitatẽ: & tũc credo ꝙ talliari debeat etiã pro rebus ſuis alibi in Delph.ſituatis: quia uidetur indici pſonæ ꝓ rebus,& ideo res cõditionãtur ſecundũ perſonã.ar.C. de tributis. in l.ij.& iij,ita etiã cõcludit & tenet Bald.in d.l.j. de mulier. & in quo loco.Et ita ſecundũ hanc diſtinctionẽ fuit cõcluſum in camera cõſilii ſup quadã ſupplicatione oblata pro parte Frãciſci coques,qui fuit talliatus in mandamẽto cõcellini pro certis bonis, quæ ibi ſibi obuenerãt ex ſucceſſione Iacobi ſui fratris, licet ibi manſionẽ tunc nõ faceret. Et de hac materia collectarũ & munerũ,uide quæ ſcripſi ĩ.q.lxxxvj. Et ibi tetigi de octo quæſtionibus hãc materiã concernẽtibus tã de iure,quàm de cõmuni obſeruan-
3 tia,in hac patria Delphina.* Sed iuxta hæc quæro, indicitur collecta in aliquo loco pro reparatione & fortificatione, an nõ ibi habitãtes debeãt cõtribuere pro poſſeſsionibus, quas ibi habent. uide qui dixi ĩ. q. vij. Sed q ſunt illi qui debẽt eſſe exẽpti uel nõ exẽpti à cõtributione ſubſidiodiorũ Delphina. uide quæ plenè dixi infrà ccclxxvj.cum xviij.quæſtionibus ibi ſequentibus.

a ¶L.j.Vide ibi do.Bar.pleni' loquẽ.

b ¶De eccleſiaſticis tit.col.x.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ qualiter fiat in pignoribus.*

2 *Pactum legis commiſſoriæ an in pignoribus iuramento firmetur.*

3 *Pactum de redimenda re pignori data,an ualeat.*

QVAESTIO VI.

PACTVM legis cõmiſſoriæ ualet in uenditionibus, ut l. cõmiſſoriæ.cũ ſimil.C. de pactis inter empt.& uẽdi.ſed p quæ uerba fiat tale pactũ in uenditione: ponit gl.extrà de pign.in c.ſignificãte. Sed quia in pignorib' reprobatur in l.iij.C.de pact.pign.
1 *Quæro qualiter tale pactũ fit in pignoribus. dic ꝙ hoc modo, ſi debitor pecuniã mutuatã infra certũ tẽpus non ſoluerit, habeat creditor rẽ emptã pro pecunia mutuata : ut dicit gl.in l.fundus. §.fi.ff.de pign.ſuper uerbo,æſtimandũ.& in l.fi.C. de pac. pign. Et quod dixi reprobari tale pactũ in pignoribus, hoc uerũ, niſi fiat poſteà ex interuallo[a],quo caſu ualet tale pactũ, ut l. cuius. ff. de pigno.acti. quod intellige ad excipiendũ,non ad agendum,ut not.Bar.in l.callipodius.ff. de ſolu.Et iſtud pactũ legis cõmiſſo.in pignoribus [b] reprobatur, p d. l. iij.C.de pact.pigno.Sed ſi dicat, ꝙ ſi debitor infra certũ tempus pecuniã mutuatã nõ ſoluerit, habeat creditor rem emptam iuſto pretio, quòd tunc termino adueniẽte æſtimaretur,ualet iſtud pactum,ut l.ſi fundus.§.fi. ff. de pigno.& reprobatur dictũ pactum legis cõmiſſoriæ in pignoribus
2 iure ciuili.* Sed iure canonico uidet

uidetur, quòd iuramento firmatur, c talis inualidus contractus quo ad obſeruantiã iuramenti, per dictũ c. ſignificãte. extrà de pign. & dicit Hum. de Bouenco in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uẽditionem, in ſua repetitione. Et ita, quòd dictum pactum legis commiſſoriæ in pignoribus iuramento firmatur, quo ad obſeruãtiam. Quòd fuit a cõcluſum in camera cõſilij parlamenti die xj. mẽſis ſeptembris, anno xliij. in cauſa diffinitiua b inter nobilem Guidonẽ Bermun di aliàs Vachon, agentem ex una parte, & dominũ rupis ſupra bru xum in manibus Ioan. de Liliers c ſecretarii Delphin. Sed aduerte: quia licet ualeat iuramentũ quo ad obſeruantiã iuramẽti: non tamen ualet ut cõualidet cõtractũ, ſuper quod uide quæ plenè dixi in lxxx. conſiliorũ meorũ, & plenius in lxxxj. ipſorum meorum
3 conſiliorum.* Sed iuxta terminos huius materiæ quæro, aliquis à me accepit pecuniam mutuo, non dato pignore: ſed adiecto pacto, quòd ſi non ſoluerit infra tale tempus, talis res ſit mihi empta: an ualeat tale pactum. text. uidetur quòd ſic, in l. fin. in princ. ff. de contrahend. empti. & uendit. Sed aliter circa hoc dixi in tractatu de contractibus, qui ſapiunt uſuram, & qui uſurarii dici poſſunt, ut not. in §. ſed iuxta hæc quæro, &c. de hac materia pactorum legis commiſſoriæ; uide Bald. in feudis in titul. de feudo dato in uicem legis commiſſoriæ. in princip. & ibi uidebis multas quæſtiones. De pacto legis commiſſoriæ & adiectionis in diem, uide Bartol. in l. fi. ff. de do. Et an in pacto legis commiſſoriæ & adiectionis in diem, debeantur laudimia, uide quæ ſcripſi infrà quæſtione quadrageſimaoctaua.

¶ Interuallo. *Idem tenet do. Abb. in cap. ſignificante. in ij. column. de pignor.*

¶ In pignoribus. *Tu uide de hoc plenè iſtum, cõſi. lxxix. incip. uiſa ad plenum. per totum. cum duob. ſeq. conſil.*

¶ Iuramẽto firmatur. *Idem tenet Bal. in l. j. C de pact. pig. in uer. tamẽ canonico. & idem Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal. idẽ tenet Fed. de Sen. in ſuis cõſi. Io. An. tamẽ (ut dicit Bal.) tenet cõtrariũ in addit. Spe. de renũ. & conclu. ad quem uidendum remittit. Tu uide do. Alex. poſt Bal. in l. fin. C. de pact. pigno. ubi uidetur tenere cum domino Guidone Papa authore noſtro.*

* *Tu adde Phi. Cor. in cõſil. cxxxiij. incip. uiſo copio. colum. ij. uerſ. hic dicimus. in j. uol. Paul. de Caſt. in cõſil. cxliij. incip. pactũ iſtud. in ij. parte conſiliorum.*

SVMMARIVM.

1 *Habens poſſeſſionem in aliquo territorio, contribuere debet pro munitione loci.*

2 *Forenſes adſtringantúrne ad ſoluendum integrum uintenum, pro eo ci, in quo poſſeſſiones habent, reparatione.*

QVAES

QVAESTIO VII.

1 HABENTES* poſſeſsiones in aliquo territorio ibi debent contribuere pro fortificatione caſtri aut uillæ: licet ibi non foueant domicilium: ut uidetur textus in lege ſecunda, codice, de muneribus patrimonialibus.libr. x. ibi, ab omnibus ſubeunda ſunt.Et uoluit iſtud dicere glo.in l.fin.ſuper uerbo,ab omnibus.C.de mune.patri.libr. x.& in d. l. ij. quæ ſic ea intelligit:idē uoluit dicere gl. in rubr. eo.titu.in fi. dum dicitur,& hæc etiam alienigenis,&c.ff. de uſufructu. Iſtud tamen modificatur per ordinationē dudum factam per recolendæ memoriæ dominum Carolum de bouilla, tunc gubernatorem præſentis patrię Delphin.ſecundum quam ordinationem habentes poſſeſsiones in alieno torritorio,ibi contribuāt in reparationibus locorum tantummodo pro dimidio
a ſolido, & dimidia libra[a], quæ ordinatio eſt regiſtrata in camera computorum Delphin.& ſeruatur in hac curia parlamenti in iudicando:quia etiam rex Carolus ſeptimus, dictam ordinationem approbauit & mandauit obſeruari de menſe aprilis M. cccc xxxiiij.& litera eſt inſerta in chartulariis camerę cōſilii Delphi. Et à cōtributione in talibus nullus excuſatur, ſit nobilis, uel plebeius. ideò textus ubi ſuprà, dicit,ab omnibus.Et pro hoc bene facit l.munerum.§. patrimoniorū. in fine,ibi,dū dicitur,neque ueteran⁹,aut miles,aliúsue, qui priuilegio aliquo ſubnixus eſt:nec pontifex excuſatur. digeſtis, de muneribus & honorib⁹. facit lex,ad inſtructiones. C. de ſacroſanctis eccleſ.ita dicit glo. poſita ſuper uerbo,ab omnibus. in dicta l.fin. de muneribus patrimonialibus.libr.x. codicis. Et ita ſeruat ſtylus præſentis curiæ parlamenti, prout ſemper. uide etiam quo ad eccleſiaſticos, ut ſcripſi infrà quæſtione lxxviij. Ego ergo dicerem,quòd in locis, caſtris, & uillis in quibus ſol
b ui cōſueuit uintenum, [b] pro fortificatione loci,quòd habitantes in loco ſoluere debeant integrū uintenum: iuxta etiam legē, omnes prouinciarum rectores.de
2 operis publicis.* An uerò forenſes pro poſſeſsionibus quas ibi habent, ſoluere debent dimidiū uintenum uigore dictæ ordinationis dudum factæ per dictum dominum Carolum de Bouilla: niſi aliter ſe haberet conſuetudo, prout ſe habet in aliquibus locis, ubi ſoluitur indiſtinctè ab omnibus integrū uintenū.Et de hac materia uinteni, uide quæ plenè dixi infrà quæſtione tricenteſimaſeptuageſimaſecunda.

a ¶Pro dimid.ſol.& dimid. lib. *Id eſt,ubi inhabitātes loci occaſione fortificationis caſtri habēt ſoluere unū ſolidū uel unā librā, ibi alienigenæ habētes in loco poſſeſsiones ſoluunt tantummodo dimidium ſolidū & dimid*

dimidiā libram: ut in calce huiuſce quæſtionis innui uidetur, ibi, an uerò foren. &c.

b ¶Vintenum. *De uinteno loquitur iſte infrà quæſt. ccclxxij. & plenius conſilio ſuo primo. num. j. uerſic. quo ad pri. uol.*

SVMMARIVM.

1 *Annua penſio, ſuper furno aßignata, an furno minuto nihilominus integra peti poßit.*

QVAESTIO VIII.

1 DOMINVS Hūbertus Delphinal. Viennenſis* fundator in parte conuentus Saletarū, inter cætera dedit dicto conuentui pro ſuſtentatione dominarum monialium, uidelicet decem libras annales ſuper cenſa furni turriſſpini: ſed nō promiſit de euictione: nec facere tantum ualere: poſtmodum dictus conuentus dictas decem libras pluribus annis percepit ſuper illa cenſa furni prædicti: ex poſt propter mortalitates, uel aliàs, populus ita fuit diminutus, quod de dicto furno non repeRiuntur anno quolibet ad incantum, niſi quatuor aut quinque libræ. ideò petit dictus conuentus quod deeſt ſuppleri à domino noſtro Delphino, an bene petat? dixi quòd ſic, per l. Lucius Ti-
a tius[a]. ff. de alimentis & cibariis legatis. & tenet Ioannes Fabr. in l. ſi quis argentum. in principio. codice, de donationibus. Et ita fuit concluſum anno quo ſuprà, & die ſeptima menſis Iulii, in camera conſilii dictæ curiæ parlamenti.

a ¶Lucius Titius. *Vbi uidetur Car. idē tenere in uerſic. quaro pone teſtator. inquantum ibi dicit, quòd ſi fructus fundi, de quo pcipiūtur alimenta, relicto à teſtatore ſuper illo fundo, non ſufficiūt ad alimenta, debent dari alimenta integra.* De *hoc etiam tangit* Cyn. *in l. ſi quis argentum.* C. *de donat.*

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodiæ, uulgò garda, Delphinales, an ſequantur tertios poßeßores, & ſint onera realia.*

QVAESTIO IX.

QVIDAM homo Voyronis dum recognouit domino noſtro Delphino unum bichetum frumenti pro garda quem promiſit, & cōuenit ſoluere annis ſingulis in & ſup bonis ſuis, contingit quòd hæres dicti recognoſcentis ſe uoluit exonerare à ſolutione dictæ gardæ, aſſerendo quòd nulla bona recognoſcentis poſsidebat, ſed per multos tenementarios poſsidebantur, petendo propterea dictum bichetum frumenti peræquari ſuper ipſis poſſeſsionibus à tertiis poſſeſsis. Quæritur an bene petat. uidetur quòd ſic, quoniam pro tributo Principis compellunt ad ſoluendum tertii poſſeſſores etiam pro tempore præterito, iuxta l. imperatores. ff. de public. & uectigal. & l. fin. cap. ſine cenſu uel reliquis.
1 * Contrariū tamen eſt ueritas, in caſu iſto, cum illa garda dicatur ex cōtractu recognoſcētis, & ſic actione

actione perſonali, quæ non ſequitur fundum: iuxta l. j. §. ſi hæ res. ff. ad Treb. & uidetur caſus. ff. de contrahen. emp. l. fi. in fine. Non obſtát iura ſuprà in cõtrariũ alleg. quia loquũtur in tributo Principis, qd' debetur à lege: & ſic eſt onus reale, hoc autẽ loquitur in onere qd' debetur ex cõtractu: & ſic nõ afficit rẽ, ut dicatur onus reale: ideo nõ ſequitur quẽlibet poſſeſſorẽ: ita dicit Dyn. in d. l. imperatores. & not.
a per Io. Fab. inſt. de ſerui. [a] Et ita fuit cõcluſum per dominos parlamenti in camera cõſilii dicto anno, & die xij. Septẽb. Et deciſum, ꝙ dictus hæres recognoſcentis dictã gardam ſoluat. bene tamen fateor quòd dicto hærede in futurũ exiſtẽte nõ ſoluẽdo, uel nõ apparente alio hærede, fiſcus poterit agere etiam actione perſonali cõtra tertium
b poſſeſſorem in ſubſidiũ: [b] iuxta ea quæ dicit Sal. poſt glo. in l. ij. C. de hæred. uel actio. uend. ſolutione primi cõtrarii, uel hypotecaria, etiã nõ diſcuſſo principali ex priuilegio fiſci, iuxta ea, quę habetur in l. moſchis. ff. de iure fiſci. quod ſecus eſſet in priuato, iuxta auth. hoc ſi debitor. C. de pign. Sunt tamẽ certi caſus, in quibus actio perſonalis etiã inter priuatos ſeqtur fundi poſſeſſorem. De quibus ſcripſi plenè infrà q. cccccclxxij.

a ¶ Inſtit. de ſerui. *Videlicet circa prin. in uer. ad hoc. Et Spec. iiij. parte tit. de loc. § nunc aliqua. uer. liiij. iuncto uerſi. lvj.*

b ¶ In ſubſidium. *Imo uidetur non ſolùm poſſe agere actione utili ſubſidiaria contra tertium poſſeſſorem, ſed etiam actione directa reſultante ex ui conſuetudinis Delph. quæ obtinet tertiũ poſſeſſorem rei, ſuper qua cenſus ſine penſione impoſita eſt, poſſe compelli ad recognoſcẽdum & ſoluendum, licet nunquam ſoluerit, neque recognouerit, ut infrà q. xlij. Plus dico, quòd fiſcus etiã de iure communi poterit agere contra tertium poſſeſſorem actiõe directa: ut l. ius emphyteutici. C. de fun. patri. lib. xj. Et quòd ideo debet appellari in ſcriptis, & cauſa inſeri in appellatione, hoc eſt uerum in primo caſu, puta quando iudex pronuntiat ſe eſſe iudicem competentem. Secus autem ſecundo caſu: quia tũc poteſt appellari uiua uoce & ſine expreſſione cauſæ grauaminis, & in hac ſpecie uerificatur dictũ domini Bal. in addi. Spec. tit. de appel. ij. parte. in vij. col. uerſi. an quando. Illud uerò, quod dicit eo. tit. xij. col. uerſi. iudex. uendicat locum in primo caſu, & in omni interlocutoria non expiratiua iuriſdictionis, habente uim diffinitiuæ. Ratio diuerſitatis eſt, quia per exceptionem cauſæ nulla fit iniuria iudici: contra c. ut debitus. extrà de appel. cùm ſe non iudicem eſſe non pronuntiet. ad hæc uota per do. Pau. in c. peruenit. eod. tit. de appel.*

SVMMARIVM.

1 *Appellarène liceat à competentia iudicis.*

2 *Appellatio à competentia iudicis, an ſit interlocutoria.*

3 *Pronuntiatio ſuper exceptione dilatoria, an ſit interlocutoria.*
4 *Sententia ſuper exceptione peremptoria, an ſit interlocutoria.*
5 *Sententia ſuper impoſitione ſecundi decreti, eſt interlocutoria.*

QVAESTIO X.

1 SI IVDEX*pronuntiet ſuper competentia, id eſt, ſe iudicem uel non iudicẽ competẽtem, à tali pronuntiatione poteſt appellari, etiam de iure ciuili, ut ponit Bal. in l.ij.C.de epiſc. & audi. Sed an talis*pronuntiatio
2 ſit interlocutoria? Saly. in l. poſt ſententiam. C. de ſen. & interlo. om. iud. dicit, quòd ſic, & quòd eſt magni effectus, & quòd ideo debet appellari in ſcriptis, cauſa inſeri in appellatione: aliter appellatio erit deſerta. c. cordi. de app. lib. vj. Et ita fuit concluſum anno domini M.cccxlv. de menſe Decemb. in diffinitione proceſſus domini Charliaci, & do. Simonis de Cyriaco.*Sed
3 iuxta hoc quæro, an pronũtiatio quæ fit ſuper exceptiõe dilatoria, ſit interlocutoria. Dic ꝙ ſic, ſecundũ Archi. in c. dilectus. in fi. & in c. cupiẽtes. de elec. lib.
4 vj.*Sed quid de pronũtiatione ſeu interlocutoria, quæ profertur ſuper exceptione peremptoria, an ſit interlocu. Dic ꝙ ſic, ut dicũt doct. in c. dilectus. & probat cle. cum à repulſione. de appel. Sed ſẽtẽtia lata ſuper*im-
5 poſitione ſecundi decreti, eſt interlocutoria, ut dicit Odofre. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor. Sed an ſint alii caſus,ª in quibus iure ciuili appelletur ab interlocutoria? Dic quòd ſunt multi alii caſus, quos ſcripſi infrà q. lxxv.

a ¶ Sed an ſint alii caſus. *uide do. Bar. l. ante ſententiã. C. quo. app. nõ recip. & poſt eum domi. Bald. in l. ſi clericus. C. de epiſ. aud.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper deſertione appellationis, eſt interlocutoria.*
2 *Sententia lata ſuper deſertione appellationis, an ſit nulla.*
3 *Pronuntiationes latæ pòſt in executionẽ ſentẽtiæ, ſintne interlocutoriæ.*

QVAESTIO XI.

1 VTRVM* ſententia lataª
a ſuper deſertione appellatiõis ſit interlocutoria. Bal. quẽ ſequitur Salyc. in l. ſi præſes. C. quo. & quando iud. dicit ꝙ talis ſententia eſt interlocutoria. idẽ tenet Henri. Bohic. in c. in literis. extrà de offi. deleg. & Ioan. Andr. in glo. clem. ſi. de appella. idem tenent dom. doctor. Tholoſani in ſuis deciſionibus. q. xlvij. & q. cclxxx. Idẽ etiã tenet Pet. Iac. in tit. de cõſt. pec. in fin. Et licet d. doct. aliter nõ declarẽt, tamen cùm de hac materia altercaretur & opinaretur inter dominos de parlam. in camera cõſilii, do. Io. Bauilli utriuſq; iuris doctor, cõſiliarius Delphi. in d. curia parlamẽt. ſic duxit in hac materia diſtinguẽdũ: quia dicit ipſe, ſi pronũtiatur ſuper deſertiõe appellationis interpoſitæ à ſẽtẽtia interloc. tũc pronũtia-

tio ſuper deſertione dicitur etiã 3 interloc. quia nõ imponit finẽ negotio principali. Et hoc caſu appellari debet in ſcriptis, iuxta c.cordi.de app.lib.vj.Et cauſa ratioabilis inſeritur: ut ibi.& probatur in c.dilecto.de app. Aut dicit ipſe, pronũtiatur ſuper deſertione appellatiõis interpoſitæ à ſentẽtia diffinitiua, & tunc talis pronũtiatio ſuper deſertiõe appellationis cenſeri debet ſentẽtia diffinitiua, cùm ex tali deſertiõe imponatur finis cauſæ prin
b cipalis, [b] tũc ſufficit appellare uiua uoce, ſicut à qualibet ſentẽtia diffinitiua. Quæ diffinitio do. Iõ.Bauili, placuit aliis dominis de parlamẽto ibi tũc exiſtentibus, tanquã iuri & rationi cõſonans. Et ſecundũ dictã diſtinctionẽ fuit cõcluſum in quadã cauſa diffinitiua in manibus Io.de Liliers ſecretarii Delph.inter Iordanũ Agarini de Buxo appellantẽ, & Pontiũ Girardi appellatũ. & ita ex poſt fuit ſeruatũ in iudicando. & de hoc infrà tãgitur in ſeq.xij.q.in fi.de hoc etiã tetigi infrà q.cccxx.in fin. ¶Iuxta hoc b
2 quæro* an ſentẽtia lata poſt de-
c ſertionẽ appel.ſit nulla[c] Bal. ꝙ ſic, in feu.in ti, quo tẽpore miles inueſtiturã petere debeat.§.fin. in fi.idem etiam tenere uidetur Io.Andr. poſt Hoſt.in c.pen.de app.in cle.in glo.fi. Itẽ an ſentẽtia lata ſuper deſertiõe app.habeat uim diffinitiuæ, & an ab interlocutoriis habẽtibus uim diffinitiuæ debeat in ſcriptis appellari, dicã infrà in ſeq.xij.q.*Itẽ an pronũtiationes quæ fiũt poſt ſententiã in executionẽ ſententiæ ſint interlocutoriæ? Dic ꝙ ſic, ex mẽte Bar.in l.ij.ff.de app. recip. Et tenet expreſsè per Iac. in titu.de actione in factũ ex re iud.in §.ſed quid erit præſes, uel alter iudex mixtũ &c.in fi.ibi. Licet ſecus ſit, cùm appellatur à diffinitiua &c. An ſententia lata ſuper nullitate proceſſus iudicis à quo, ſit interlocutoria: ſcripſi infrà q.xvj.& q.ccxx.

a ¶Vtrum ſententia lata ſuper deſertione appellationis ſit interlocutoria. *Dicẽdum uidetur, quòd ſententia lata ſuper deſertione appellationis interpoſitæ à grauamine illato in cauſa, eſt merè interlocutoria. Sed ſententia lata ſuper deſertione appellationis interiectæ à diffinitiua aut uim diffinitiuæ habente, nõ eſt merè interlocutoria: ſed habet uim diffinitiuæ ſentẽtiæ.* Ro.deci.ccccxxvij. *fuit dubitatum.in no. Eſt tamen reuera interl.c.ſua.§.cũque. ibi, interlocutus fuerit.extra de appella. in antiquis.*

b ¶Finis cauſæ principalis. *Licet enim ſententia cauſam ferè totã determinet: tamen non ſequitur, quando interloc. dũmodò incidat, in c.principali.ut no.gl j.in l.intra utile.ff.de mino.& Rot.deciſio.xxxv.ſentẽtia. in antiquis.& hoc quantũ ad effectum.c.cùm ceſſante.eo.tit.& c.cordi.eo.ti.lib.vj.Sed quo ad hoc, ut cle. appell.eo.ti.nõ habet locum.& etiã quo ad terminorũ obſeruationẽ ſicut à diffinitiua huiuſmodi pronũ-*

tiatio habet uim diffinitiuæ. Rota
deciſio.xiiij.ſi iudex.iuncta lxxxvi. ſi
à ſententia.in no.& ſic eſt quoddã
mediũ inter puram interlocutoriã.
Non enim eſt pura interlocutoria,
quia non expectat aliam ſententiam
diffinitiuam poſt ſe non purè diffini-
tiua,quia non eſt lata ſuper negotio
principali, ſed ſuper proceſſu:ut in
addi.deci.lxxxvi.præd.

c ¶Sit nulla. *Vide de hoc iſtũ Med.*
conſi.ſuo x. incip.in præſenti cauſa
appellationis.nu.vi.uer.debetis tamẽ
uos domine.uol.j.cõſi.xxviij.& cõſi.
cliiij.inci.de anno anno domini.nu.i.
ad primum.ibi,præterea uidemus to
tam deci.infrà in anti.& deciſ. Fel.
q.ccxxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Præceptũ iudicis de ſoluendo, eſt in-*
terlocutoria.
2 *Interlocutoria quando habeat uim*
diffinitiuæ.
3 *Appellatio ab interlocutoria haben*
te uim diffinitiuæ,quomodo fieri de-
beat.
4 *Sententia ſuper deſertione appella-*
tiõis lata,an habeat uim diffinitiuæ.
5 *Præceptũ iudicis,præcedẽte cauſæ co*
gnitione,an habeat uim diffinitiuæ.
6 *Sententiarum tria ſunt genera.*

QVAESTIO XII.

PRAECEPTVM iudicis
1 de*ſoluendo,eſt interlocu-
toria ſententia,ſecundum Spec.
in ti.de inſtr.edi.§.nũc uerò ali
qua.uer.ex his aũt quęritur &c,
& alibi dicit gl.quòd omne præ
ceptũ,quod facit iudex ad cau-
ſam,eſt interlocutoria,in authẽ.
de litig.in prin.ſuper uerb.inter
locutionibus. Sed habet illud
præceptũ de ſoluendo uim diffi
nitiuæ.l.creditor.§.iuſſus.ff.de
app.& not.Henri.Bohic.in c.li-
teris.de offi.deleg.& Io.And.c.
peruenit.lo ij.de appel.Et Bart.
in l.q́d ſi iuſſit.ff.de re iud.& no.
Spec.in tit.de confeſ.in §.pen.
uer.ſi.licet ipſe Spe.in ti.de ſen
ten.in §.ij.uer.eſt quoque tertia
ſpecies &c. dicat,ꝙ eſt quædam
tertia ſpecies inter interlocu-
toriam & diffinitiuam. Vbicun-
2 que*enim interlocutoria parat
a prçiudiciũ negotio principali[a],
tunc interlocutoria dicitur ha-
bere uim diffinitiuæ, ſecundum
Bar.in l.Titia.ff.de accu.& in l.
eius qui.ff.de appel. Aduerten-
dum tamen:quia ſi fiat præceptũ
contra non confeſſum, uel non
conuictum,non ualet præceptũ
iudicis:no.Inno.in c.cùm ueniſ
ſent.de in integ.reſtit.ſuper uer
bo,inhibitione &c.& Spe.in ti.
de ſenten.§.iuxta. uerſi.in ſum.
3 not.*Sed an ab interlocutoria
habente uim diffinitiuæ ſenten
tiæ ſufficiat appellari uiua uo-
ce, uel an debeat appellari in
b ſcriptis?[b]Ioannes Monachus,in
cap.cupient.§.ꝙ ſi uerò per ui-
ginti dies.de electio.lib.vj.dicit
ꝙ debet appellari in ſcriptis.
4 *Sed an ſentẽtia ſuper deſertio
ne appel,lata habeat uim diffi-
nitiuæ?Bald.quòd ſic.in l.ij.C.de
epiſc.aud.in xiiij.q. Circa tamẽ
hoc eſt aduertendũ:quia ſi ap-
pellaretur à ſententia ſuper de-
c ſertione lata[c], quæ ſecundum
Bar.

Bar.habet uim diffinitiuæ, ut ſu
prà proximè dixi, ſeruãda eſſet
diſtinctio domini Io.Bauilis ſu-
prà in præcedenti quæſti.enar-
rata:qui facit differentiã de ap-
pellatione emiſſa ab interlocu
toria,uel à diffinitiua:ut primo
caſu appellari debeat in ſcri-
ptis, ſecundo uerò caſu ſufficiat
d appellari uiua uoce.[d] An inter-
locutoria lata ſuper attẽtatis in
præiudiciũ appellatiõis, habeat
e uim diffinitiuæ.[e] uide quæ dixi
in tract.meo de app.q.cxxj.An
à ſententia lata ſuper poſſeſſo-
rio debeat in ſcriptis appellari.
dic ut ſcripſi infrà q.xxxvij.de
materia interlocutoriarum ſen
tentiarũ plene ſcripſi in notabi
libus meis.fo.158.& ſeq. An præ
5 ceptum* iudicis præcedẽte cau-
ſæ cognitione,habeat uim diffi
nitiuæ.dic quòd ſic,ſecundum
Spe.in tit.de actio.ſeu peti.in §.
ſuper actione ſeu petitione.in
uer.ſed qualiter formabit libel-
lum.& in uer.cæterũ.& in uerſi.
6 fi.Sententiarũ tria* ſunt genera:
quia una eſt interlocutoria, alia
diffinitiua,& alia miſta:& uo-
catur iſta miſta,quia habet uim
diffinitiuæ partim,& uim inter-
locutoriæ etiã partim:ut plenè
de iſtis tribus proſequitur Ang.
de Are.ff.de reg.iur.ſuper rub.

a ¶In negotio principali. *utpote ſentẽtia lata ſuper peremptoria exceptione,quæ ob.cle.fi.in gloſ.in uer. repulſione.in fin.de appel.*

b ¶In ſcriptis. *Vide iſtum cõſi.lxix. incip.pro declaratione.nume.5 uerſ. ad quintum.*

c ¶A ſententia ſuper deſertione lata. *Imo uidetur quòd à tali ſentẽtia non poßit appellari, per ea, quæ dicit do.Arch.ij.q.vj.in c.ſi quis appellat. §.ſunt etiam. & eſt ratio: quia deſertor appellationis,eſt contumax in non ueniendo, ſed contumax non appellat.l.j.C.quo.app.nõ rec.& ibi doc.de quo per do.Bar.in l.fin.uer.uenio ad quintam. ff.de in integ.reſtitu.Ergo uidetur,quòd ab huiuſmodi ſententia non poßit appellari.do.Bal.in l.ij.C.de epiſ.aud. in pe.col.uerſi.alterius.xiiij.*

d ¶Secũdo uerò caſu ſufficiat appellari uiua uoce. *Dicendum uidetur,utrobique cum aßertione cauſæ grauaminis in ſcriptis fore appellandum.nã ſentẽtia lata ſuper deſertione appellationis,etiam à diffinitiua interpoſitæ,nõ uidetur cẽſeri diffinitiua,ſed interlocutoria habens uim diffinitiuæ.Rota deciſ.o.ccccxxxvij. fuit dubitatum. in no.quia lata ſententia ſuper exceptionibus non poteſt dici diffinitiua,cum de natura diffinitiuæ ſit,ſuper principali, non ſuper exceptionibus.d.Bald.in l.antepe.in uerſi.quaro.C.de ſen.ex breui.reci.ſed deſertio appellationis non eſt negotij principale:imò de illa excipitur,& eſt exceptio peremptoria. Ro.deciſ.cxxv.ſententia,in antiquis. Veruntamen tenet dominus Archidiaconus formaliter, quòd quando pronuntiatur aliquem non potuiſſe appellare propter aliquam exceptionem peremptoriam,quæ obſtabat, interlocutoria eſt.ſed quando iudex pronuntiat ſuper app.interpoſita à*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

diffin.tunc eſt benè diffinitiua : quia fertur ſuper principali,& cõtrouerſia finē imponit. Et dicit,quòd huiuſmodi interlocutoria per quādā conſequentiā habet uim diffinitiuæ,non tamen quòd quādo appellatur à tali interlocutoria habente uim diffinitiuæ,debet cauſa rationabilis in appel.exprimi : aliter nō ualet.ut in c. cupientes.de elec. lib.vj.in viij.colū. in uerſi.quid ſi pronuntiat.

e ¶ Vim diffinitiuæ. *Vide Rotam deciſi.xiij. ſi iudex. in no. & ccxv. ſententia.in an.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio inſtituta à non habente mandatum, infra quod tempus debeat ratificari.*

2 *Ratificationis uſus,& tempus.*

QVAESTIO XIII.

EGO retuli anno prædicto, & die xx.mēſis Decembris, in camera conſilii proceſſum cauſæ appellationis uertētis coram eodem cōſilio,in manibus Ioannis de Liliers,inter Michaelem raueti appellātem ex una parte, & nobilem Guilielmū & Eymarum de mallobecco, fratres. Ex cuius tenore apparet, quòd Petrus Ieuaguerii aſſerto procuratorio nomine dicti raueti appellationē coram iudice appellationū totius Delphinalis nomine dicti raueti introduxit, quo tempore introductiōis idem Iauaguerii nōerat procurator dicti Michaelis raueti.Sed poſteà per duos mēſes dictus raueti ratificauit dictam introductionem appellationis,& nō infra xl.dies,qui dantur ad introducendū appellationē corā iudice appellationū, ſecundū ſtatuta Delphinalia : ideo in diffinitione dictæ cauſæ fuit quæſitum:

1 An * dicta appellatio corā iudice appellationū nomine dicti Michaelis raueti introducta ſit, & cenſeri debeat deſerta. Et ego primò opinando iuxta ritū dicti conſilii,quia dictū proceſſum reportauit,dixi dictam appellat. fuiſſe deſertam: quia dictus raueti illā introductionem non ratificauit infra dictū tempus ad introducendum appella

a tionem introductam :[a] & allegaui in ſimili,l.bonorum.ff.rem ra.hab. quia illud ratificari debet infra tēpus,quo fieri & peti poteſt:ut in d.l. bonorum.& legitur & no.in c. quia ideo.vj.q. v.& facit quod in ſimili not.per glo.c.quàm ſit.ſuper uerbo, petere.in ſi.de elę.lib.vj.ubi ſi quis

2 *amicus meus ſine mādato meo confirmationem meæ electionis petierit, quod debeo ratificare infra tres mēſes,infra quos dictam confirmationem petere tenebar:aliàs non ualet ratificatio,ut ibi. facit etiam quod dicitur de ap. facta infra decē dies: quia ſi quis à ſententia cōtra me lata appellauerit meo nomine, debeo talem ap. ratificare infra ipſos decē dies, infra quos appellare debebam: ut dicit Hoſt. in ſumma in ti.de ap.in §.quos poſſit,aliter non ualet ratificatio. non quia permittendo labi

tem

tempus mihi à iure uel ſtatuto conceſſum ad aliquod faciendum, ſi infra id tempus non faciam, uel etiam infra ipſum tempus ratum nō habeā, uideor iuri meo ſaltem tacitè renuntiaſſe. a Ideo fruſtra conor per ratificationem redire ad id, cui ſemel renuntiaſſe uideor. C. de rebus credi. l. ſi quis iuſiuran. & C. de condi. inſer. l. ulti. & ff. qui ſatiſd. cogan. l. de die. §. ulti. Et nota. per Dyn. in c. ratihabitio. de re. 1 iur. li. vj. Et ita propterea fuit tūc cōcluſum per dominos, dictam app. dicti Michaelis raueti fore deſertā, & diffinitiuè pronūtiatū die ſentētiarū tūc prolatarū. Et ſimiliter iteratò fuit iudicatū, anno Mil. cccclviij. de mēſe Septembris, in manibus Antonii de molena, contra Claudiū uilionis aliàs roſerii de alanardo: a quia eius appel. introducta per b Io. Guidonis non ratificauit in- 1 fra tempus ſtatutum, licet bonā cauſam foueret in negotio principali. De materia introductionis appellationis, uide quæ dixi c j. q. xv. & q. cccxxxvj. Circa hanc materiam aduerte: quia forſitan non eſt neceſſe, quòd hoc caſu ratificet introductio appellationis: qa ex quo ipſe aſſertus procurator, introducendo appella d tionem, portat inſtrumentū appellatiōis, præſumitur habuiſſe mandatum eā introducendi coram iudice appellationum: ſicut in ſimili uidemus, ꝙ quis tradendo inſtrumentum debiti, ui detur data poteſtas exigēdi debitum in tali inſtrumento contentum: ut not. glo. in l. fin. C. de pa. conuen. tam ſuper dot. &c. quam ibi ſequitur Barto.

¶ Introductam. *de hoc. ſ. quòd appel. non habentem poteſtatem ratificari facta debeat infra tempus ſtatutum ad appel. iſtum conſi. cxxiij. incip. circa ma. proceſſus. nu. vj. uerſicu. ad ſextum.*

SVMMARIVM.

Teſtes alij debeántne examinari in cauſa appellationis, ſuper eiſdem articulis traditis in prima inſtantia.

QVAESTIO XIIII.

LICET inter doctores, qui in iure ciuili ſcripſerunt, in l. per hanc. C. de tempor. appel. ſint uariæ opi. Et poſuit Pet. Iaco. in ti. libelli in cauſa appellationis, poſt titulum de cōſti. pecu.[a] in gl. iij. auth. at qui ſemel. C. de probat.[b] utrum * in cauſa appellationis ſuper eiſdē articulis traditis in prima inſtātia, teſtibus examinatis, & per partes didiſcitis teſtificatis, debeant[c] alii teſtes ſuper eiſdem uel ſimilibus, aut contrariis examinari. Tamen de ſtylo præſentis curiæ parlamenti ſeruatur opinio dicentium, ꝙ non debent teſtes ſuper eiſdē uel ſimilibus aut directè contrariis[d] in cauſa appellationis examinari. & hoc timore ſubornationis teſtium. iuxta capitu. fraternitatis. extrà, de teſti. & recitat glo. in authen. qui ſemel. ſuprà allegata. Et ita uidi ordinare de menſe Aprilis

anno Mil. ccccxlv. in manibus Ioānis Boruti in cauſa remiſsionis uertentis inter abbatem de boſſodono ex una parte,& homines de crutis ſuper bedali. qui ſtylus corroboratur diſpoſitione clementinæ finalis.de te-
c ſtib.[c] In multis tamen locis ſeruantur opiniones legiſtarum. quia imò in ſecunda inſtantia poſſunt teſtes ſuper eiſdem articulis examinari, ut refert Bal. in libro feud. titulo ſi de inueſtitura inter dominum & uaſallum lis oriatur. circa medium. de quo plenius tetigi infrà quæſtione ccccclxxxvj.De hac materia ſcripſi etiā infrà quæſtione cccxlvij.Sunt etiam multi alii caſus ſpeciales, in quibus teſtibus publicatis,didiſcitis,teſtificatis, alii teſtes admittuntur,qui caſus enumerantur per Spec.in tit.de teſti.§.ſatis utiliter.

a ¶ Poſt ti.de conſti.pecu. *Scilicet immediate ſituat.*

b ¶ C.de prob. *Debuit enim allegare uerſ.item eſt notandum.ibi,ſecundum ſpeciale in cauſa appella.*

c ¶ Debeant. *id eſt, poſſint.*

d ¶ Contrariis. *Videlicet de directo. Nam indirectam contrarietatem bene licet probare per teſtes poſt atteſtationes didiſcitas.ut in cle.teſtibus.de teſt. & ibi gl.in uer. directo.*

e ¶ Cle.fina.de teſti. *Tu uide de hac materia iſtum conſi.xxxv.incip.appellatio.nu.1.uerſi.& ideo. & conſi.c.incip.admitti debent.in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones tres admittuntur.*

2 *Ablatiuus abſolutus, demonſtrat contractum conditionalem.*

3 *Diſpoſitio conditionalis, ut dignoſcatur.*

4 *Exceptiones tres tantùm, quando admittantur.*

QVAESTIO XV.

SECVNDVM ſtylum cu-
a riæ Delphi. S. Marcel.[a] aduerſus compulſorias à dicta cu-
1 ria,ſuper inſtrumento* obligatorio ad uires & ſubmiſsiones dictæ curię confecto,nō admittuntur niſi tres exceptiones. uidelicet,falſi,ſolutionis, & nouationis: ita ꝙ alii remedio nō ſit locus.Contingit, ꝙ in dicta curia nobiles Ludouicus de Balma, & Antonia de Saluciis coniuges impetrauerūt cōpulſorias ſuper quodā inſtrumēto ad uires dictæ curiæ ſumpto pro ſumma mille florenorum cōtra dominum principē Aurayce: quia dominus princeps nullā ex dictis tribus exceptionibus oppoſuit. Sed oppoſuit inter alia, ꝙ cōtractus cōtentus in dicto inſtrumento ex quo petebātur dicti mille floreni,eſt conditionalis, uidelicet caſu, quo domina ratificaret dictū contractū infra tunc proximū feſtū ſancti Ioannis Baptiſtę per uerba ibi adiecta, Au cas toutesfoys &c.ecce
2 quia ille*ablatiuus abſolutus[b],
b addidit,& demonſtrat cōtractū cōditionalē:iuxta l.à teſtatore. ff.de cōdi.& demon. & l.ſi quis ita.§. ſi duo.ff.de ſtatu libe.cum ſimilibus.Prætereà, dicit Bal.in l.quib

l.quibus diebus.in §.fi.ff.de con di. & demõ. ꝙ quãdo dubitatur de uerbis, an faciant modũ uel conditionẽ. & poteſt tacitè uel expreſsè apparere de mẽte diſponẽtis, ꝙ uoluerit primò aliquid fieri, quàm cõmodũ conſe
3 quatur, tũc* diſpoſitio detegitur conditionalis, ſicut in caſu iſto: quia princeps Aurayce primò uoluit ratificationẽ fieri, quàm ſoluere dictos mille florenos petitos. Quod patet: quia debebat fieri dicta ratificatio in proximo tunc feſto beati Io. Baptiſtæ, & ſolutio dictorum mille flore. debebat fieri per dictum dominum principem Aurayce, poſteà in feſto natalis Domini tunc proximè ſequẽti, & tũc fuiſſet facta per dictũ dominũ principem de ſoluendo cõditionalis; uidelicet ſi dicta domina primò ratificaret: quę ratificatio nõ fuit facta infra dictũ terminum præfixũ. Et ſic cũ non fuerit adimpleta cõditio, nõ fuit orta actio, nec obligatio, iuxta §.ex cõditionali.inſti. de uer.obli.cum ibi notatis. Hic etiam uidemus, ꝙ defectus conditionis impedit tranſlactionem dominii & poſſeſsionis. ut in l.qui abſenti.§.j. ff.de acqui.poſ. Iſta fuerunt oppoſita coram dicto.iudice ſancti Marcellini: licet diuerſimodè & per alias rationes, qui iudex ſeu eius locum tenẽs in ordinatione per eũ in cauſa facta iſta admittere noluit: ſed præfixit dicto principi terminũ præciſum ad opponẽdum alteram dictarum triũ excpetionũ, ſecundùm dictum ſtylũ, aliás, ꝙ cõcederet pręciſas. A qua ordinatione appellauit dictus dominus princeps ad dominum iudicem appellationũ totius Delphina. qui dominus iudex partibus auditis pronũtiauit dictum dominum principem ſine grauamine appellaſſe. ideò iteratò appellauit dictus dominus princeps ad curiam parlamenti. Quæ partibus auditis, uiſis actis primæ, ſecundæ & tertiæ inſtantiarum, pronunciauit & cognouit per iudices à quo, malè fuiſſe pro-
c nuntiatum. Ea ratione, [c]quia licet ſecundùm ſtylũ non admittantur niſi tres exceptiones iam dictę, uidelicet, falſi, ſolutiõis, &
4 nouationis.*Hoc eſt uerũ, quãdo compulſoriæ ſunt impetratę ſuper inſtrumento obligatorio: ut legitur in ſtylo ipſius curiæ. Et cum ſtylus loquatur tantũ de inſtrumẽto obligatorio: patet. ibi, dũ dicit, ꝙ tantũmodo tres admittũtur exceptiones &c. Sic enim ibi præſupponitur, ꝙ de ipſo cõtractu ſit nata actio, cùm exceptio ſit actionis excluſio, ut iuribus uulgatis. Sed dictũ inſtrumentum ad iuſtificationẽ dictarum cõpulſoriarum pro parte dictorum coniugũ productũ, nõ eſt in illa parte obligatoriũ, cùm dicta adiecta conditio nõ fuerit adimpleta. iuxta dictũ §. ex cõditionali. Igitur iudex primæ inſtantiæ ſancti Marcellini

debuit dictam oppoſitionē ad-
mittere, cū ipſe citius loquens
de obligatorio inſtrumēto non
debeat extēdi ad aliū caſum nō
expreſſū, uidelicet ad inſtrumē
tum nō obligatoriū. iuxta l.j.in
§.ſi quis nauē.de exercitoria.ma
ximè ille ſtylus rigoroſus, iuxta
c.odia.de reg.iur. lib.vj. Et licet
Bar.in l.j. in §.j.ff. qđ ui aut clā.
quem ſequitur in hoc Saly.in l.
ita pudor.C.de adulte.uideatur
uelle, ꝙ per iudicē à quo, bene
fuerit ordinatum & proceſſum
per uerba dicti ſtyli ibi: ita ta-
men ꝙ alteri remedio nō ſit lo
cus.poteſt tamen reſpōderi, ut ſ.
ꝙ ille ſtylus loquitur de cōtra-
ctu, ex quo oritur obligatio, &
per cōſequens actio: nō autē de
cōtractu ex quo nō oritur obli-
gatio, nec actio: ſicut in hoc cō-
tractu cōditionali: ita fuit cōclu
ſum in diffinitione dicti proceſ
ſus in manibus Botuti, anno M.
ccccxlv. De materia dicti ſtyli S.
Marcellini, uide in quodā alio
caſu.ſ.q.clxxxj. & q.cccix. & xix.

a ¶Secūdum ſtylū curiæ.S.Mar
cel. *Tu uide de hoc ſtylo iſtum cōſi.*
cexlj.incip.ſpectabiles domini.nu.x.
uerſi.eſt etiam attendendum.

b. ¶Ablatiuꝰ abſolutꝰ.No.*quòd ab-*
latiuus abſolutè poſitus reſoluitur in
cōditionē.d.Bal.in l.j.in ij.co.uer.ſic
q̄ro nūquid in cōtractibus.C.quādo
licet ab ēp.diſce.et do.Bar.in l.ab ēp.
in ij.no.p tex.in uer. reſtitutis his.ff.
de pa.ubi dicit, quòd in cōtractibus
nō diſponūt: ſed aliquādo in ultimis
uolūtatibus uim diſpoſitionis habēt.

c ¶Ea ratione.No.*quòd ultra excep-*
tiōes in ſtatuto cōprehēſas admitti-
tur exceptio cōditiōis nō adimpleta.
No.*quòd ſtatutū nō excedit propriū*
caſum: etiā ſtatutū nō habet aliam
rationē: niſi quia ita placuit ſtatuen
ti. Ita ſentire uidetur do.Bal.*in l.et*
ſi dotis.in j.co.uer.quaro quid in ſo.
uero ibi, ex quo not.C.de iure dotiū.

SVMMARIVM.

1 Sētētia, *quid in propoſito themate.*
2 Sententia Iudicis *appellationum, eſt*
interlocutoria.

QVAESTIO XVI.

a IVDEX [a] appellationum, ſen
tentiā & proceſſum iudicis à
quo, pronūciauit nullos, ex eo,
quià lis nō fuit in proceſſu pri-
mæ inſtātiæ cōteſtata per reū ſu
per octo florenis petitis in peti-
tione actoris, à qua ſentētia iudi
cis appellationū fuit appellatū
ad dictam curiā parlamenti, nō
in ſcriptis, ſed uiua uoce: ideo
fuit dubitatū, ſi dicta appellatio
ſit deſerta: quia in ſcriptis non
fuit appellatum. Pro cuius dubii
deciſiōe, præmitto, ꝙ licet quæ-
libet ſentētia, quę diffinit illud,
de quo eſt cōtentio inter litigā
tes, poſsit largè ſumpto uocabu
lo dici diffinitiua. Tamē in ma-
1 teria * iſta diffinitiua ſententia,
propriè eſt, quæ diffinit & diri-
mit negotiū primū, in petitione
deductum, de quo principaliter
inter partes eſt altercatū, ut pro
batur in l.poſt ſentētiā.C.de ſen.
& interlo.om.iud.& ff.de re iu.
l.j. ita dicit notabiliter Saly. in
2 d.l.poſt ſententiam. * Sed dicta
ſent

ſentētia iudicis appellationum, à quo non dirimit negotiū primum in petitione deductum de quo principaliter inter partes eſt altercatum: quia ex quo ſententia & proceſſus fuerūt pronūciati nulli originaliter, actor poteſt dictos octo florenos per eum in prima inſtantia petitos, iterato petere. Igitur eſt dicta ſentētia iudicis appellationum interlocutoria, & nō diffinitiua. Pro quibus etiā faciunt notata per Ioannē Monachum in capitulo, cupiētes. §. quòd ſi per uiginti dies. de electione. libro vj. & per gloſſam in clemētina prima. de ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuū. Prętereà, uideamus, ꝙ ſi per lapſum termini ſit perempta inſtātia, & iudex abſoluat reū ab obſeruatione iudicii,[b] ꝙ talis ſententia non erit diffinitiua: ſed interlocutoria: ut dicit Bal. in l. ij. C. de epiſc. aud. Ratio, quia ſemper remanet in primæua actio, de qua inter partes principaliter diſceptatur. Ex quibus ꝓptereà ſequitur neceſſariò dictā appellationē à ſententia iudicis appellationū eſſe deſertam. Cùm ab ipſa ſentētia, * quæ eſt interlocutoria, nō fuerit in ſcriptis appellatū, iuxta diſpoſitionem. cap. cordi. de app. lib. vj. ita dixit ſuper appellatione Ioannetæ Iulianę introducta. in dicta curia, contra Iaquetum Lanchillem centureriū Gratianopo. in manibus Io. de Liliers. Et prepterea eidē Ioannetę tūc per dictum parlamentum fuerunt denegatæ literæ citatoriæ & inhibitoriæ. Idem fuit iteratò iudicatū in hac curia parlamenti. & uide prima quæſtione ducenteſima uigeſima. Sed quid de ſententia lata ſuper deſertione appellationis, an ſit diffinitiua uel interlocutoria, uide quæ dixi ſupra. q. xj. Sed an ſententia per iudicem primę inſtantiæ lata, ſuper nullitate proceſſus ſit interlocutoria, uide quæ ſcribuntur ī. q. ccxx.

a Iudex. *Vide de hac materia* Bald. *in Marga. uer. xcvj. &* Bal. *in l. cum minorem. j. col. C. ſi aduerſus rem iudi. Bar. in l. ſi præſes. C. quomodo & quando iudex. Et hoc uerum, ſi appellatū fuit ab interlocutoria, aliàs eſſet diffinitiua ut no. deci. cccxxxv. fuit dubitatum.* No. *quòd pronūciatio, quæ fit non ſuper principali, ſed aliquo emergenti uel incidenti, cenſetur interlocutoria: non autem diffinitiua. Spe. ij. parte in titu. de ſenten. §. j. in uerſi. interlocutoria.*

b Ab obſeruatiōe iudicii. T*u uide de hoc plenè iſtum, conſi. lxix. incip. pro declaratione. nu. j. uerſic. ad primum. ibi, facit etiam pro hoc ratio.*

¶ *Nota, quod pragmatica ſanctio cōcordat iuri cōmuni.* N*am pragm. ſanctio dicitur in cauſa in cōſiſtorio principis uentilata, & conſtitutio principis, cauſa cognita ſuper ea facta. glo. in uerſi. pragmaticam. in ca. peruenit. cj. di. et ibi* Arc. P*rag. enim eſt quod facit* I*mperator cū conſilio procerum. C. de no. co. compo. §. fi.* E*t C. de pala. l. non aliter. lib. xij.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta papalia ſunt contra pragmaticam ſanctionem.*

QVAESTIO XVII.

ANNO ſupra proximè dicto,& die ueneris xv. Decembris,in cauſa ſupplicationis Bonthoſii contra conſules præſentis ciuitatis Grationopo. in manibus de Plaſtro Secretarii Delphi. fuit per dominos meos curiæ parlamenti Delphini cognitum, & declaratum, * quòd
1 reſcripta papalia,uulgariter appellata conqueſtus, ſunt contra pragmaticā ſanctionē,in decreto de cauſis: quia tollunt ordinariam iuriſdictionem contra diſpoſitionem dicti decreti de cauſis. Et fuit propterea inhibitum dictis cōſulibus, ne tali reſcripto utātur.Sed aduerte,quia dicta pragmatica ſanctio; poſteà de anno currente domini Milleſimo quadringēteſimoſexageſimoſecūdo & die uigeſimaoctaua menſis Ianuarii fuit
a reuocata [a] per dominum noſtrū Ludouicum regem Frācorum. ut etiam ſcripſi j.q.ciij.in fine.

a ¶Reuocata. *Vide extrauagan. Sixti quarti, quæ intitulatur, concordia inter pa. & regem Franc.*

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores priuilegiorum, non ſunt hodie reuocati per pragmaticam ſanctionem.*

2 *Sanctiones conſeruatoriæ, ſunt permiſſæ de iure communi.*

3 *Creditores an poſſint coram conſeruatore trahi.*

QVAESTIO XVIII.

IN cauſa ſupplicatiōis coram nobis in curia parlamenti uertēte, in manibus Ioānis Ioffredi,inter ciues Viēnæ, ſupplicantes ex una parte,& dominos decanum & cap. eccleſiæ ſancti Mauricii eiuſdē ciuitatis ex altera, qui dominus decanus & capitulum dictos ciues & habitatores Viēnæ in cauſam traxerunt corā domino officiali præſentis ciuitatis Grationopo. tāquam cōſeruatore ſuorum priuilegiorum à ſummis pontificibus eiuſdem temporibus retro actis conceſſorum. fuit x. die mēſis Nouēbris dicti anni proximè deſcripti, declaratum &
pronuntiatum iudicis* cōſeruatores talium priuilegiorum nō 1
eſſe hodie ſublatos [a] ſeu reuocatos per pragmaticā ſanctionē a
per uerba [b] in decreto,de cauſis. b
ibi, uel priuilegio cognitionem habent &c. Ideò fuerunt licentiati dicti decanus & capitulū, cum nihil attētaſſent cōtra pragmaticam ſanctionem per uer-
ba in ipſo decreto,de cauſis, [c] & c
condemnati in eorum expē. dicti ciues Viennæ. Sed reſtat reſpondere ad declarationem factam in cauſa domini Ioannis Bonthoſii, de qua ſ. q. xvij. in qua fuit declaratū,reſcripta papalia, uulgariter cōqueſtus nūcupata,eſſe cōtra pragmaticam ſanctionem:ad quæ poteſt pluribus modis reſponderi. Primò, quòd dicto conſeruatori priuilegio

legiorum per ſummos pontifices & dictis dominis decano & capi, literæ conſeruatoriæ fuerunt conceſſæ ante pragmaticã ſanctionem, quæ conſeruatoriæ anteà conceſsæ ſecundùm pragmaticam ſanctionem tolerantur, ut patet ibi, uel priuilegio cognitionem habent &c. illud uerbum, habent, denotat tempus dictæ pragmaticæ ſanctionis. Sed hæc ſolutio non eſt generalis, quo ad conſeruatorias, quę impetrantur poſt pragmaticam ſanctionem: ideò poteſt aliter reſponderi, quòd pragmatica ſanctio & decreta concilii Baſilienſis in ipſa pragmatica ſanctione incorporata, omnia redeunt ad ius commune, maximè in dicto decreto, de cauſis. ut ibi clarè apparet. Sed

2 conſeruatoriæ * ſunt permiſſæ de iure communi, ut legitur & notatur per Spe. & Io. An. in additio. in tit. de iudi. deleg. [d] & in ca. & ſi principalis. de reſcrip. in cle. in c. fin. de offi. deleg. lib. vj. Sed iſtud reſcriptum, conqueſtus uulgariter appellatum, non eſt de iure communi, ſed contra ius commune: quia tollit ordinariam iuriſdictionem: igitur reſtringendum tanquam odioſum. & ſic deciſio de qua s. in xvij. q. & iſta, non ſunt contrariæ ſed diuerſæ. De materia conſeruatorum, & de quibus cognoſcere poſſunt, uide Ioan. An. in nouella. in c. fi. de offi. dele. libr. vj. & in addit. ad Spec. in titu. de offic. dele. §. excipi poteſt. Et uide quæ dixi in hac materia conſeruatorum. ſ. q. ccxlvij. quia in bullis talium conſeruatorum priuilegiorum dicitur, quòd conceduntur talia priuilegia contra iniuriantes &c. 3 * An per illa uerba poſsint trahi creditores coram tali conſeruatore? dic quòd ſic, quia retinendo debitum creditori iniuriatur, ut dicit Specu. in tit. de inſtr. edi. in §. nunc uerò aliqua. uerſicu. de hoc autem quæritur. [e]

a ¶ Non eſſe hodie ſublatos. *Quia uigore pragmaticæ ſanctionis confirmantur iudices de priuilegio Ro. Ponti. cognitionem habentes.*

b ¶ Per uerba. *Supple, ut probatur.*

c ¶ In decreto de cauſis. *Poſita poſt exordium, in uerſicu. quæ attendentes.*

d ¶ In ti. de iudi. deleg. [d] §. *ſi. in uerſic. item quòd non eſt. & ibi habetur, cum iudex & conſeruator differant, item & quis conſeruator eſſe poteſt, & cuius, & de eius officio. Et idem dominus Baldus in additionibus.*

e ¶ De hoc autem quæritur. *Qui eſt uerſicul. lxxij.*

SVMMARIVM.

1 *Abbreuiatura notarij an fidem faciat. & nume. 2.*
3 *Regiſtrum notæ an faciat fidem.*
4 *Inſtrumento, prothocollõne potius ſtandum.*
5 *Prothocollum debet exhiberi, ſi inſtrumentum de falſo redarguatur.*
6 *Prothocolla debent remanere penes hæredem notarij.*

QVAE

QVAESTIO XIX.

VALENTINVS Baquelarii, cõducẽs cauſam nobilis Claudii Grimaudii,ut procurator eius non produxit eius mãdatũ ſeu procurator in publica forma: ſed ſolũ produxit atteſtationẽ notarii,qui tale mãdatũ recepiſſe dicebatur,& atteſtabatur talis notarius, ꝙ anno & die talibus & corã teſtibus recipit procuratoriũ talis, in quo eſt dictus Valẽtinus procurator nominatus, & ſe ſubſignauit:
1 *utrũ probet talis atteſtatio. Dixi quod non: quia licet abbreuiatura notarii probet & fidem faciat ut poſsit in publicã formam redigi,ſeu leuari,tamẽ nõ facit fidem ut poſsit in iudicio effectualiter eius tenor exequi: in authen.de fide inſtrument.in
a §.oportet.[a]& l.fin.circa mediũ. C.de aſſeſſo.hoc etiã tenet Bar. in l.contractus.C. de fide inſtru.
2 in j.col. Ad*hoc enim ut inſtrumentum in publicam formã redactum, probet, multa requirũtur,de quibus plenè per gl. in l. generali.C.de tabula.lib.x.& illa eadem requiruntur interueniſſe in prothocollo ſcela uel abbreuiatura, ad hoc ut fidẽ faciãt.ut not.Cy.in d.l.contractus. & Bald.eod.titulo,ſuper rubric. & Ioan. Andr.in addi.ad Specu. in tit.de inſtrumen.edi.in §. uidendo.ibi de hoc no. Accurſius & Bartol.in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.ff.de edẽ. Et ita fuit determinatum in die ſentẽtiæ in uigilia Ramiſpalmarum. M. ccccxlvij. & proceſſus nullus pronunciatus defectu ſufficientis poteſtatis dicti Valẽtini in manibus Ioannis de Vourey ſecretarii Delp. in proceſſu inter ipſum nobilẽ Claudiũ ex una parte & conſules aualo-
3 nis ex altera.* Sed an regiſtrum
b notæ[b]faciat fidem, uide Inno.[c]
c in c.j.extrà.de proc. Si prothocollũ & inſtrumẽta producãtur, cui ſtandum erit?dic quòd prothocollo.l. Sẽpronius.ff.de leg.
4 ij.* Si inſtrumẽtum de falſo re-
5 darguatur,* prothocollũ debet exhiberi.ita dicit Bartol.in l.fin. C.de fide inſtru.& in l.ubi.C. de falſis.iuncto §.illud.in authẽ.de tabel.col.v.ibi bona gl.& Barto. in l.Sempronius Procu.De prothocollo ſcripto, & nõ recitato, uide legem xj.§.j.ff.de legat.iij. & Iac.de Bel.in d.auth.de tabel.
6 * Item prothocolla debent remanere penes hæredẽ notarii: in authen.de defen.ciuit.§.quæ uerò.qui eſt §. ij. colat.iij. Item de ſcripturis, quæ reperiũtur in lapide monumentorũ.uide quę ſcripſi infrà quæſti.cccclxxxij.in fin.Si hæres notarii poſsit groſſare inſtrumenta ſine cõmiſsione,uide quæ ſcripſi infrà, quæſt. cxviij. De materia prothocolli, etiam tetigi ſ.q.ij.&c.

a ¶In §. oportet. *Vbi non habetur de hoc, nec in iuribus ſequentibus per dominum Bart.ſed tangitur per d. Bal.& plene per do.Cy.in l.contractus.de fid.inſtru.*

¶An

b ¶An regiſtrum notę. *Vide iſtum conſ.lxxiiij.inci. circa diffinitionem enim.iij.uerſ.tum & tertia.*

c ¶Inn.*Dicit Inno.quòd facit fidem: ſed aduerte quòd loquitur in alio caſu,puta ſi in archiuo alicuius perſona qua poteſt facere ſcripturam, reperitur aliquod ſcriptum in quo continentur certa geſta.Et talis ſcriptura apud ſed.apoſtoli uocatur regiſtrum, & facit fidem quo ad geſta qua in ea referuntur.*

SVMMARIVM.

1 *Acta in cauſa appellationis quis debeat producere,appellans, an appellatus,diſting.*

2 *Appellationes ab interlocutoria ſunt omnes ſublata, niſi in caſibus à iure permiſsis.*

QVAESTIO XX.

NVNQVID appellás teneatur in cauſa appellationis ſentētiam probare iniuſtam,ex cauſa:puta, quia nō fuit lata per legitimas probationes: an uerò appellatus debeat cōtrariū probare? Super hoc multa iura ſunt pro & cōtra. ueritas
1 eſt iſta,*ꝙ ſi reus qui appellatus eſt,fuerit condēnatus,actor originalis debet probare ſententiā iuſtam. Nam reus eoipſo docet eam iniuſtā, ſi non appareat iuſta. ¶Si uerò reus fuerit abſolutus actor appellans debet probare iniuſtam,oſtendēdo quòd in prima eius inſtātia probauerit eius intentionem.Et ita dicit Gulielmus de mōte lauduno in clementina finali.de appellatio. Sequitur Spec.in titu.de ſenten. in §.fi.in uerſ.ſed nunquid app. a & ſuper hoc uide Salicetū in l. hi qui.b C.de appellatio.Et pręmiſſa procedūt,quádo appellatur à diffinitiua. Sed ſi appellatur ab interlocutoria, ſemper appellans ſiue ſit originaliter actor,ſiue reus,ſemper debet in cauſa appell. acta producere ad iuſtificandum eius appellationē eſſe iuſtā. ita ſeruat ſtylus præſentis curiæ parlamenti, & aliarum curiarum, præſentis patriæ Delphi.de hac materia etiā plenè tetigi infrà, quæſtione cccc-
2 xxxvj. Tamē*hodie ſunt ſublatæ appellationes ab interlocutoria,niſi in caſibus à iure ciuili permiſsis:uide infrà, quæſtione ſeptuageſimaquinta.

a ¶In uerſi.ſed nūquid appellás. *Vbi dicit,quòd actori incumbit probandi onus, in cauſa, cui etiam in principali incumbit.* ¶Nota, *quòd actori originali in cauſa ap. ſemper incumbit onus probandi ſententiam in prima inſtantia latam,fuiſſe, & eſſe iuſtam,ſi pro eo,uel iniuſtam,ſi contra eum latam prætendat. & ideo utrobique ad iuſtificationem ſuæ intentionis debet producere acta, ubi appellatum extitit à diffinitiua: ſecus ab interlocutoria. quia tunc appellans indifferenter producere habet acta ad edocendum de uiribus ſuæ appellatio. uide omnino d.* Bal.*in addi.ad* Spec.*in tit.de app. in ſecunda addit.vij.colum.in uerſic. quæritur quis debet probare.*

b ¶Hi qui.*Vide Barto.in d.l.hi qui. & in l.j.ff.ſi tutor uel cur.appel. & hanc*

hanc diſt. Barto. *approbat* Paul. *de* Ca. *in d.l. hi qui. in quantũ ad ipſum* Bart. *remittit.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus debet dari, quando mutatæ ſunt perſonæ de iure.*

QVAESTIO XXI.

1 DE iure quãdo ſunt mutatæ perſonæ, * debet dari libellus: per ea, quæ dicit Spec. in titulo de executione ſententiæ.
a §. breuiter. in uerſicu. ſed eum.[a] & facit extrà de iudi. in ca. quia
b iu. & ibi per Ioannem And.[b] Et ita etiam ſeruat ſtylus pręſentis curiæ parlamenti, ut uidemus quotidie in cauſis inchoatis per cõpulſorias, ſi perſonæ ſint mutatę, & pars rea petat ſibi libellũ offerri: curia parlamenti ordinat offerri libellum per actorem &c.

a ¶In uer. ſed eum. *Ibi licet loquatur, quando petitur executio ſententiæ: tamen facit in arg. eius quod hic dicitur de compulſorijs: quia literæ præciſæ, quæ ſuper compulſorijs conceduntur, obtinent uim & authoritatem rei iudicatæ: ut patet in ſtatutis* Delphi. *ſub rub. de literis compulſorijs & præciſis concedendis. in iiij. c. eiuſdem rubricæ, quod incipit, ſin autem reus.*

b ¶Per Ioan. An. *in j. col. uerſ. perſonalis.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus datum ad redimendum pignus, à quo die currat.*

2 *Poßeßio an transferatur iure ipſo, abſque reali traditione.*

3 *Habens poßeßionem realem, an præferatur habenti ciuilem.*

QVAESTIO XXII.

FVIT inter nos in camera conſilii dubitatum, in deciſiõe cuiuſdam cauſæ, vtrum * tẽ- 1
pus datũ ſecundùm ſtatuta Delphi. ad redimẽdũ pignora, currat à die realış mıſsiõis in poſſeſsionẽ rei incantatæ: uel à die liberatiõis, quę fit in ultimo incãtu per præconẽ, per traditionem calami, plus offerẽti. & uidetur primò, quòd illud tempus redimẽdi deberet currere à die realis traditiõis, uidelicet miſſionis in poſ. per uerba ſtatuti, ibi dũ dicitur, à die liberationis numerãdos. illud enim uerbum liberatiõis, debet intelligi in ſuo potentiori ſignificato, in leg. j. ff. ſi ager uectigal. &c. Quia illa traditio calami uel baculi quæ fit per pręconem de nullo operatur, ſaltim quo ad' tranſlationem poſſeſſ. dicit Hoſtien. in ſum. in tit. de cauſa poſſeſ. in uer. ſed quid ergo ſi uendas. & ibi dicit, quòd errant fatui notarii, qui dicunt tradi poſſeſsionẽ per traditionẽ calami. idem etiã ſentit Dynus de regulis iuris in capitulo, beneficium. uerſicu. iij. poſſet qui &c. Dicit etiã dominus Iacobus de Godablo officialis pręſentis officialis Grationop. prout ab eo
a audiui, quòd l. quotiẽs[a] duobus. C. de rei uen. non haberet locũ in emptore, qui primò poſſeſſionem fictam per precariũ habuerit, ſed quę realem traditionem

nem habuerit, per uerbum ibi traditū &c.ut etiam ſcripſi infrà quæſtio.cxij.Pro quo etiam facit tex.in leg.j, §.ſi prædia.C.de ſuffrag.ibi,ſequatur traditio corporalis &c,& ibi dicit Bald.per dictum tex,quòd non ſufficit ficta traditio, ubi realis requiritur.& ſic uideretur illud tempus redimendi debere currere à die 3
realis expeditionis, uidelicet miſsionis in poſſeſsio. tantum modo: ſed contrarium ſeruant ſtylus & conſuetudo dictæ curiæ parlamenti,uidelicet,quòd illud tempus computetur à die liberationis in ultimo incantu per præconem factæ per traditionem calami: & dicitur ſeu dici debet emptor, cui factum eſt tale liberamētum,uerus emptor ad incantum, ac ſi à domino emiſſet: per l.non eſt mi-
4 rum,ff.de pigno. actio.*eſt uerus poſſeſſor talis rei ſibi liberatæ abſque alia reali traditione, quæ de conſuetudine & de mēte dictiſtatuti,quæ conſuetudo & ſtatutum poſſunt hoc operari, ut transferātur poſſeſsiones ipſo iure abſque reali apprehenſione: ut notat Innocen.in c.ſecundo.de conſuetu.& uocatur ciuiliſsima poſ.de qua non fit mentio niſi in uno loco in c.
b ex parte. [b] de conſuetudine. & dicit alibi Innocen.in ſimili in c.cum noſtris.de conceſ.præbē. quòd licentia data utendi re,haberetur pro quaſi poſſeſsio. & quæritur poſſeſsio.Ita dicit Bal. in l.fina, C.de ſacroſanct.eccle. & pro hac parte facit,quod nota.per gloſ.in d.c.j.de conſue. ubi dicitur,quòd per traditionem anuli, transfertur poſſe.& dominiū:item per traditionem modicæ terræ in manu,ut ibi.facit etiam l.clauibus.ff.de contrahen.emptio. & uendit.l.j. C. de donatio.*Sed aduertēdum: quia etiam habens poſſeſsionē realem, non præfertur habenti ciuilem,ſi habens ciuilem, fuerit primò inueſtitus per dominum directū;uel econtrà,ut dixi infrà qō.lxxxj.§. ſed iuxta hoc quæro,ſi iſtud tempus redimēdi currat contra minorē, quomodo ſubueniatur eiſdem minoribus,uide quæ ſcripſi infrà qōn.xxxj.Si res minoris uel alterius uendatur cum ſubhaſtatione,non poteſt allegari deceptio ultra dimidiam iuſti pretii,in l.j. [c] C.de prædi.curi.lib.x.

a ¶L.quoties. *Eſto memor ut uideas domi.Iaſon.de Muy.illas quindecim fallentias ſeu limitationes, quas ponit in illa l.quoties.quia ualde elegantes.*

b ¶In c.ex parte. *Vult allegare c.ex literis.& glo.in uerſi.ſignum.*

c ¶In l.j. *Illa l.facit in argum.ut ibi no.d.Bar.quòd decretū operatur ne quis conqueri poſsit de deceptione ultra dimidiam iuſti pretij,ſed de minore ibi non uidetur intelligi, imò de maiore tantum:ut in l.j.& ibi gloſ.j.C.de prædi.minor.& in l.ſiquidem.& ibi gloſ.in uer.reſtat. C.eod.titu.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicati executio quem ſtylum obſeruet.*

2 *Iudex requiſitus an poßit cognoſcere de uiribus ſententiæ iudicis requirentis.*

3 *Conſuetudo loci, in quo quis conuenitur, an ſit obſeruanda.*

4 *Locus debeátne inſpici in iure ſcripto ſeruando.*

QVAESTIO XXIII.

1 SI PER literas* requiſitorias curiæ parui ſigilli Montiſpeſſulani, aut alterius curiæ Regis Franciæ, patris Prouinciæ, uel Sabaudię, aut cuiuſcunque alterius iudicis executio iudicati in præſenti patria Delphi. fieri requiratur, fiat executio ſecundum ſtatuta Delphi. & non ſecũdum ſtylum curiarum iudicum requirentium, licet debitor fuerit ſubmiſſus compulſiõi & ſtylo curiæ iudicis requirentis, ita ſonat ſtylus huius curiæ parlamẽti: licet fortè de iure dici poſsit, ꝙ talis executio iudicati deberet fieri ſecundũ ſtylum & ſtatuta loci iudicis requirentis, ubi iudiciũ agitur: iuxta

a no. per gl. in l. ij. [a] de eman. libe.

2 *An iudex requiſitus poſsit cognoſcere de uiribus ſententiæ iudicis requirẽtis: uide quæ dixi

3 in q. ccccxix. & q. lxxiiij. *An aũt cõſuetudo loci, in quo quis conuenitur, ſit ſeruanda, uide gloſ.

b & doct. de emẽdat. Iuſtin. C. [b] in

4 prin. ſuper uerbo, quos &c. *An & quando locus debeat inſpici in iure ſcripto ſeruãdo, uel conſuetudinario, uide plenè per do ctó. in l. ſuperuacuam. C. de ... ep. in integ. reſtitu. &c.

a ¶L. ij. *Vult allegare gloſ. j. in l. j. C. ſed pro ſtylo parlamen. Delph. facit text. & gloſ. ij. in l extra territorium. ff. de iur. om. iud.*

b ¶De emendat. Iuſt. C. *Vult allegare C. de ſum. tri. § ſuper uer. quis. & ibi dicitur, quòd ſeruanda eſt conſuetudo loci, unde eſt is qui conuenitur.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor an conſtituatur in bona fide, ſi rem, quam uendit, francam et liberam aſſerat, falsò tamen.*

2 *Ignoranti quomodo ſubueniatur.*

QVAESTIO XXIIII.

QVISPIAM uendidit alíquem fundum certo pretio, aſſerendo in inſtrumento uenditionis moueri dictum fundum de emphyteuſi & directo dominio domini Prioris de cõnexa ad cauſam ſui prioratus, rogans ipſum dominum Priorem tunc abſentem, quatenus eundem emptorẽ retineat & inueſtiat de dicto fundo, modo dictus dominus Prior, qui præſentialiter facit recipi recognitiones ſuas, uult cõpellere dictum emptorẽ ad ſibi recognoſcendũ dictũ fundũ, prætextu dictæ aſſertionis in dict. inſtrumẽto uẽditionis per dictũ uenditorem adiectæ: quia ipſe dñs Prior aliter directũ dominium probare nõ poteſt, aſſerẽdo ſe perdidiſſe eius recognitionẽ. Dubitatũ fuit inter nos in camera conſilii, an dictus

dictus Prior bene moueatur. Et
cõcluſum fuit, ꝙ ipſe Prior malè
mouebatur: quia ex illa ſimplici
aſſertione facta per uenditorẽ,
nõ probatur eius aſſertorẽ do-
minũ directũ, niſi haberet alias
probationes, iuxta ea, quę tenet
Spe. in ti. de locat. §. nũc aliqua.
a uer. lxxiiij.ª Et pro hoc facit l. fi.
in fi. ff. de contra. emp. & uendi.
etiã quia emphyteuſis probatur
per ſcripturã: ut not. gl. c. j. de cẽ-
ſib. in vj. ubi gl. enumerat xxviij.
caſus, qui debẽt per ſcripturam
1 probari.* Sed quid ſi uenditor
rem quã uẽdit, aſſerat eſſe fran-
cam, uel moueri de dominio di-
recto alicuius, licet nõ ſit uerũ:
an ex tali aſſertione cõſtituatur
emptor in bona fide? credo ꝙ
ſic, per l. bonæ fidei emptor. ff.
de uer. ſig. & l. bonæfidei poſſeſ
ſor. ff. de acquir. rer. dom. & etiã
ex iuſta credulitate uel ignoran
tia cauſatur bona fides l. ſi ego.
§. item Iulianus. ff. de Public. Et
ſequitur effectus, quòd ipſe em
ptor excuſatur à commiſſo, arg.
l. j. §. dies. & §. ſi aduerſus. ff. quã
do appellã. ſit. & l. ſi annus. ff. de
2 calum.* Sed an ipſo iure uel per
reſtitutionem in integrum ſub-
ueniatur ignoranti: Cy. in l. j. C.
de iur. emphyte. & Dy. in c. cum
quis. de reg. iur. & Bart. in l. cùm
filius. §. in hac. ff. de uerb. obli. di
cunt, quòd nõ ipſo iure, ſed re-
ſtituatur in integrum. Saly. tan-
git de hac materia in l. non mi-
nus. C. de accuſa. de illo qui uen
dit rem, credens eſſe allodia-
lem: uide infrà quæſtione cccv.

a ¶Verſi. lxxiiij. *Niſi ipſe uenditor probaret gerendo negotium Prioris, ea, quæ dicta ſunt ex certa ſcientia, nomine Prioris pepigiſſe, quo caſu te netur Priori rem ratam habenti ſuo nomine geſtam. Actio eſt ex uendito, cedere contra emptorem per actionem neg. geſtor. ut ibi dicit Spec.*

SVMMARIVM.

1 *Appellantes teneantúrne comparere, pro apoſtolis petendis, coram iudice.*

QVAESTIO XXV.

HOMINES mandamenti Nouachię in Briãſoneſio, à quadam ordinatione prolata per iudicem Brianſonii ad utilitatem condominorũ dicti loci Nouachiæ, appellauerũt in ſcriptis, ut in forma: & petierunt apoſtolos à dicto domino iudice ſibi concedi: qui iudex eiſdẽ aſsignauit certam diem ad audiendum eius reſponſionẽ: qua die comparuerunt dicti homines, petendo apoſtolos & literas dimiſſorias. Iudex iteratò eis aſſignauit alium terminũ, & effectualiter eis aſsignauit ſex terminos ad audiendũ reſponſiones, taliter quòd effluxerũt quadraginta dies, qui dãtur ad introducendum appellationẽ coram iudice ad quẽ, ſecundũ ſtatuta Delphinalia: tamen ipſe iudex in ultimo termino cõceſsit apoſtolos & literas dimiſſorias. Poſtea dicti homines introduxerunt eorum appellationẽ coram iudice appellationũ totius

Delphinatus: qui iudex in diffinitione cauſæ pronuntiauit dictam appellationem eſſe deſer tam ex eo, quod dicti homines nõ introduxerunt infra quadraginta dies, iuxta ſtatuta Delphinalia: qui computantur à die recitationis ſententiæ. qui homines à dicta ſententia appellauerunt ad curiam parlamenti, & petierunt literas inhibitorias & citatorias contra dictos dominos Nouachiæ. Dicti uerò domini Nouachię dixerunt nõ eſſe admittẽdum, cùm ſit deſerta. Ideo dicta appellatio cum proceſſu curiæ appellationum fuerũt uiſi ad plenum: & fuit deliberatum in conſilio ſecundum maiorem partem opinionum dominorũ meorum in eodem conſilio tũc exiſtentium, quòd dicta appellatio erat deſerta ex cauſa ſuprà

1 declarata: quia* ipſi appellãtes non tenebantur comparere pro apoſtolis petendis coram iudice Brianſonii: niſi ſemel in primo termino: & illa comparitio habebatur pro conceſsione apoſtolorum ſecundum dicta ſtatuta, nec tenebãtur tantas dilationes expectare: nec ad ipſum iudicem à quo, redire: ut patet in ſtatutis Delphinalibus ſub rubrica, ordo & modus procedendi corã ordinariis & delegatis iudicibus Delphinalibus. in decimo cap. ibi, & ſi aliqua partiũ. in fi. Ad idẽ probatur in alio ſtatuto Delphinali ſub rub, de app. & queadmodũ ipſi apoſtoli petantur, & appellationes ipſę introducãtur ibi: ſed perinde erit, ac ſi apoſtoli fuiſſent per eũ cõceſsi &c. ſed debebãt propterea infra xl. dies eorũ appellationẽ corã dicto iudice appellationũ introducere. Et ideo fuerũt eiſdẽ appellantibus denegatæ literæ citatoriæ & inhibitoriæ, die xx. mẽſis Maii, M.cccc xlvij. ĩ manibus Io. Iofredi ſecretarii Delphinalis: cùm nec etiã de iure tenebãtur dicti appellãtes dilationes expectare. iuxta cle. quãuis. in fi. de app. de materia introductiõis, ſi nõ introducatur appellatio in tẽpore ſtatuto per iudicem à quo, an ſit deſerta: uide quæ dixi infrà q. cccxxxvj. & ſuprà q. xiij.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem, an poſsit mandari executioni contra fideiuſſorem, ſine nouo proceſſu.*

2 *Sententia lata contra debitorẽ, mandatur executioni in bonis debitoris ſui.*

QVAESTIO XXVI.

FVIT inter dominos meos in camera conſilii dubitatũ in deciſione cuiuſdã cauſæ, *utrum ſententia lata contra principalem, poſsit mandari executioni contra fideiuſſorem ſine nouo proceſſu [a]. Et ſuper hoc dominus Stephanus Guillionis, præſidens pro deciſione puncti quæſtionis dixit ſic, poſt Bart. [b] Aut loquimur in fideiuſſore iudicii, aut in fideiuſſore contractus, Si in fideiuſſore iudicii, ui

deli

elicet de iudicato ſoluendo, unc fit executio contra fideiuſſorem abſq; nouo proceſſu:ita ſequitur gloſ.in l.fin.C.de uſuris rei iudica.quam gloſ.ſequitur Iacobus de Areti. argu. l.ſi quis.§.nummos.ff.de fideiuſſoribus.Si autem loquimur in fideiuſſore contractus,tunc ſententia lata contra principalem nõ habet paratam executionem contra fideiuſſorem:ſed eſt opus alio proceſſu:ut probatur l.grege. §.ij.ff.de pignorib. in l.à ſententia.in princi.ff.de appellationib.hoc etiam tenet Specula.in titu.de executio.rei iudi.in §.ſequitur.in uerſi.quid ſententia. idem Ioan.Andre. iniuriis & damno dato.cap.j. libro ſexto.& Cyn.in d.l.fin.C. uſuris rei iudicatæ. & Guilielmus de Cun.in l.ij.§.fina.ff. i ſatiſd.cogant.& ſunt uerba rt.in l.prima.ff.iudica.ſolui. Alberic.de Roſate, in dicta ſecunda.§.fi.qui ſatiſdare cogantur. licet dominus Oldradus in l.fina.§.adiicientes. C.de his qui ad eccleſias confugiũt. teneat contrarium, uidelicet quod utroque caſu ualet, & in fideiuſſore iudicii,& in fideiuſſore contractus, ſententia lata contra principalem mandatur executioni cõtra fideiuſſorem. Quod dicit ipſe,*quia uidemus a nd ſententia lata contra debitorem, mandatur executioni bonis debitoris ſui:ut l.ij.C. quando fiſcus uel priuat.ergo b idẽ in fideiuſſore:quia quæ ſtatuuntur in bonis debitoris, uidentur eſſe ſtatuta in bonis fideiuſſoris:ut in d.§.adiicientes.& hoc uerum dicit ipſe Oldradus, niſi fideiuſſor haberet euidentem exceptionem,quæ intentionem actoris elidat:ut l.iij.ff.ad exhibẽ.& in c.ueniens.extrà de teſtib. Et hæc dicit ipſe locum non habere in fideiuſſore in iudicio ſiſti,quia ille reo condemnato liberatur. Sed reſpectu illius membri in quo omnes concordant,uidelicet,quòd in fideiuſſore de iudicato ſoluendo fit executio contra fideiuſſorem abſq; nouo proceſſu, puto iſtud dictum uerum,niſi eſſent mutatæ perſonæ:quo caſu debet primò pars uocari in tali executione ſententiæ & ſummaria petitio offerri, & de cauſa ſummariè cognoſci per iudicem, per ea quæ notat Speculator in titu.de executione ſententiæ.in §.breuiter.uerſic.ſed ſecundum eum.Et tetigi de hoc ultimo dicto,ſuprà q.xxj. An autem ſententia poſſit mandari executioni contra tertiũ poſſeſſorẽ, qui non fuit uocatus:uide Ioannem Fabr.inſtitut.de action.in §.omnium.in v.quæſtione.c & l.j.C. de alienan. iud.mutan. cau.facta,&c.

¶Sine nouo proceſſu. *Vide de hoc per iſtum conſ.ccxij.incip.circa dubia mihi tranſmiſ.nu.x. uer.præterea. quia ſententia.*

¶Poſt Bar.*De hoc uide ipſum* Bar.

ff.de fi.inſtr. l. ſi pro eo. §.ſi numos. a
& in l. j.ff. iu. ſol. ubi etiam uide
Pau.de Caſt.tenentem quid contrà,
ſcilicet,an ſentētia lata contra fide-
iuſſorem,fiat executio contra prin- b
cipalem.uide do:Alex.in d.l.j. iudi.
ſol.poſt do.Bar.et Bal.Et ibi etiam
quid in fideiuſſore rem rat. habe.

c ¶ In quinta quęſtio.*Vult allegare in quaſtione,qua incipit quaramus circa primum uer. ſed ad hoc.in ix. col.et dicit ibidē do.Io.Fa.quod ſic.*

SVMMARIVM.

1 *Pars una petitionis ſi probetur, an pro illa parte probata, poſſit ſententia fieri in actiōe reali uel perſonali.*

2 *Actioni reali conuenientia, conueniunt & perſonali.*

QVAESTIO XXVII.

IN manibus Io.de Vourey ſecretarii Delphi.nobilis Io.Bonifacii obtulit quendā libellum contra quoſdam homines poſ- c
ſeſſores quorundā bonorum in pede dicti libelli deſignatorum, agendo rei uendi.ſeu Publiciana:qui tamen Io.Bonif.nō probauit ſibi pertinere niſi partem a
tertiam dictorum bonorū:ideo in diffinitiua dicti ꝓceſſus fuit b
1 dubitatum*,an ſentētia poterat prꝯ dicto Bonifacii actore proferri, quo ad dictā tertiā partē probatam,& ipſi reo ob rem nō c
probatam,pro aliis duabus partibus,nō probatis. ſed licet circa hoc fuerunt uarię opiniones doctorū, & uariæ rationes hinc inde: tamen Bar.in l.ſi conſtante. §. ſi bona mulieri.ff.ſol.mat. tenet quòd pro illa tertia parte probata: pro eſt ſententia ferri * pro actore.idem tenet Io.Fa.in §.quotiens.inſtit.de inuti.ſtipu. idem Cy.in l.j. C.de lit.conteſt. & in l. j. C. de plus pet. [b] Et ita fuit iudicatū dicta cauſa die ſententiarum ſancti Ioannis Baptiſtæ,M.ccccl viij. Et dictus actor, quia plus petiit,quàm probauerit, fuit in omnibus expenſis dictorum reorum condemnatus. iuxta c.unicū.extrà de plus peti.
2 * Et quæ ſupradicta ſunt de actione reali:idē in actione perſonali; quia ſi quis petat cētū,& non probet, niſi quinquaginta, poteſt ſentētia ferri ſuper quinquaginta.ut eſt caſus ſecundum Cyn.in l.apud. §.item quæritur. ff.de doli exceptione.& uide in l.j.C.de litis conteſt.Sed qualiter hoc caſu debeat fieri cōdemnatio expenſarum,uide Pe.Ia.[c] in tit.de acti. ex locato.§.cū &c. Sed de illo,qui petiit minorem ſummam, quam ſibi debitam: uide infrà quæ.clxxvij.

¶ Sententia ferri. *Sic etiam tenet Pau.de Ca.in l.unica. C.de plus pe.*

¶ Et in l.j.C.de plus pet. *Parum ibi:ſed bene in alle.l.j.C.de li.conte. in uerſi.ulti.quaritur. & ibi per d. Bal.in uerſi.ſeptimò quaro.*

Pet.Ia. *Eſt aduertendum,quòd ipſe ſentit actori adiudicari debere expenſas quo ad ſummā, in qua obtinet: quo uerò ad ſummam in qua obtinet reus,fore adiudicandas reo: & ſic uterque ſecundum eum uicit, & uicit: partim ſcilicet in principali,partim in expenſis. & pro opi.*

Pet

Pet. Iaco. facit quod ... fit do. Bald. C. de plus peti. in l. j. in prima oppo. uerſi. ex iſta.

SVMMARIVM

1 *Actio negatoria cui competat.*

2 *Poſſeſſione de præterito probata, non præſumitur ex ea dominium.*

3 *Agens negatoria, quid probare debeat.*

4 *Negatoriæ natura.*

QVAEST. XXVIII.

IN diffinitione proceſſus hominum coſtarum darey agentium in negatoria contra homines albæ ripę in manibus Ioannis de Liliers, ſecretarii Delphi. exiſtẽtis, fuit facta per dominos meos ibidem præſentes cõcluſio ſequẽs: uidelicet, ꝙ dicti homines coſtarum darey agentes in negatoria ſufficienter probauerunt dominiũ, ſeu quaſi, pratorum ſuorum, quibus prætendebatur ſeruitus pecoris paſcendi, ex eo, ꝙ probauerũt ipſa prata tenere & poſsidere tanquam domini, & pro talibus haberi & cõmuniter reputari, per ea, quæ ponit glo. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. & ita etiam tenet dominus Io. de Ferrariis ſuper forma libelli in actiõe negato. ſuper uerbo, per quãdã petiam
a prati[a] & cætera. ita etiam dicit
b ſub dubio forte[b] Ioan. Fa. in §. omnium. in fi. inſtit. de actio. Et hoc uerũ in caſu iſto, in quo dominium uenit in iudicio inci-
1 denter.* Agebatur enim principaliter, negatoria actione, quæ competit domino fundi: & dicit talis agens incidenter ſe dominum. In hoc enim caſu & ſimilibus probata poſſeſsione de præſenti, præſumitur dominus: ut no. gl. in l. ſicut. §. ſi quæratur ff. ſi ſeruitus uendi. & probatur in l. j. iuncta ſua gl. ff. fami. erciſ. ita etiam tenet Henri. Bohic. in c. forus. extrà de uerb. ſig. Secus enim ſi in iudicio ueniret dominiũ, uel quaſi, principaliter, tunc enim nõ ſufficeret probare poſſeſsionem. Sed deberent probari aliqua ex cauſis, ex quibus dominiũ de iure quæritur. ita dicit Bar. & Sali. in l. cum res. C. de proba. & no. Inn. in c. abbate. extrà de uerb. ſig. & Bar. in l. ſi prius. ff. de noui ope. nunti. ubi tractat materia negatoriæ. & Ioannes Ferrar. ubi s. & notanter dicitur, probata poſſeſ-
2 ſione de pręſenti &c.* qa ꝓbata poſſeſsione de præterito, nõ pręſumitur ex ea dominiũ, ſecũdum Bart. & omnes doct. per l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pig. Et etiam eſt unum aliud ſingulare in hac materia negatoriæ: uidelicet, ꝙ agens
3 * negatoria, cõtra illũ qui eſt in poſſeſsiõe, uel quaſi, debet probare talis agens rẽ eſſe liberã: aliàs ſecus. ita dicit Spe. in ti. de proprietate. aliter eſt in titu. de cauſa poſ. & propriet. §. in conſeſſoria. uer. ſed qualiter probabit de iure ſuo. Idẽ tenet Io. Fa. inſtit. de act. §. æquẽ. ubi latẽ de hac materia negatoriæ, tetigit
4 Io. Fab.* Et nota circa hanc ma-

teriam negatoriæ, q̃ ipſa negatoria eſt illius naturæ, q̃ agens ſeu eã intẽdẽs debet negare ius competere aduerſario. ut l.ij.in prin.& l.loci corpus. §.cõpetit. ff.ſi ſeru.uẽ.& in d.§.æquè.inſti. de acti.Et niſi aduerſarius ꝓbet ius ſibi cõpetere,debet ſuccumbere:ut dixi infrà quæſt.ccccvij.

a ¶ Super uerbo &c. *Vult allegare glo.in uerbo,per quã & c.uer.adhuc de filio quæritur.ibi, alij diſtinguũt.*

b Sub dubio forte.*Imo Io.Fa.tenet ſine dubio,quod hic dicitur:ut in uer ſi.quid ſi nõ probet. ibi,niſi ſeruitutibus & c.* Et *ſic quod hic dicitur de probatione dominij,innuit habere locum in ſeruitutibus.* Et *dum ſubiungit,fortè poſſet ſuſtineri & c.loquitur in alio caſu extra materiã ſeruitutis.* Et *eſt menti cõmendandus & practicabilis,propter homines,qui licet per longiſſima tempora ſe geſſerunt pro dominis & poſſeſſoribus: tamẽ de titulo rei docere nõ ualent.*

SVMMARIVM.

1 *Præfecti prætorio,ſecundũ conſcientiam iudicant.*

QVAESTIO XXIX.

IN ſuperiori conſiſtorio curiæ parlamẽti Delphinalis domi-
1 ni mei de parlamẽto cũ ſint* iudices ſuperiores præſentis patriæ Delph.uicẽ præfecti pretorio obtinẽtes, poſſunt iudicare ſecundũ conſcientiam,iuxta ea,
a quæ ponit Barto.[a] in l.una.C.ut que deſunt adu.par.iu.ſuppleat. in fine ſui cõmenti, ibi,uel alius magnus iudex &c.Et ſi aliter facerent,peccarent,ſecundũ theologos: ut ibi refert Bar.& debẽt attendere ad ueritatẽ principaliter potius,quàm ad ſubtilitatẽ, iuxta not.in cle.paſto.de re iud. & in c.ad apoſtolicę.e.ti.li.vj.Et ita etiã uidi pluries in deciſionibus cauſarũ.Et uide q̃ circa hoc dixi ĩ.q. ccxxvj. Alii autẽ iudices inferiores facere nõ pñt: ſed ſolũ debẽt iudicare ſecũdũ allegata & ꝓbata,iuxta l.illicitas. §.ueritas.cũ ibi not.per gl.ff.de offi. præſi. & ſi aliter faciũt,malè faciunt[b]:ut plenè no.per gl.in c.j. extrà de offi. ordi.in antiqs.niſi
b in aliqbus caſibus ſpecialibus, in quibus iudex põt ſecũdũ conſcientiã iudicare, q no.p gl.in l. lex quæ tuto. C. de admini.tut.

a ¶ Iuxta ea quæ ponit Bart. *Vide do. Cy.qui hãc materiam copióſius proſequitur in l.una.C.ut quæ deſu: aduo.par.iu.ſuppl.in uer.pro hac q̃.*

b ¶ Malè faciunt.*De hac quæſtione an iudices debeant iudicare, ſecũdũ conſcientiã,uel ſecundũ allegata & probata,poſt omnes per do. Fel.in c. paſto.de offi.deleg.* Et *ibi uide ſeptẽ fallentias pulcherrimè ordinatas.*

SVMMARIVM.

1 *Statutorum interpretatio qualis eſſe debeat.*

2 *Stylus,eſt legitimus interpres ſtatutorum.*

QVAESTIO XXX.

DEBET appellatio introduci in curia parlamenti
a infra xxx.dies[a]:aliàs appellatio eſt deſerta,ſecundũ ſtatuta Delphinalia: non tamẽ ipſa ſtatuta expreſsè declarant,quòd debeat intro

introduci realiter per exhibitionem inſtrumenti appellationis fiendã.* Tamen ex ſtylo curiæ parlamẽti interpretantur & declarantur ipſa ſtatuta, q̃ ſufficiat fieri uerbo, infra tẽpus introducendi appellationes ſtatutum: dummodo poſteà termino præfigẽdo per ipſam curiã realiter exhibeatur & tradatur ipſi curiæ, aut in manibus ſecretarii

1 cauſæ: qui ſtylus* eſt legitimus interpres dictorũ ſtatutorũ, iuxta l. de q̃bus. ff. de legi. & ita ſeruat hęc curia parlamẽti. De materia introductionis appellationis, uide quę dixi ĵ. q. cccxxxv. Et de materia appellationum per diuerſas quæſtiones, plenè ſcripſi ĵ. q. cccexxxvj.

a ¶ Triginta dies. *Iſtud autẽ tempus uidetur eſſe de iure, ſecundum opinionẽ H. ut l. præſes. gl. in uer. præſcriptũ. C. de ap. Sed, ut in eadẽ eſt, finaliter dicitur tempus huiuſmodi eſſe arbitrariũ. Et hanc opi. ſequuntur d. Bar. & Bal. in alle. l. præſes. et per tex. in c. perſonas. & c. oblata. et ibi do. Inno. in §. porro ſuæ. in c. j. in uerſi. quæro. utrũ. ubi notat ipſe dominus et alle. quòd præſcriptio cõſuetudinaria uel ſtatutaria xxx. annorum (utpote odioſa) nõ currit pupillis. per l. ſicut. §. nõ ſexus. C. de præſ. xxx. uel xl. annorũ. Subdẽs idẽ etiã in præſcriptione ſtatutaria, puta x. annorũ, ſurrogata loco præſcriptionis xxx. annorũ, quæ nõ currit pupillis, ſed adultis. ſiquidẽ et iſta eius loco ſurrogata currit cõtra hos, et non contra illos. Et ad hoc uide remiſſiones, quas facit ibidem do. Alua. in ij. col. in uer. quæro. cũ gl. ibi, utrum autem præſcript. ſed ad l. fin. C. in qui. cau. in int. reſt. nõ eſt neceſ. et per do. Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. et in l. in contractibus. C. de non nu. pec. Et per Innoc. in c. cõſtitutus. extrà de conſti. in q. pe. Illud autem, quod dixi, quod præſcriptio ſtatutaria ſeu conſuetudina. nõ currit pupillo, fallit, ubi ſtatutum ſeu cõſuetudo diſponeret de adeundo infra certum tẽpus: ut uidetur ſentire do. Paul. de ca. in l. pupillorũ. in uer. et iſta inueſtigatio eſt utilis. C. de repu. hære.*

SVMMARIVM.

Tempus ſtatutorum ad redimenda pignora curràtne contra minores. 1

Præſcriptio introducta ex ſtatuto, curràtne contra pupillum. 2

Præſcriptiones legales an & quando currant contra minores. 3

Præſcriptio inchoata in perſona minoris, an currat contra minorem. 4

Minor adultus petens ſe reſtitui aduerſus lapſum tẽporis, àn audiatur. 5

Creditore uendente bona pupilli, an requiratur eadem ſolennitas, quæ in pupillo uendente. 6

QVAESTIO XXXI.

SECVNDVM ſtatutũ Delphi. ſuper reparatione executionis incantuũ niſi debitor redimat pignora infra tẽpora ibi declarata, data ad redimẽdum, poſteà non auditur ipſe debitor per uiã appellationis, oppoſitionis, ſupplicationis, recurſus, aut

1 cuiuſcũq; remedii iuris.* Sed uidi in camera cõſilii dubitari, an illud ſtatutum habeat locum in

pupillo & adulto.Et quomodo ſubueniatur eis circa diſpoſitionem dicti ſtatuti.Inno.in c.conſtitutus. extrà de in integ.reſtit. dicit ꝙ currit cōtra minorē:ſed reſtituitur aduerſus lapſum temporis.quē ſequitur Bar.in l.fi.C. in quibus cauſis in integrū reſtitutio nō eſt neceſſaria. Idē etiā tenet do. Oldr.de laud.in l.fi.in quęſtione ibidē per eum mota: quærit,pone ꝙ ſtatutū eſt in aliqua ciuitate uel cōſuetudo,ꝙ ſi agnatus meus uendat domū uel aliquam rem, poſsim repetere infra annū. Ego fui minor xxv. annis,ſteti per annū ꝙ talē rem alienatā non petii. Quæro utrū illud tēpus mihi currat.dicit ipſe dominus Oldra.ꝙ ſic,ſed reſtituitur,& allegat dictū c.cōſtitutus.Sed dominusBal.in feu.in tit.qualiter poterat olim feudū alie.in §.porro ſiue de bona.ui
2 detur cōcludere,ꝙ* præſcriptio introducta ex ſtatuto, nō currat contrapupillū.Sed cōcordando docto.in hoc paſſu;dic quia aut loquimur in pupillo,& tūc non currit tale tempus ſtatutorū,ſed remanet ipſo iure illęſus.ita loquitur Bal. ubi ſ. Aut loquimur in adulto:& tūc currit tale tempus: ſed reſtituitur ſecundū Innō. & Oldra.ubi ſ. Et ita ſeruat hęc curia parlamēti in iudican-
3 do.* Sed quid in præſcriptionibus legalibus:an & quando currunt cōtra minores?Dic aut loquimur de præſcriptione longi temporis x.uel xx. annorum, & illa non currit contra pupillum, nec cōtra adultum, per d.l.fi.in quibus cauſis in integ.reſti.non eſt neceſſaria. quæ lex etiā locū habet in adulto,ſecundū doc.ut dicit dominus meus, do. Ioā.de Graſsis.in c.cū non liceat.extrà de præſcriptionibus.in recollectis meis,quæ ſub eo reportaui. Aut loquimur in præſcriptione longiſsimi temporis,xxx.uel xl. annorū, & tūc currit cōtra adultum:ſed reſtituit̃,ut ibi dicit dictus do. Io.de Graſsis, q ad hoc allegat dictā l.fi.nā minor etiam adultus probat ſe læſum eo ipſo, ꝙ probatur curſus tēporis, ut dicit Bar. in d.l.fi.in qui.cau. &c.in fi.ſui commenti. Nō autē currit talis præſcriptio longiſsimi tēporis triginta uel quadraginta annorū cōtra pupillū.Sed dormit durante pupillari ętate, ut dicit gl.in leg.una.C.ſi aduerſus uſucapi.in gl.fi.leg.fi. & Bar. in d.l.fin.C.in quibus cauſis &c. quod probatur in leg. ſicut. C. de pręſcriptio.triginta uel qua-
4 draginta annorum.*Sed quid ſi præſcriptio ſit inchoata in perſona maioris, an currat contra minorem? Dic quamlibet temporalem, uel perpetuam cœptam in perſonam maioris,contra hæredem minorem, pupillum, uel adultum, currere: ſed dari reſtitutionem,ſi complea-
a tur contra eam [a]: excepta præ-
b ſcriptióe [b] triginta uel quadraginta annorum, quæ ſuo odio in pupillo dormit:ut dicit gloſ-
ſa

gloſſ.notabilis in dicta leg.una. C. ſi aduerſus uſucapi. in gloſſa ſi.in fine. Et ita ſecũdum dictam a glo.in dicta leg.una. fuit determinatum in cauſa diffinitiua, in dicta curia parlamenti in manibus Ioã. Cabodi ſecretarii Delphini inter hæredes pupillos domini baſtide Meolani agentes, & hæredes nobilis Aliſiæ. Lochio. de qua materia uide etiam per glo. in dicta leg. ſicut. ſuper uerbo, militia. C. de præſcri.xxx.uel xl. anno. & quæ b
5 dixi ĩ.quæſt.ccccxxxv. Sed* quid de minore adulto, qui non appellauit, & petit ſe reſtitui ad- c uerſus lapſum temporis? uide
c Barto.[c] in dicta leg.fin.C.in quibus cauſis &c. & quæ dixi infra
6 quæſtio.cxl. *Iuxta hanc materiã quęro, creditor uult uẽdere bona pupilli ſibi obligata, an requiratur illa ſolennitas, quæ requiritur, ſi pupillus uẽderet. dic quòd non: ut lege, ſi pupillorum. digeſtis, de rebus eorum. a Non enim uẽdit nomine pupilli, ſed uẽdit iure ſuo rem pupilli. & ita tenet Bart.in leg.Papin. b §.ſed nec impuberis.digeſtis de inofficio.teſtamento. & ita ſeruatur de cõſuetudine curiarum preſentis patrię Delphinal. imò nec ſecũdùm ſtatuta Delphina- c lia reperitur aliter diſpoſitũ in minoribus quàm in maioribus, circa uenditiones fiẽdas in cauſa iudicandi. Quid ſi res minoris uel alterius uendatur ad incantum, an poſsit prætẽdere ſe læſum? uide quæ ſcripſi ſuprà quæſtio.xxij.in fine.

¶ Sed dari reſtitutionem, ſi cõpleatur contra eam. Dic, *quòd ſi præſcriptio eſt inchoata cum maiore, & finita cum minore, maiore tamen pupillo, non eſt locus reſtitutioni. ſed ſi ſit finita cum minore pupillo, uel ſit cœpta cum minore, & finita cum maiori pupillo, tunc habet locum reſtitut.* Ita ſentit.d. Bart. *in alle.l.ſi.in uerſ. uenio ad ultimam partem.*

¶ Excepta præſcriptione, &c. *uſque illic,* & ita. *Iſta uerba uidentur abundare.*

¶ Vide Bar.in *d.l.fi.in uer. & pro hoc.uide quæſtionem j.in iiij. col. de reb. eo. qui ſub tute.uel cu.ſine decre. non alie.uel ſup.*

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ, non ſunt de iure ciuili, aut canonico permiſſæ.*

2 *Cauſa quæ iuſta concedendi repreſalias.*

QVAESTIO XXXII.

REPRESALIAE[a] quæ iure cõmuni uocãtur, uocãtur pignoratiões, nõ ſunt de iure ciuili,[b]* aut canonico permiſſæ: 1 ut dicit text.in c. & ſi pignorationes. de iniur. & dam. dato.lib.vj. Sed bene iure diuino permittuntur: ut in c.dominus noſter.xxiij.q.ij.[c] quod capitulum hodie remanet incorrectũ: ut dicit gl.in d.c. & ſi pignorationes.in gl. ſuper uerbo, concedi.in fi. Idem etiam tenet, quòd iure diuino ſint permiſſæ. Bart. in tractatu ſuo repreſaliarum,

rum,circa prin. & poteſt procedi ad cõceſsionẽ repræſaliarũ ſeu marchæ duobus concurrẽtibus:primò,authoritate ſuperioris:qa nulli, licet ius ſibi dicere: ut in iuribus uulgatis. Secundò uerò iuſta cauſa:quia niſi concederentur ex uera & iuſta cauſa,conceſsio eſſet ipſo iure nulla. leg.cum uera.§.ſubuẽtum. ff. de fideicõ.liberta. & leg.j. §.hęc uerba.ff.ne uis fiat ei,qui. Cauſa autem iuſta & legitima uidetur eſſe ſi dominus aut princeps loci uel patriæ requiſitus, iuſtitiam facere neglexerit, aut denegauerit.ut d.c.dominus. & ita ſentit Inn.in c.olim.extrà de reſt.ſpol.& Cy.in authẽ.habita. C. ne filius pro patre. Idem etiã uidetur tenere ſanctus Thomas de Aquino,ut refert Barto.in d. ſuo tractatu circa principium.Et repreſaliis cõceſsis poſſunt capi homines & ſubdi illi domino, qui iuſtitiam facere denegauerit & neglexerit,& bellum indici cõtra totam terram & omnes gẽtes quæ ſubſunt ſibi eorũque bona quæcunque: ut late dicit Bart.in d.ſuo tractatu. in viij. q. principali. in prin. Et proceditur de iure ad cõceſsionẽ marchæ ſeu repreſaliarũ abſque libelli oblatiõe, aut alio iuris ordine ſeu ſolennitate:ſed attenditur ſimpliciter, ſi cauſa, propter quam cõceduntur, ſit iuſta: ut dicit Bar.ubi ſ.in iiij.q.princ. circa princip.Et ita ſeruat etiam ſtylus curiæ parlamenti Delph. ſecundum quem ſtylum proceditur ad cõceſsionem repreſaliarum tribus additis aut pluribus arbitrio curiæ ſimpliciter abſque alio iuris ordine ſeu ſolennitate. & ita uidi fieri & obſeruari.

a ¶Repreſalię. *Tu uide latè de materia huius q.per iſtum conſi.clxxv. inci.repreſalia conce.nu.j.uer.j. quia ſecundum doc.& conſi.ccix.inci. repreſalia.nu.j.uerſic.j.quia ut dicunt. & per totum.*

b ¶De iure ciuili. *Vt in authen. ut non ſi.pi.§.j.col.v.& ibi.d.*Bar.

c ¶c.dominus noſter. xxiiij. q. ij. *Intellige, quòd in caſu illius capituli,pignorationes. quas uulgaris loquela repreſalias nominat, etiam de iure ciuili & canonico permittuntur, uidelicet quando ciuitas ſub qua eſt perſona debitoris uel delinquens requiſita, denegat facere iuſtitiam.ut per do.*Bar.*in alleg.auth. ut non ſi.pig.& do.*Archi.*in alleg.c. & ſi pignorationes.circa princip.ibi; & non dicat quid &c. pro intellectu d.c. dominus noſter.uide do.* Io. *in regula non debet.in iij.col.in uer. iij.eſt de reg.iur.lib.vj.in mercu.*

d ¶Et poteſt procedi ad conceſſionem repreſaliarum. *Tu dic, quòd ultra iſta requiruntur monitio,ſententia iudicis ipſius ſpoliantis, fides de debito ſuper quo iuſtitia denegatur, comminatio de repreſalijs concedendis,citatio peremptoria,& quòd debitum aſſertum ſit uerum, alioquin repreſaliæ conceſſæ non ualeant.d.*Bald.*in auth.& omnino.C. ne uxor pro ma. & ibi dicit in pen. col.*

col. quòd repreſaliæ committi nō poſſunt, niſi præcedat citatio partis, per uiam proteſtationis. Item, niſi fiat fides de iuſtitia denegata in foro debitorum. Item niſi interponatur decretum ſuper inductione eorum.

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ ut concedantur, an ſuperior ſit primò adeundus.*

QVAEST. XXXIII.

SED quæro, quid ſi dominus
1 uel princeps * denegās iuſtitiam, habet ſuperiorem, an ipſe ſuperior debeat primò adiri, & requiri, quòd faciat iuſtitiā antè, quàm procedatur ad conceſſionē marchæ ſeu repreſaliarū. Circa hoc Bar. in d. ſuo tractatu. q. j. circa prin. dicit, ꝙ ſuperior, ſi poſsit adiri, eſt adeūdus antè, quàm ad cōceſsionem repreſaliarū procedatur. Tamen quic-
a quid ſit de iure, ſtylus [a] huius curiæ parlamenti Delp. obſeruat oppoſitum, quòd nō aditur ſuperior. Et ita etiam uidi de tēpore meo ſeruari in marcha conceſſa per conſilium Delphi. anno currente M.cccc.xlvj. contra ſubditos ducis Sabaudię pro facto Barberii de auolone. Et poſteà de hoc anno currēte M. cccc.xlviij. cōtra eoſdem Sabaudiēſes pro facto uocati Rochechinar, & ſimiliter cōtra ducem Burgundiæ & eius ſubditos, pro facto dicti Capdorat, quas marchias uidi exequi & ſortiri effectum. Ac etiam idem de ſtylo & conſuetudine curiæ Delph. Cabeoli ſeruatur & ſeruari cōſueuit tanti temporis ſpacio, quòd de cōtrario memoria hominis non exiſtit. Etiam cōtra epiſcopos Valentiæ, qui pro temporibus fuerunt, & eorum ſubditos, contra quos officiarii Delp. curiæ Cabeoli conſueuerunt concedere marchas in defectu iuſtitiæ. Licet ſuperior ducis Sabaudiæ, uidelicet Imperator, & ſimiliter ſuperior ducis Burgūdiæ, uidelicet rex Franciæ, & ſimiliter ſuperior epiſcoporum Valētiæ, uidelicet Papa, nō fuerūt aditi, qui tamē poterāt adiri: qui ſtylus pro l. debet obſeruari: ut in c. licet heli. extrà de ſimonia. & in l. iij. §. fin. ff. de teſti. Et ſimiliter obſeruatur etiam in curia regia parui ſigilli Montiſpeſſulani, prout uidi anno proximè præterito in quibuſdā literis ab ipſa curia parui ſigilli emanatis ad inſtāttiam Guilleti guerræ ciuis Valentię: in quibus literis cōcedebatur marcha contra ſubditos domini ducis Sabaudiæ pro ſumma cccc. ſcutorum auri, nullo habito recurſu ad ſuperiorem ducis Sabaudiæ. Et qui Gilletus guerræ obtinuit literas executorias à domino gubernatore Delp. & uenerabili conſilio Delp. per quas mādatum fuit ipſas literas marchæ exequi in præſenti patria Delp. contra Sabaudienſes &c.

a ¶ Stylus. *Iſte ſtylus conſonat iuri, quando ſuperior non niſi difficulter adiri poteſt, quia eſt ualde diſtans, & pars eſt inops, ut per d. Ioan. de lign.*

lign. tractatu repreſal. in cauſa materiali. v.q. uel quia adiri non expedit: quia plus expenderet, quàm ua- b *let illud de quo contenditur, ut dicit d. Pe. de Anch. in alleg. c. j. in ij. eo. ibi, quandoque copia &c.*

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ poſſunt concedi contra clericos. Et quomodo.*

2 *Repreſaliæ poſſunt concedi contra eum, cuius culpa conceduntur.*

QVAEST. XXXIIII.

a SED accidit [a] modo de facto,
quòd Reue. in Chriſto pater
do. Ludouicus de Pictauia, epi-
ſcopus Valen. & Dienſis, debitè
trina uice per debita interualla
ſummatus, eſt requiſitus in iuris
ſubſidium, cum comminatione
marchæ ſeu repreſaliarum per
cõmiſſarios, inter quos ego erã
ab illuſtriſſimo principe domi-
no noſtro Delphino ſpecialiter
ſuper hoc deputatus, remittere
domino noſtro Delphino Ca-
rolum de ſancto Saturnino fa-
ctorẽ Petri Thomaſsi de Aue-
nione: cũ M. cccc. ſcutis auri fal-
ſò in præſenti patria Delphi. fa-
bricatis: eidem Carolo deferẽti
repertis pro debita iuſtitia mi-
niſtranda: qui talem remiſsionẽ
facere recuſauit, licet penes ſe &
eius iuriſdictionẽ habeat dictũ
Carolum delatum cum dictis
M. cccc. ſcutis auri conſtantibus
1 informationibus. *Modò ergo c
quæritur, an dicti domini com-
miſſarii uigore eorũ cõmiſsio-
nis quidem cõceſsionem mar-
chæ ſeu repreſaliarum cõtra di-
ctum dominũ Epiſcopũ eiúsque
bona temporalia hominésque
b & ſubditos, [b] iuxta ſibi commi-
nata procedere iuridicè poſ-
ſint. Et uidetur quòd non. Pri-
mò quia nõ fuit aditus ſuperior
dicti domini epiſcopi, qui de-
buerit adiri, ſecundum Bart. ubi
ſ. Secundò, quia contra clericos
ad cõceſsionem repreſaliarum
procedi non poteſt: ut in d. c. &
ſi pignorationes. de iniuriis &
damno dato. li. vj. Contrariũ ta-
men eſt ueritas, quia imò dicti
domini cõmiſſarii ad cõceſsio-
nem dictæ marchæ cõtra ipſum
dominum Epiſcopũ procedere
iuridicè poſſunt: licet nõ fuerit
aditus ſuperior dicti domini
epiſcopi: cum nõ debuerit adi-
ri de ſtylo dictæ curiæ palamẽti
Delph. ut ſuprà in q. xxxiij. dixi.
qui ſtylus pro lege debet obſer- 2
uari: iuxta c. licet hely. præalle.
alias, c. quàm graui. de crimine
fal. Nec ob. c. & ſi pignoratiões.
in cõtrarium allegatũ: quia lo-
quitur quãdo ob culpam laico-
rũ ſunt repreſaliæ conceſſæ. Iſtã
ſolutionem tradit Bart. in d. ſuo
tract. in vij. q. princ. circa mediũ,
ibidem. quid ſi unus epiſcopus
nõ faciat iuſtitiã &c. Sed in cau-
ſa de qua hic quæritur, repræſa-
liæ non conceduntur ob culpã
laicorum, ſed culpa dicti domi-
c ni epiſcopi detẽtoris, [c] dicti Ca-
2 roli & dictorũ M. cccc. ſcutorũ,
quę debitè req̃ſit* remittere reũ
recuſauit, iuſtitiam denegãdo:
igitur &c. Vel aliter & melius
ſecun

ſecundum canoniſtas poteſt reſponderi, quòd dictum c. nõ habet locum, nec pœna ibi ſtatuta: quando uidelicet conceduntur repreſaliæ contra clericum debitorem. Nam contra clericum debitorem poſſunt cõcedi: & in executiõe marchæ talis clericus debitor, cuius culpa ſunt cõceſſę, capi poteſt & detineri abſque metu pœnę. in d. c. ſtatutę. ita dicit Io. And. in d. c. & ſi pignorationes. in glo. ſuper uerbo prægrauetur, circa fi. ibi, quid ſi clericus principalis debitor &c. Et hæc eſt cõmunis opi. quã ſequitur Ioan. Monach. Geminia. & Gecellinus in d. c. & ſi pignorationes. Sed dictus dom. epiſcopus cenſeri debet debitor, quia penes ſe habebat dicta M. cccc. ſcuta, conſtante ſua confeſsione coram dictis dominis commiſſariis facta.*Et poſſunt propterea repreſaliæ concedi cõtra eũ, cuius culpa conceduntur. [d] eiúsq; bona tẽporalia ac ſubditos exequi, ſecundum d. opi. canoniſtarum in d. c. & ſi pignorationes. Et ita fuit concluſum poſſe de iure fieri, anno domini M. cccc. xlviij. de menſe Octob. in conſil. Grationop. in quo erant domi. Yuo Cypianx Cancellarius domini noſtri Delph. domi. Ludouicus de Laual, gubernator Delp. do. Stephanus Guillionis legum doctor præſidens, domi. Matth. Thomaſsini in legibus licẽã. do. Ioan. de Sizerino legũ doctor, do. Iacobus de ſancto Germano, aduocatus, do. Ioan. du Ry procurator fiſcalis, & ego Guido Papæ. Et inde die prima iuridica poſt feſtũ omniũ ſanctorũ fuit marcha contra dictum epiſcopũ & eius ſubditos declarata. Et recepit proceſſum & ſentẽtiã inde latã Cathalanus Chanterelli Secretarius Delphi. quę cõceſsio marchę ſortita fuit effectũ: quia dictus epiſcopus reſtituit pręfato dom. noſtro Delphi. dicta M. cccc. ſcu. cũ expẽſis.

a ¶ Sed accidit. *Vide de hoc Bald. in l. etiam. in iiij. col. C. de excep. rei iud. & Io. de Ligna. in tract. repreſaliarum. q. ij. in iiij. parte.*

b ¶ Hominésque, & ſubditos. *Iſtud intellig. us procedere in hominibus & ſubditis laicis, nõ autem in clericis, qui detineri non poſſunt: ubi etiam nõ eſſet locus pœnæ d. c. & ſi pignora. obſtante ſanctione canonis, ſi quis. xvj. q. iiij. ut ſentit d. Io. An. in allegato cap. & ſi pignorationes. in gl. quòd eſſe non debet. Sed do. Pe. de An. dicit quod repreſaliæ poſſunt concedi & exerceri contra clericos, quando epiſcopus non facit iuſtitiam de clericis ſuis, & ad ſuperiorem non poteſt haberi recurſus: quia fortè ille epiſcopus eſt tyrãnus, uel ſchiſmaticus. nec obſtat c. & ſi pignorationes. quia loquitur, quando conceduntur propter delictum laic. ita ibi in ij. co. uer. iij.*

c ¶ Epiſcopi detentoris. *Nam eo caſu pactum alienum, facit ſuum, per conſenſum tacitum uel expreſſum. & pro hoc facit, quod dicit do. Archi. in allega. c. & ſi pignoratiões prope*

prope princ. ibi, quo caſu &c.

d *Culpa conceduntur. *Quibus ex cauſis concedantur repreſaliæ, latè tradit Phil. Corne. in conſil. lxij. inci. clariſſimam. in iij. uol. & adde quod dixit Bald. in authentic. & omnino. in iii. col. C. ne uxor pro mari. quòd repreſaliæ (quia ſunt res arduæ) non poſſunt concedi per magiſtratum, niſi de conſenſu totius populi uel conſilij eum repræſentantis. allegat l. ſi quid extraordinarium. C. de lega. lib. x.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum minoris ſupplet ætatem.*

2 *Iuramentum ſuper alio libro, quàm Euangeliorum, an ſit ualidum.*

QVAESTIO XXXV.

SI ADVLTVS conſtituit procuratores, licet generaliter in omnibus cauſis motis &
1 mouẽdis,* & ad ſancta Dei euãgelia iuret per eius procuratores geſta habere rata & nõ cõ-
a trauenire[a] notario ſtipulante, ut in forma proceſſus, non redditur nullus defectus authoritatis curatoris: quia iuramentum facit ſeu repræſentat eum maiorẽ ſicut in contractu: ut dicit gl. ſu-
b per uerbo, contractibus, in fin.[b] quam ſequitur Barto. in authen, ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus uendit. Idem etiam tenet Pet. Iaco. in tit. de actione tutelę contraria. quando in defen. ſu-
c ſci. l. curator. in fin.[c] & Specu. in tit. de actore, uer. ſed quid ſi mi-
d nor[d] uult, & ita ſeruat ſtylus dictę curię parlamenti Delphinalis. Et fuit ita declaratum in cõſilio die iiij. menſis Septembris. M.ccccxlix. in manibus Ioa. Cabodi ſecretarii Delphi. in cauſa Margaretæ Imperatricis. Sed quid ut ſ. dixi, ſi minor iuret ad
2 ſancta Dei euangelia?* Quæro quid ſi iurauerit ſuper uno alio libro quàm ſuper euangeliis, an ualeat iuramentum? dico quòd ſic de conſuetudine: de qua cõſuetudine habetur & notatur per gl. in auth. iuſiurãdum, quod præſtatur. in principio. col. ij. De hac materia uide quæ dixi infrà, quæſtione ccccxciiij.

a ¶Non contrauenire. *Tu uide de hac materia in deciſ. Tholo. q. xliiij. & infrà. q. ccccxciiij.*

b ¶Vt dicit Gloſſ. ſuper uerſicu. contractibus. in fine. *Gloſ. autem ſtat in terminis allegando pro & contra. Dominus Barto. amplexatur primam opi. glo. dicens minorem in iudicio intereſſe poſſe cum iuramento. domi. Odofre. Cyn. & Bal. tenent ſecundam opinionem gloſ. ſentientes conſtitutionem, ſacramenta puberum. in iudiciis locum non habere.*

c ¶In fin. *Vult allegare in iiij. col. in uerſi. item eſt notandum. Et aduerte, quòd loquitur in alio caſu.*

d ¶In uerſicu. ſed quid ſi minor. *Specul. ibidem. in fin. tenet contrarium, uidelicet opinionem prædictæ gloſ.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ immediate dependentes à Romana eccleſia, gaudeántne præſcriptione centum annorum, ſicut ipſa Roma.*

QVAE

QVAESTIO XXXVI.

VTRVM eccleſiæ exem-
ptæ quę ſubſunt immedia
1 tè domino* noſtro Papæ & eius
eccleſiæ Romanæ, gaudeāt præ
ſcriptione centum annorum, ſi-
cut eccleſia Romana. Archid. in
c. fin. de præſcri. in vj. recitat ua-
rias opiniones, & uidetur reſi-
dere in opinione, quòd tales ec
a cleſiæ ſubiectæ[a] immediatè ec-
cleſiæ Romanæ, gaudent etiam
centum annorum præſcriptio-
ne, ſicut eccleſia Romana. Idem
etiam tenet Iaco. de bello uiſu
in authenti, ut eccleſia Romana
præſcrip. centum annorum gau
deat. col. ij. Bal. tamen tenet con
trarium, quòd non debeant gau
dere eadem præſcriptione cen
tum annorum, ſicut eccleſia Ro
mana. in authē. quas actiones. C.
de ſacroſan. eccl. per tex. ibi, ſo-
la Romana eccle. gaudente ſpa
cio centū annorū. & ſecundum
iſtam ultimam partem, quòd nō
debeant gaudere eadē præſcri-
ptione centū annorū immedia-
tè ſubiectæ eccleſiæ Romanæ,
uidi concludi anno domini
M.cccclxxix. & die v. menſis Se-
ptemb. in conſilio in cauſa tunc
deciſa inter fratres minores Cri
ſtæ agentes ex una parte, & do-
minum noſtrū Delphi. ſeu eius
procuratorem fiſcalē ex altera
ſe defendentē. De materia quā-
tum tēpus requiritur in præſcri
bendo contra alias eccle. uide
quæ ſcripſi plene infrà q. clxj.
a ¶ Quòd tales eccleſiæ ſubiectę.

Et ſciendum, quòd aliquæ eccleſiæ ſunt ſubiectæ Papæ iure exceptiōis, & bona eorū præſcribūtur iure cōmuni. hic eſt Bal. in auth. quas acti. iiij. col. uerſic. uenio. C. de ſac. ſanct. eccl. quia quo ad hunc effectum, non dicūtur res eccleſiæ Romanæ. alleg. no. per do. Archid. xvj. q. iiij. c. uoluimus. & in arg. ff. de leg. iij. l. hoc legatum. Aliquæ eccleſiæ ſunt propriū patrimonium Romanæ eccleſiæ, & de orto ſiue mēſa eiuſdem & ad eius proprietatem ſpectāt, ut ſunt omnes eccleſiæ Marchiæ & Ferrariæ, & aliæ ſimiles, & res huiuſmodi eccleſiarum dicūtur eccleſiæ Ro. & gaudent præſcriptione c. anno. glo. nota. in uerſi. cū P. in auth. ut eccl. Roma. & idem eſt ſentiendum de omnibus locis ſpectantibus ad patrimonium beati Petri, utpote ſunt iura & bona, quæ tenētur ab eccleſia Roma. in feudū, quod eſt magni effectus, propter multos principes, qui ſunt inueſtiti de utili dominio maioris partis patrimonij beati Petri. do Fely. c. ad audientiam. viij. col. in uerſi. amplia quarto. extrà de præſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo, nō debet executionem reintegrationis retardare.*

2 *Appellatio quam procedendi rationem requirat. Et an idem ſit in re mobili. nu. 3.*

4 *Tertius an poſſit interuenire opponendo de dominio, ut impediatur reintegratio.*

5 *Regula, dolo facis, an et quādo locū habeat in materia reintegrationis.*

6 *Spoliatus quibus caſibus non reſtituatur, ſi per partem opponatur.*

QVAEST. XXXVII.

SI APPELLETVR à re-
integratiõe poſſeſsionis ex
forma ſtatuti Delphi.inci. Si qs
1 per literas &c.*de ſtylo iudex à
quo,nõ debet executionẽ rein-
tegratiõis retardare, ſed debet
eá mãdare executioni.pro quo
bene facit,qđ dixit Bald.in l.ij.
ibi,ultimò quæritur. C.de epiſ.
audiẽ.ubi dicit,ꝙ appellatio in
poſſeſſorio procedit:ſed nõ im
pedit executionẽ. Et propterea
iudex ad quẽ appellatur, nõ de-
bet impedire executionẽ talis
reintegratiõis,nec cõcedere li-
teras inhibitorias reſpectu rein
tegratiõis.iuxta l.unam.C.ſi de
mom.poſ.fuerit appellatũ.Quæ
loquitur etiã in poſſeſſorio re-
cuperãdæ:ut ibi dicit glo.debet
tamẽ cõcedere literas inhibito-
rias reſpectu pœnę declaratę ui
gore dicti ſtatuti.& ꝓcedit ipſe
iudex appellationũ ad quẽ,ſicut
in ſentẽtia ab interlocutoria in
duobus caſibus ſtatim ĩ.declar.
Licet ſentẽtia lata ſuper poſſeſ-
ſorio nõ ſit interlocutoria, ſed
diffinitiua,ut dicit Bar.in l.poſt
a ſententiã.[a]C.de ſent.& interlo.
omn.iudi.& glo.in c.cũ ad ſedẽ.
b extrà de reſti.ſpo.in gl.fin.[b] Sed
ex uerbis & mẽte dicti ſtatuti,ſi
quis &c.Et de ſtylo dictæ curiæ
parlamẽti in appellatione, quæ
ab eodẽ ſtatuto interponitur,
nõ debet ꝓcedi quo ad aliqua,
2 ad inſtar diffinitiuæ.*Sed ad in-
c ſtar interlocutorię ſentẽtiæ[c],ui-
delicet in duobus caſibus. Pri-
mus,uidelicet in eo,ꝙ de ſtylo
dictæ curiæ parlamẽti nõ requi
ritur litis cõteſt.Secũdus in eo,
ꝙ generaliter actor producere
debet acta principalia:ut dixi ſ.
q.xx.Tamen de ſtylo curiarum
d reus appellans[d] tenetur hoc ca-
ſu producere.Itẽ etiã admittitur
appellatio in ſcriptis, uel uiua
uoce.De hac materia etiã ſcripſi
in apparatu meo,quẽ ſcripſi ſu-
per ſtatuto,ſi quis per literas.in
glo.ſuper uerbo,appellatione.
3 ¶*Sed iuxta præmiſſa quæro,
an dictũ ſtatutũ habeat locũ in
re mobili ſeu mouẽte. Videtur
ꝙ ſic:quia talia poſsidẽtur ſicut
immobilia.per tex.in l.rẽ quæ.
& in l.ſi rem.ff.de acquir.poſ.&
no.Bar.in l.j.in princ.ff.utro.de
hoc etiã tetigi ĩ.q.ccxij.An autẽ
uiolẽtus poſsit excipere de do-
minio,& ſuper hoc dare libellũ
recõuentionalẽ?Bar.ꝙ nõ, in l.ſi
quis ad ſe fundũ.C.ad legẽ Iul.
4 de ui.*Sed an tertius poſsit in-
teruenire opponẽdo de domi-
nio, ut impediatur reintegra-
tio?Bar.& Cy.ꝙ ſic,in l.ſi quis.
C.loc.& Hẽri.Bohic.in c.cũ ue-
niſſent.in ult.diſt.in fin.extrà de
inſt.facit quod no.Bal.in l.bona
5 fides.ff.depoſi.*Vtrũ quod quã-
do regula,dolo petis, qđ reſti-
tuturus es,habeat locũ in mate-
ria reinteg.poſſeſ.uide Bar.in l.
ſi quis cõductionis. C.loc.Nota
6 xxvj.caſus,*in quibus ſpoliatus
nõ reſtituitur,ſi per partẽ oppo
natur,quos not.Spe.in ti.de cau
ſa poſ.& proprie.in §.fi.de ma-
teria

teria. d.l.j.C. ſi de momenta.
poſſeſ.fue.appel.uide quæ ſcri-
pſi in notabil.meis in §.de iure
ciuili.& §.ſeq.

a ¶In l.poſt ſententiam.*Idem dicit
in l.ij.ff.quo.appel.recip.in iij.col.in
uer.hoc præmiſſo.& glo.in l.unica.
C.ſi de mo.poſ.fuerit appellatum.*

b ¶In gl.fin. *Caue,quia loquitur in
alio caſu,uidelicet interdicto unde
ui,quaſi innuẽs interdicto retinendæ
& adipiſcẽdæ ſententiam latam fo-
re interlocutoriam:ſed hoc uerifica-
tur,eo ſcilicet caſu,quo ageretur in-
cidenter,propter aliud, non propter
obtinendã uictoriã diffinitiuã ſuper
poſſeſſorio:ubi uerò agitur principa
liter ſuper poſſeſſorio,oblato libello,
tunc ſententia ſuper poſſeſſorio la-
ta,eſt diffinitiua:dicit* Bal.*poſt ſen-
tentiam.in iij.col.uerſi.quæro an.de
ſen.& interlocu.*

c ¶Ad inſtar interlo.ſentẽtię &c.
Vſq; illuc de hac. E*x his collígitur,
quòd ſentẽtia in materia ſtatuti* Del
*phi.uidetur miſta:partim ſcilicet in-
terlocutoria:partim uerò diffiniti-
ua.Interlocutoria, quia procedetur
nullo libello oblato intra litis cõteſt.
& ſic iuris ordine nõ ſeruato.*D*iffi-
nitiua,quia de poſſeſſorio nõ agitur
incidẽter:ſed principaliter.* E*t ideò
admittitur appellatio in ſcriptis,&
uiua uoce,quod nõ habet locũ in ap
pellatiõe ab interlocutoria interiecta
cũ inſertione cauſæ eſt appellãdũ in
ſcriptis.c.cordi.de appel.lib.vj.*

d ¶Reus appellans. Q*uare autem
appellãs ab interlocutoria teneatur
ad petitionẽ appellati producere a-
cta principalis cauſæ:uide do.*Pet.
*de Anch.in c.cordi.in ij.col.in uerſi.
viij.not.de appell.lib.vj.*

SVMMARIVM.

1 *Grauato per ſuperiorem iudicem,
an poſſit uia nullitatis ſubueniri.*
2 *Spoliatus omnibus bonis,uel maiori
parte,an poſſit à quocunque conue-
niri antè,quàm reſtituatur.*

QVAESTIO XXXVIII.

VERVM,quia dictũ ſtatutũ
Delphi.ſi quis per literas
1 *&c. remouet appellationẽ de
nullitate nihil ſtatuẽdo: Quæro
an uia nullitatis poſsit per iudi
cẽ ſuperiorẽ grauato ſubueniri
ſuper reintegratione per iudicẽ
inferiorẽ nulliter facta. Et cre-
do ꝙ ſic:qa cùm iſta ſint cõtra-
ria,remoto uno,nõ cenſetur &
aliud remotũ.ff.de ſer.ur.præd.
l.ſi domus.Et hoc tenet in pro-
pria materia Sal.in l.ſi.ff.de ap
pel.ubi dicit,ſi remoueatur ap-
pellatio uirtute ſtatuti,nõ cẽſe-
a tur nullitas propriè remota.[a]Fa
cit etiã,quia ſi ex pacto partiũ
remoueatur appellatio,nõ pro-
pter hoc uidetur ſublata uia nul
litatis.ita dicit Ang.de Are.in l.
j.§.j.ff.à quib.app.nõ licet.Et ita
uidi iudicando determinari. &
de hoc plenè tetigi in apparatu
meo ſtatuti,ſi quis per literas.ſu
per uerbo,omni obligatiõe.An
autẽ ſententia lata ſuper poſſeſ
ſorio,poſsit appellari:uide ple-
nè Hẽri.Bohic.in c.cũ ad ſedẽ.
extrà de reſti.ſpo.& quæ dixi ſu
2 prà in q.præce.*Circa hãc mate
riã ſpoliatiõis,quæro an ſpolia-
tus omnibus bonis uel maiori

parte poſsit à quocũq; cõueniri antequã ſit reſtitutus. Dic ꝙ nõ iure canonico, per c.j.de reſtit. ſpo.lib.vj.& in c.frequẽs.de reſti.ſpo.ſecus iure ciuili.ita dicit Bar.in l.ſi te bonis.C.de iur.del.
a ¶Nõ cenſetur nullitas propriè remota. *Et ratio eſt: quia appellatio eſt remediũ reſciſſorium. Spec.ij. par.ti.de ſen.iuxta j.col.uer.utrũ an tẽ appellãs. Ideoq; ad id quod nullũ eſt, nõ refertur: cùm ſeparatorũ debet eſſe ſeparata ratio.l.ſi.& ibi do. Bar.ff.de cal.uide de hac materia pulchrè diſſerẽtẽ Io.Pet.de Ferra.in forma libelli execu.ſen.diffi.gloſſ.in iij.& iiij.col.uer.quid autẽ ſi in ſtatuto.& in uer.præcedenti.& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Liberi cenſeantúrne admiſſi ad hæreditatem teſtatoris, per hæc uerba, ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Caium.*

2 *Liberi uenientes ex teſtamento, reuocant alienata.*

QVAEST. XXXIX.

DOCTORES in iure ciuili ſcribẽtes ualde altercauerũt, & uaria dixerunt in illa dubia quæſtione, qua quæritur, ſi teſtator ſubſtituendo hæredi
1 ſuo adiecerit illa uerba: *Et ſi
2 hęres me* decedat ſine liberis,[a] ſubſtituo Semproniũ. An liberi hęredis admittãtur, ex tacita mẽte ad hæreditatẽ teſtatoris tanquã ſubſtituti in teſtamento, uel an ab inteſtato. Quia gloſ.Ray. Bar.Io.de Imo.& quãplures alii in iure ſcribentes, dicũt in l.Lucius.ff.de hæred.inſt.ꝙ licet exiſtentia liberorum faciat deficere fideicõmiſſum, iuxta l.filiusfa.§.cum quis.ff.de leg.j.& l.iubemus.circa fi.C.ad Treb.quia ex præſumpta uolũtate uidetur teſtator eos uoluiſſe præferre ſubſtituto: ut in d.l.Lucius.& l. cùm acutiſsimi.C.de fideicom. cum ſi.Non tamen ueniunt tales liberi ad bona teſtatoris ex teſtamẽto: quia nõ uidẽtur ſubſtituti: ſed ab inteſtato ueniunt, ut dicunt dicti doct.Hanc opinionẽ etiam ſequitur Bal.[b] in l. cùm acutiſsimi.C.de fideicom. b Idem etiam tenet dictus Ioã.de Imo.in d.l.Lucius.circa princi. qui dicit hanc opinionẽ eſſe cõmunem.& reperio quòd recolendæ memoriæ do.Petrus Papæ, legum doctor apoſtillando gl.in d.l.Lucius.dicit quòd pro opi.glo.eſt caſus in l.ex facto.§. ex facto.ff.ad Treb.ſic inducendo dictum §.liberi faciunt deficere fideicommiſſum: nõ tamẽ excludunt fiſcum:[c] & tamen ſi c uerum eſſet, quòd eſſent ſubſtituti, & ex teſtamento uenirent, excluderent fiſcũ: ſaltẽ in omni, pręter legitimã, in qua fiſcus ueniret, & cauſam haberet ratione cõfiſcationis bonorũ deportati: ſed omnia alia bona teſtatoris haberent filii, ſi ex teſtamẽto uenirent, cùm pœna ſuos tantum authores ſequi debeat. ¶Sed quia uerum eſt, quòd ipſi nõ ueniũt ex teſtamento: ideo fiſcus habet totũ.[d] ut in d.§.ex facto. Et pro d hac parte, quòd ueniant liberi ab

ab inteſtato,bene facit text.in l. j.C.de pact.Et hanc opinionem ſequi uidetur Goffredus de Salimaco,in d.l.Lucius.& plenius tetigit in d.l.filiusfam.in §.cùm quis.ff.de leg.j.& Pet.de Anch. in c.ſi pater.de teſta.Hanc opinionem ſequitur dom.Ludouicus Pontanus,dictus de Roma. in d.§.ex facto.& dicit hanc eſſe communẽ opin.Sed Iac.de bello uiſu, & Iordanus Brixi, qui hanc quæſtionem diſputauerũt, & quàm plures alij in iure ſcribentes dicũt contrarium, quòd imò ueniunt liberi ex teſtamẽto.Idem tenet Albe.de Roſa.& idem Sal.in l.j.C.de condit.inſer.ſiue loquamur in ſuis,ſiue in extraneis. Et quòd d.l. Lucius. cum ſua materia,locum etiã habeat, quando teſtator inſtituit etiam extraneos:tenet Ange.de Peruſio:ut refert do.Io.de Imo. in d.l.Lucius.& ibi dicit, quòd iſtud eſt menti tenendum.Idem etiam dicit Saly.in d.l.j.Sed de ſtylo & obſeruantia curiæ parlamẽti Delph.ſeruatur in iudicando opin.gloſ.Bar.& Ray.& aliorum dicẽtium quòd tales liberi non ueniunt ex teſtamento. Ita dicit ibi do.Petrus Papæ per d. §.ex facto.& pro hac parte, ꝙ ueniant liberi ab inteſtato, bene facit tex.in l.j.C.de pact.Niſi
e ut alibi dicit Bartol.[e] ex tacita mente teſtatoris ipſi liberi cenſeantur grauati:ut ſi teſtator diceret: ſi filius meus deceſſerit ſine liberis,bona mea deueniãt ad talem.ex quibus uerbis cùm uideatur liberos grauaſſe de reſtituendo, uidetur eos tacitè ſubſtituiſſe hæredi ſuo.ita dicit Bar.in l.centurio.in q.ult.tertiæ quæſtionis principalis, quæ incipit,Quæro ulterius,quid ſi teſtator[f] &c.ff.de uulg.& alle.Barto.l.denique.in §.interdum. ff. de pecu.lega.Et hanc opinionẽ Bartol.in hoc ſequitur Petr.de Anch.in c.ſi pater.de teſtamen. in vj.Et faciunt pro hoc ultra eum,l.ad legatũ.& l.ad rem.ff. de procu.& Io.Ferrarij uidetur idẽ ſentire in tit.forma libelli, quo agitur ad reſtitutionem fideiuſ.[g] ſuper uerbo, compendioſæ.in x.col.ibi,rurſus quæritur,in primo membro ſuæ diſtinctionis, licet alia ratione, quàm Bart.Idem etiam ſicut Barto.tenet Ange.de Are.in d.l.Lucius.la ſecunda. in xxij.colũ. Et hæc limitatio Bart.fuit dudum ſeruata in diffinitione proceſſus baroniæ domini quondam Saornonis uentilati & diffiniti in curia parlamenti inter filias ipſius quondam domini Saornonis, agentes ex una parte, & dominum noſtrum Delphinum hæredem dicti domini Saornonis reum ex altera. & ſimiliter in cauſa arbitrali inter dominam Clarimontis ex una parte, & dominos Vinayci & Vatileni fratres ex altera, diffinita per ſententiam arbitralem per curiã parlamenti Romanis: ubi ipſa curia parlamenti tunc

reſidebat,latam de menſe Martii,M.ccccliiij.in manibus Ioannis Goffredi ſecretarii Delphi. In cuius cauſæ arbitralis diffinitione fuit etiam ſeruata dicta opinio gloſ.Ray.Barto.& ſequacium in d.l.Lucius.Similiter etiã fuit ſeruata hæc opin.gloſ.Ray. Barto.in cauſa diffinitiua in dicta curia parlamenti inter nobilem Claudium Coſtam agentem ex una parte, & dominum Bóchagii reum ex altera,de anno domini M.cccclvj.in ſententiis natalis Domini. Similiter etiam fuit hæc opinio ſeruata, M.cccclvij.de mẽſe Iunii in cauſa diffinitiua in dicta curia in manibus Ioannis Roſſeti ſecretarii Delphinalenſis,inter nobilem Claudium Coſtam agentem,& dominũ Antonium Valerii & eius fratres reos ex altera.

a *Et hæc opinio gloſſæ ſanctè & iuſtè ſeruatur: quia magnæ eſt authoritatis:nec ab eius opinione eſt recedẽdum in iudicando:ut dicit Iacob.Butrig.in l.j. §.uideamus. C.de rei uxor.actio.& in l.ij.C.qui pro ſua iuriſdictio.maximè ubi opinio gloſſ.eſt(prout in caſu iſto eſt)corroborata aliis opinionibus doctorum famoſorum: ut ſunt Rayn.Barto.& ſequaces.Et utile eſt iſta ſcire:quia ſi liberi uenirent ex teſtamento, reuocarent alienata h.aliàs ſecus,iuxta authen.res quæ.& l.fin.C.commu.de lega.De materia d.l.Lucius.la ij.ff.de hæredi.inſtituen. etiam tetigi infrà,quæſti. cccccxxj.& quæſtione clxxxiij.& ibi uide aliqua ſingularia in hac materia,quæ alibi fortè non reperies ita plenè tacta. De hac materia etiam tetigi in ſingularibus meis,in §.ſi teſtator dicendo,&c.fol.52.&c.

a ¶Si ſine liberis. *Inquantum hic quærit an per hæc uerba in ſubſtitutione appoſita,ſi ſine liberis &c. cenſeantur liberi inuitati ex teſtamento in materia. l.Lucius.la ij.ff. de hæredib.inſtit.uide iſtum conſil. ſuo xxij.incipien.uiſo caſu præmiſſo.num.3.uerſi.uiſo ergo,quòd dicta ſubſtitutio. uol.1.& conſil.xxv.incipien.uiſo teſtamento Petri. nu.2. uer.& ſi quiſpiam.eo.uol. & conſil.xxvij.incip.aduertant. nu.2.uerſ. & ſi aduerſo.& conſi.ccxviij.inci. indubitanter.nu.2.uerſ.ad ſecundũ.* *Tu adde quid importet prædicta clauſula,ſi decedat ſine liberis, ſubſtituo Sempronium. Alex.in conſil. cccxxx.incip.uiſo tit.col.iij.uer.xiij. in ij.uolu.*

b ¶Bald.*In iij.col.uer.ſed nunquid. Et idem Bald.in alleg.l.Lucius.ff. de hæred.inſtit.tenet hanc opinionem,dicens quòd ratio illius eſt,quia illa uerba,ſcilicet,& ſi hæres meus &c.ſunt enuntiatiua conditionaliter prolata,quæ non inducunt diſpoſitionem:ut ff.eod.titu.l.ex facto.& ibi do.Barto.*

c ¶Non tamen excludunt fiſcum. *Hoc eſt uerum quo ad dimidiã partem:quando non ſunt curiales uel decuriones.quo caſu excludunt fiſcũ in totum:ut ff.de bon.dam.l.j.C.eo. tit.*

tit.l.fi.hodie autem de iure nouiſſimo indifferenter excludunt fiſcũ uſque ad tertium gradũ.ut in authẽ. bona dãna.C.de bo.praſcri.ſeu ban.

d ¶Ideo fiſcus habet totum.*Iſtud intellige ſecundũ ea,qua dixi in proxima apoſtilla.illa tamen modò non obſtãt,quo minus militet ratio illius §.ex facto.hac inducta ad corroborationẽ opinionis glo.in d.l. Lucius. Nam ratio illius §.remanet.facit quod dicit do. Inn.in capi.nouit.iij. col.in uer.Theodoſius.extrà de iud.*

e ¶Niſi ut alibi dicit Bar. *Tu uide de hoc iſtũ conſi.cxxv.incip.conſiliũ pro nobili Bona.nu.j.uer.j.ex teſtamento.et uer.ſed quid dicemus.li.j. conſi.& ſeq.incip.ſi nobilis Io.Pilari.nu j.uerſi.ad primum.*

f ¶Quæro ulterius, quid ſi teſtator.*&c.in ix.col.*

g ¶Ad reſtitutionem fideiuſ.*Vult allegare Io. Fer.in forma libelli quo agitur ex ſubſti.in gl. compendioſe. xiij.col. uerſic.rurſum quæritur.qui uerſiculus ſituatur in iij . articulo ſua diſtinctionis.*

h ¶Reuocarent alienata. *Ita dicit Bar.in pradicta l. Lucius.in fine.de hare.inſtitu.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus comparens in iudicio,cum aliquo, quem aſſerit eſſe procuratorem, uideatúrne eum procuratorem conſtituiſſe in tota illa cauſa.*

QVAESTIO XL.

QVAERITVR in iure de e quæſtione, ſi quis in iudi- a cio in cauſa ſua comparẽdo cũ aliquo dicendo ſic:cõparet Titius actor, unà cum Petro Bellionis eius ꝓcuratore,an uideatur eũ procuratorẽ conſtituiſſe in tota illa cauſa: ut ualeãt acta non cõſtituto de alio procuratorio ſine mãdato. Inn.in c.cùm in iure peritus.extrà de of.dele. & Henri.Bohic.in c.pe.de re.iu. in diſt.fi. quos ſequitur Bal.in l. licet.C.de procu.uidetur dicere ꝙ ſic.[a] Tamen Sali.in l.nõ ideo a minus. C.eo.tit.uidetur uelle,ꝙ non ualeant geſta,niſi in præiudicium domini, qui cũ tali comparuit.Sed eximius iuris utriuſque doctor do.Anton.Bouerii, uicepræſidens Delphi.dicit, ꝙ non uidetur cõſtitutus procurator,quomodo,cũ ſi eſſet procurator & dominus in cauſà cõparet,cenſeretur eũ reuocaſſe[b]:ut b in c.pe.in §. fi. de procuratoribus.lib.vj.Sed hęc ratio ſua non uidetur procedere : quia textus ibi loquitur in caſu, in quo dominus cõparebat ſine ꝓcuratore.Tamen ſeruatur in curia parlamenti[c], ꝙ præſentia domini c comparentis in iudicio cũ tali ſuo aſſerto ꝓcuratore nõ operatur , uideatur eũ procuratorẽ ſuũ in cauſà illa cõſtituiſſe ,niſi expreſſe cõſtituat procuratorẽ: in ſequendo opinionẽ Salyceti ubi ſ.etiam propter ſtatuta Delphinalia[d]:quę diſponunt,quòd d procuratores producunt in cauſà ſua procuratoria[e] &c. e

a ¶Videtur dicere, ꝙ ſic. *Pro hac opinione facit,quod licet procurator non habeat mãdatũ,et ſine eo agat, uel conueniatur,dominus ſcit et patitur,*

titur, uidetur dediſſe mandatum: ut per Angel. Are. in ſti. de his per quos ag. poſ. in iij. col. in uerſi. & pro perfectione. & alle. Bal. & Io. de Imol. in l. ij. §. j. ff. ſoluto matri.

b ¶ Cenſeretur eũ reuocaſſe. *Hoc procedit, quando dominus facit aliquem actum in ſui perſona, præſente procuratore, et nõ contradicente, niſi proteſtatur, quod nõ intendit reuocare procuratorẽ, uel niſi erat talis actus, in quo dominus habebat interuenire neceſſe. Ro. deciſ. cccxlj. notat In. ideo ſupra dixi, in ſui pſona: quia dominus aſſiſtere poteſt procuratori ſuo in iudicio, nec per hoc reuocatur. l. Paulus reſpondet. ff. de procu. ideo dixi, præſente procuratore: quia ſi cõpareat ipſo procuratore abſente, & in iudicio, & facit aliquẽ actum in ſui perſona, non cenſetur procurator reuocatus, quia reuocatio procuratoris poſt litem cõteſtatam fieri debet cum cauſa cognitione: ut eleganter per do. Bar. in l. mutari. ff. de procu.*

c ¶ In curia parlamenti. *Tu uide de hoc iſtum, conſi. lxxxiiij. incip. circa diffinitionẽ. nu. j. uer. j. quòd in toto. ad fi. uer. ubi tamẽ falſe alleg. q. xvj.*

d ¶ Statuta Delphi. *Sub rubrica, ꝙ nullus procuratorio nomine alterius niſi inſtrumẽtum procurationis exhibeat, comparere audeat.*

e ¶ Procuratoria. *Statutũ loquens de procuratorio de ſufficienti mandato, debet intelligi certe & de procuratore, cuius mãdatũ trahatur ad hoc. Nam ubi abſolutè fit procuratoris mentio, intelligendũ eſt de ſolẽni et legitimo. ut dicit do. Bal. de Peruſio. in tractatu ſtatutorum in uerſi. procurator. Et ad hoc alle. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. procurator. Et dominus Bal. in l. ſi prædium. co. ti.*

SVMMARIVM.

1 *Nobiles operantes proprijs manibus, an perdant nobilitatis ius*

QVAESTIO. XLI.

FVIT dubitatum, ſi nobiles, aliàs* nobiliter uiuẽtes, excepto eò, ꝙ laborant eorũ manibus in eorum propriis poſſeſſionibus, debeant nihilominus 1 gaudere priuilegiis, nihilominus ut nõ contribuant in ſubſidiis Delphinalibus. Et fuit cõcluſum, ꝙ debeãt nihilominus gaudere priuilegio[a] nobiliũ. argumẽto à ſimili, quod dicimus de clerico, qui exercet opera ruſticalia in ſuis propriis poſſeſsionibus. Qui propterea nõ perdit priuilegium clericale, ut dicit Spe. in ti. de clerico cõiugato. in §. j. uerſi. uerũtamen non prohibeo &c. Et ita etiã ſeruat ſtylus in curia parlamenti Delphinatus in iudicando. Et uide quæ dixi infrà, q. cxxvj. de nobilibus, qui exercent mercantias, an teneantur contribuere.

a ¶ Gaudere priuilegio nobiliũ. *Pro hoc facit quod dicit do. Bar. in l. j. vj. col. uer. tertia opi. ibi, pone ruſticus &c. ibi enim ipſe uult, quòd ex ruſtico poteſt naſci nobilis, ſi ſit probus & ualens, tenens ſtatum nobilitatis. Et exinde innuitur, quòd ruſticus poteſt eſſe quoddã principiũ & cauſa nobilitatis, et (per cõſequẽs argumento à minori) conceditur, quòd per exercitium operum ruralium*

lium non perditur nobilitas, ac ſic nec priuilegium nobilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Agíne poßit ad recognoſcendum contra tertium poßeßorem.*

QVAESTIO XLII.

LICET de iure, actio perſonarum pro cenſu priuati nõ ſequatur fundi poſſeſſorẽ, iuxta l.j.in §. hæres.ff. ad Treb. ſecus eſt tamen in cenſu, ſeu tri buto principis, iuxta l.Imperatores.ff.de uecti. & cõmiſsis. & in rubro & nigro.C. ſine cenſu
1 uel reliquis.* Tamẽ de ſtylo prę ſentis curiæ parlamẽti, uidi determinari, ꝙ tertius poſſeſſor rei, ſuper qua poſſeſsio eſt impoſita & ſituata, qui nunquã recognouit, teneatur penſionem annuam etiã priuato recogno-
a ſcere & ſoluere.[a] Ita fuit iudicatũ in manibus Petri de Bolliaco ſecretarii Delphinatus.M.cccc-liiij.in cauſa domini Fenarii, ciuis Grationopo.agentis ex una parte, & Guarini de ſaliẽte, ciuis Valẽ.rei ex altera, & cauſam quarundã penſionũ, quas idem Direnonus capi fecerat de pignore, tanquã de bonis Antonii de Monte cluſo. Et ita etiam iudicatur in patria Sabaudiæ ſecundum ſtatuta nouiſsima Sabaudiæ: ut cõtinetur in dictis ſtatutis in ſecũdo li.c.rẽpub. Licet dictũ ſtatutum Sabaudię loquatur de ſenſu ſeu canone debito, ratione iuris emphyteutecarii. hic autem loquitur de penſione annua. Sed eadem eſt ratio in utroq; caſu: ergo idem ius ſtatui debet, ut iuribus uulgatis. ideò hæc curia parlamẽti idem ſeruat etiã in rebus emphy. pro quibus debentur cenſus. Quæ curia conſueuit etiam eoſdẽ tenementarios condẽnare ad ſoluendum: licet non ſint hęredes aliorum recognoſcentiũ. Et ita reperio fuiſſe in hac curia iudicatum de anno domini M.cccc-xlij. & die xxij. menſis Decembris, ad utilitatẽ prioratus ſancti Roberti, & contra Ioannem publicam filiã & hæredẽ Humberti de Mornay. quæ pupilla, ſeu eius tutor, fuit cõdemnatus ad ſoluendum quendã cenſum xvj.ſer.licet dictus eius pater nũquã recognouiſſet, de qua ſententia conſtat inſtrumento recepto per Io. Goffredi ſecretariũ Delph. Sed an dominus directus poſsit cogere cõtra emphyteutam ad remouendum ſibi recognitionem, uide j. q.ccccxvij.

a ¶Recognoſcere & ſoluere. *Ad hæc uide, quæ habentur ſuprà, quæ. ix. & quæ ibidem apoſtillantur.*

SVMMARIVM.

1 *Ludouicus Rex Francorũ Parlamẽtum Grationopolitanum inſtituit.*

2 *Princeps quilibet an poßit habere Parlamentum, ſicut Rex Franciæ.*

QVAESTIO XLIII.

DE anno domini M.cccc-liij.& de menſe Iunii, Domino noſtro Ludouico Delphino Viennæ exiſtẽte, ipſe decreuit fieri parlamentum in hac pa
1 tria Delphinali.* Et ipſum par-

lamentum inſtituit reſidere debere in præſenti ciuitate Grationop. Et loco conſilii Delphi. ſubrogauit parlamentum. Et ipſum conſilium Delphin. quod ſic uulgariter nũcupabat, nunc appellatur ſeu nuncupatur parlamentum, ad inſtar parlamenti regni Pariſius. Sed an quilibet
1 *princeps poſsit habere parlamentum, ſicut Rex Franciæ? credo, quòd non, ſi ſuperiorem ha
a beat.[a] ita uult dicere Bart. licet non ita expreſſe, in l. quondam Tiberius Cæſar. ff. de hære. inſti. De inſtitutione dicti conſilii Delphi. facta per dominũ Humbertum Delphi. antequam Delphinatus fuiſſet tranſlatus in domum Franciæ, uide quæ dixi ſ. quæſtione cccccliiij.

a ¶ Credo quòd non, ſi ſuperiorem habeat. *Iſtud uidetur do. Bar. apertè ſentire in l. ij. circa fin. in pe. not. ibi, habeat rem, cum tamẽ illud ſeu parlamẽtum, ubi non eſt aliquis ſuperior &c. C. de decu. lib. x.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis falsò deponẽtis pœna qua ſit.*
2 *Teſtis falſus puniendus, non ſecundum uerum euentum, ſed ſecundum affectum.*
3 *Nuncius falſam relationem faciens qualiter puniatur.*

QVAEST. XLIIII.

1 TESTIS falsò * depo-
a nens [a] in cauſa criminali, ex qua interrogatur, & imponitur pœna mortis, debet pœna capitali puniri. ita tenet gl. de-
b creti.[b] in c. rex debet. xxiij. q. v. & Henricus Bohic in c. j. de fal. diſt. ij. & probatur in lege pri. §. j. ff. de ſica. Si uerò teſtis falsò deponat in crimine publico tantùm, & non capitali, tunc nõ debet talis teſtis pœna capitali puniri: ſed incidit in crimen falſi.
c lege prima[c], in principio. & §. j. ff. de Falcidia. ita declarat gl. in l. j. in §. præterea. ff. de ſica. ſuper uerbo, publico iudicio. Et debet talis teſtis falsò deponens, puniri. ut ſ. declarat, ſiue ſecuta fuerit condẽnatio contra illum, cõtra quem falsè depoſuit, ſiue nõ. ut uult gl. in c. falſidicus. de cri. falſi. & ſatis de hoc apparet tex. in l. j. in prin. ff. de fal. ibi dñi dicit:
d damnaretur[d]. non dicit, damna
2 tus fuerit *. Et ſic ibi text. præſupponit, ꝙ licet nõ fuerit damnatus ſeu cõdemnatus ille, contra quem falsò depoſuit, ꝙ nihilominus debeat idẽ falſus teſtis cõdemnari. Et ita fuit declaratũ & concluſum die xiij. menſis Septembris M. cccccliiij. per dominos curiæ parlamẽti, præſentibus dominis Franciſco Proterii in legibus licentiato, præſidẽte Delphinatus, Ioãne Bauli utriuſq; iuris doctore. Matth. Thomaſsim in legi. licen. Ioã. de Cizerno, Io. de Sancto germano, aduocato legum docto, & me in cauſa contra Io. Vileſii, qui falsò depoſuerat, quòd nobilis Ioan. Gnerſi occiderat quendam fratrem cordigerum. cuius contrarium fuit repertum per teſtes, & inde per confeſsionem ipſius

Vileſii,qui ex poſt confeſſus fuit falsò depoſuiſſe. Et ꝓpterà fuit in furcis,Grationo.collo ſuſpenſus dictus Vileſii falſus teſtis. & fuit de præmiſsis proceſſus uentilatus in manibus Ioannis Cabodi ſecretarii Delphi. Similis ſentẽtia fuit lata per Danielem prophetam, qui cõdemnauit ad mortem duos, qui falsò depoſuerant beatam Suſanã in adulterio reperiſſe,ut in ſancta ſcriptura legit Danielis c.xiij. Qualiter autem teſtis falsò deponẽs

e in cauſa ciuili, debeat puniri [e]: tunc non fuit determinatũ. Sed plenè tangit Henricus Bohic.in c.j.de falſis.in ſecun. diſtinctio.

3 Sed* qualiter puniatur nuncius ſiue ſeruiẽs curiæ qui falſam relationem facit,uide Spe.in titu. de executore.in §.j.in uerſi. ſed qualiter. & de hoc etiam ſcripſi in quæſtione xxviij.

a ¶ Teſtis falsò deponens. *De falsò teſte tam in ciuilibus quàm criminalibus iudiciis qualiter punietur: uide iſtum conſilio lxxxix. incip. circa merita. in j.dubio.uerſicu.circa primum dubium.nu.j.*

b ¶ Glo.decreti. *Verſi. & periuros. dicit tamen ibidem do. Archi.quòd in hoc caſu, uidelicet de quo ibi puniendus motu iudicis.alleg.iiij. q.iij. qui falſa.*

c ¶ Sed incidit in crimine falſi.l. *j.Id eſt, in pœnam, quæ infligitur à lege, propter crimen falſi inſtructi uel facti, de quo crimine in allegata lege prima. & §.j. tangitur & habetur:cuius criminis pœna, eſt in libero homine deportatio, et omnium bonorum publicatio, in ſeruo ultimum ſupplicium. ut in prædicta l.j. §. pœna. ſed quo ad publicationem hodie non habet locum pœna prædicta:ut in authen.nulli iudi.§.quia uerò.uerſiculo, ut autem non ſolum. collat.nona.*

d ¶ Damnaretur. *Iſtud uerbum non memini me unquam ibidem legiſſe: tamen quòd hic dicitur, eſt uerum. ſatis enim eſt, quòd ſtuduit,ut damnatus,ut in illo,qui dedit pecuniã iudici,ut iuſtam ſententiam ferret,qui licet iudicem non corrumpit:quia tamen uiſus eſt uelle corrumpere, punitur.ut l.ij.ff.de condi.ob turpẽ cauſam.præterea in grauioribus criminibus punitur affectus, licet non ſequatur effectus.l.is qui. C.de ſica.et l.ſi quis non dicam.& ibi do.Bald. C. de epiſco. & cle. Sed bene recordor quod illud uerbũ, damnaretur, quandoque legi, & poſitum reperi in l.j.ff.ad legem Cor.de ſica.*

e ¶ Qualiter debeat puniri. *Vide aliquid per alle.gl.decreti.xxij. q.v.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator, in cauſa, quam ducit, non debet admitti in teſtem.*

2 *Teſtis domeſticus an debet admitti.*

QVAESTIO XLV.

SI PARS producat in teſtem

1 procuratorem ſuum,* in cau

a ſa,quam ducit, [a] non debet ad

b mitti in teſtem [b].Sed ſi alia pars producere uelit procuratorem partis ſuæ aduerſæ,etiam in eadem cauſa,debet talis procurator cogi deponere: ut dicunt Bartolus in l.deferre.in §. idem decre

decreuerunt. ff. de iure fiſci. & Hẽricus Bohic.in c. inſuper. de teſti.& gl.Io. And.Ioã. Mona.& Archi.in c. Romana.de teſt.lib. vj. & gl.in l.etiã.C.de teſti. & in l.fi.ff.de teſt.Et ſeruat iſta ſtylus huius parlamenti Delp. & ideò Io. Hugonis procurator Antonii Neyreti ex ordinatione dictæ curiæ parlamenti, fuit compulſus deponere in cauſa, cõtra dictum Antoniũ Neyreti eius magiſtrũ, pro cæleſtinis de columberio,in regno,die viij.mẽſis Aprilis, M.ccccliiij.in manibus Antonii de Mollena, notarii & ſecretarii dictæ cauſæ.Sed quid de iudice an ipſe poſsit
c produci in teſtem,[c]in cauſa coram eo uentilata?Vide gl.& Innoc.in c.dilecto. extrà de teſtib. ponit gl.in c.fi.eo.titu.lib. vj. &
2 Bar.in d.l.deferre.in fi. *Sed an
d teſtis mihi domeſticus, [d] poſsit cõtra me in teſtem produci? dicit Spec.quòd ſic,in tit. de teſte. §.j.uer. ſed quid de uxore & ui-
e ro. [e] Excipitur tamen pater,qui etiam uolens contra filium nõ debet examinari. ut dicit Spec. in d.§.j.in principio.

a ¶Quã ducit. *Sed ſecus eſt,ſi procurator cauſam non incipit proſequi.ut in c.ſuper.in gl.in uerſi. inſtituantur.de teſti.*

b ¶Non debet admitti in teſtem. *Hoc eſt uerum , etiã in cauſa appellationis : licet in cauſa appellationis non ſit procurator.*Ne memor ſui officij *fortè contrarium aſſereret ueritatis. Et idem eſt dicendum in aduocato.ut c.fi.cum gloſ.j.de teſtibus.in vj. Quin etiam & iſtud procedit, ubi procurator fuerat reuocatus lite pendente.* Rota *in deciſi. cxxvj. ſi procuratori iurent*. Et *præmiſſa procedunt quando procurator eſſet dominus inſtantiæ.Secus autem,ubi eſſet datus ad unum articulum tantum. Nam ſuper alijs articulis non prohibetur teſtificari. dictum eſt* Bal.*in l.omnibus.in uerſ.exemplum de tertio.* C. *de teſtib. & ibi uideas per eum de multis facientibus ad materiam præſentis ſpeculationis.* Enimuerò *ultra præmiſſa , unum uelim animaduertas, uidelicet quòd procu. unius in alia cauſa ſimili pro alio teſtis eſſe non poteſt:ut pulchrè colligitur ex* Ro.*deciſio.ccclxxj.fuit dubitatum ſub rub. de teſti. & ap. inno.*Et *exinde mihi uidetur eſſe allatum granum ſalis, quod indicatur ex ijs , quæ antè proximè dixi.* Verum *dictum do.* Bal.*exiſtimabitur, quòd procu. ad unum arti. duntaxat datus,poteſt ſuper alijs articulis deponere , dummodo arti. ſuper quo datus eſt,non ſit ſimilis alijs artic.*

nouo proceſſu ſunt hincinde
confiſcata. ita tenet Bal. in l. cun-
ctos pop. C. de ſum. tri. & fide ca
tho. circa fin. Ibi ulterius quæri-
2 tur defectu pœnæ &c.* Et hac de

materia cui debeant applicari
bona damnatorum de hæreſi:
uide Hen. Bohic. in c. uergentis.
extrà de hæret. & in c. quibuſdã.
de pœn. in antiquis. & ibi plenè
tangit cui applicantur bona lai-
corũ & bona clericorũ. Sed an
talia bona ſint cõfiſcata ipſo iu-
re, uel requiratur ſententia. dic
g quòd ipſo iure[g]: ut dicit tex. iũ-
cta glo. in d. c. cum ſecundum le
ges. Sed quid de confiſcatione
in crimine læſæ maie. uide quæ
ſcripſi infrà q. cccxlj. Et de mate-
ria d. authen. bona damna. uide
plenè in feudis. in tit. de pac. te-
3 nen. & eius uiolatoribus.* Et cui
debeant confiſcari bona illius,
qui ſeipſum interficit. uide doct.
in l. ij. C. qui teſta. face. poſ. Sed
quæro ſi condẽnatus de hæreſi,
uel crimine læſæ maieſta. ante
condemnationem aliqua alie-
nauerit, an fiſcus alienata poſſit
petere tertiis poſſeſſoribus. Et
poſſit repetere ſeu uendicare:
an fiſcus teneatur precium em-
h ptoribus reſtituere.[h] uide plenè
per Cyn. in fin. C. ad legem Iu-
liam maieſta.

a ¶ Vult tex. §. fi. *Tex. ille hoc uidetur innuere ibi, per principes autem & alios dominos temporales. & facit l. ſi quis presbyter. C. de epiſ. & cle. et iſtud expreſſè dicere uidetur do. Ale. in addit. ad do. Bar. in l. j. in apoſtil. fiſcus. C. de bon. uacan. lib. x.*

b ¶ De bon. uac. lib. x. *Imò uidetur, quòd plures ſint fiſci: ut uidetur innuere alleg. l. j. dũ dicit, fiſci noſtri rationibus uendicãdas. Fruſtra enim*

g 2 *adde*

*adderetur illud pronomẽ noſtri,niſi eſſent alij fiſci,qui ad alios pertine- rent.*Et *ad idem l.pen.ibi, fiſco no- ſtræ manſuetudinis.* C.*de conue.fiſ. debi.lib.x.l.fi.ibi,& fiſco noſtro lo- cus pateat.*C.*de peti.bo.ſubl.lib.x. Nam ciuitates,quæ iura fiſcalia præ ſcripſerunt,uel quæ ea habent ex pri uilegijs,a ſummo* Pontifice,*uel Impe ratore conceſſis,uel domini terrarũ, quibus talia priuilegia ſunt cõceſſa, qui etiam in ſuis terris habent iura fiſcalia ex contractu uel largitione principis.*Aliàs *non poſſunt talia iu- ra habere,quæ ſunt ſoli principi re- ſeruata.ita not.dicit do.*Bal.*in l.j.in ti.*C.*de hær.uel act.uend.*Et *ſic per- ſonæ prædictæ ex cauſis prædictis ha bere poſſunt fiſcum, ſed impropriè. Quia fiſcus eſt arca imperialis, uel camera imperij.d.*Bar.*in l.j.*C.*de iu re fiſ.lib.x.& ideò nulla burſa dici- tur fiſcalis,propriè loquẽdo,niſi bur- ſa principis,uel reipub.*Roma.*ut per do.*Bal.*in alleg.l.j.*C,*de hære.uel a- cti.uend.*

c ¶Quilibet habet fiſcũ. *Hoc in- tel.ſecundum quod dicitur & not. in proxi.apoſtil.præce.*

d ¶Auth.bo.dam. *Quæ eſt* C.*de bo. proſcri.& damna.quam quidẽ au- th.non intelli.ita rudẽ,ſed ad eius re ctũ intellectũ.& uide d.*Bar.*in l.j. ff.de bon.dam.& aliquid per domi.* Pet.*de* Anch.*in c.cum ſecundum le ges.de hæreti.lib.vj.*

e ¶Pet.Iac.in §.quadrupli. *Vide- licet in iiij.col.in §.item dicũt præſi des.uerſi.item licet uideatur.*

f ¶In cuius terri.ſunt. *Vide do.Ioã. And.& d.*Pet.*Anc.in d.c.cũ ſecun- dum leges.de hære lib.vj.*

g ¶Ipſo iure.*Sed apprehenſio bono- rum non debet fieri per do.ſecularẽ, niſi prius pronunciatum fuerit ſu- per crimine per iudicem eccleſiaſti. qui hoc poſſit:tamen ex quo eſt ſecu ta damnatio,effectus huius damna- tiõis trahitur retro ad diem cõmiſſi criminis.*Et *ideò ex die commiſſi cri minis,uidetur interdicta ipſi facino roſo alienatio argu.*C.*ad legem Iul. maie.quiſque.§.emancipatio.&* C. *de apoſta.apoſtatarum.j. reſponſo. ut dicunt do.* Arch.Io.And.*&* Pe.*de* Anc.*in præalle.c.cũ ſecundum leges.*

h ¶Pretium emptoribus reſtitue- re.*Dicendum eſt,quòd non niſi pre- cium inueniatur in bonis ipſius hæ- redis:ut ſentire uidentur d.docto.in præalle.c.cum ſecundum leges.*

SVMMARIVM.

1 *Submittens ſe alienæ iuriſdictioni, an & quando poſſit pœnitere.*

2 *Forum non declinare qui promiſit, an poſſit poſteà pœnitere.*

3 *Iudex temporalis an poſſit præſen- tare clericum pro infractione ſalua- guardiæ regiæ* Delphinali.

4 *Iudex, cuius prorogata eſt iuriſdi- ctio,an poſſit ſententiam ſuam man dare executioni.*

QVAEST. LXXVII.

LEX ſi conuenerit.ff.de iur. om.iud.cum ſua gl.quæ in hac parte per doctores approba tur,uult quòd ſubmittens ſe alie- 1 næ iuriſdictioni,*etiam per pa ctum,poſſit ante litis conteſta. pœnitere,etiã ſi pactũ eſſet iura tum:ut dicit Henri.de Bouen.in auth.ſacramen.C.ſi aduer.uend. in ſua

in ſua repetitio.in materia cau-
ſæ finalis,in prima illatione.&
alleg.Bal.ita tenentem in l.ſi.ff.
qui ſatiſda.cogan.cum tale iura
mentum præſtetur in præiudi-
cium tertij.Sed quicquid ſit de
a iure, de ſtylo[a] præſentis curiæ
parlaméti,& aliarum curiarum
Delphi.non admittitur hoc ca-
ſu pœnitentia etiã ante litis con
teſta.Et licet aliqui doctores di
cere uoluerint in l.ſi qui ex cõ-
ſenſu.C.de epiſc.aud.quòd etiã
in cauſis ciuilibus nõ ualet ſub-
miſsio ad curiã alienã,ſine con
ſenſu iudicis,iuriſdictioni ſub-
b eſt[b] talis ſubmittẽs:ut etiã tene-
c re uoluit Bar.in l.j.[c]in §.& poſt
operis.ff.de ope.noui nuncia.&
Anto.de Butr.qui plenè recitat
oppoſitiones in c.ex trãſmiſſa.
de for.cõp et.& dixi in clxxiiij.
conſiliorum meo.& plenè teti-
gi in d.l.ſi cõuenerit.in mea re-
petitione,quam feci ultra mon
tes in Taurino,die xj.mẽſis Iu-
lii.M.ccccxxvij.¶Non tamẽ ad-
huc admitteretur talis exce-
d ptio[d]in curia parlaméti, poſito
quòd illa opi.dicentiũ,ꝙ nõ ua
leat ſubmiſsio ſine conſenſu ſui
1 iudicis, eſſet uera.*Sed quid ſi
quis promittat forũ nõ declina-
re,an poterit poſteà pœnitere?
Dic ꝙ nõ.c.j.extrà de iud.& ibi
Io.And.qui reſpondet ad argu-
mentum quod fieri poſſet de d.
l.ſi conuenerit.Et prædicta ſunt
uera,quo ad laicos:ſecus autem
eſſet in clericis:iuxta c.ſi diligẽ
ti.extrà de for.compe.Nam cle-
rici ſe ſubmittere non poſſunt
iuriſdictioni iudicis tẽporalis,
etiã in actione reali:ut in auth.
ſtatuimus.C.de epiſ.& cle.& te-
net Pe.Iaco.in tit.de rei uendi.
quæ de conſuetudine compro-
batur circa finem,ibi,poſitiones
rei &c.& latius ipſe Pet.Iaco.in
materia de duello, quæ eſt ſub
rub.ui bon.rap.tenet idẽ etiam
Bal.in auth.ſi clericus.C.de epiſ.
& cle.& facit gl.in authen.ut o-
mnes obed.iud.in §.hoc conſi-
deratis.in gl.ſuper uerbo, ſubia
ceant.iuncta cum tex.quidam ta
men contrà, qui allegãt l.j.§.ſi
alter fundus.ff.finium regundo.
per tex.ibi,quoniam magis fun
do, quàm perſonis adiudicari
partes intelliguntur.pro quo fa
cit l.qui aliena.§.fin.ff.de nego.
geſt.ibi,ſententiæ prædio dan-
tur.alleg.etiam aliqui pro hac
parte, xj.q.iij.§.cum ergo.uide
etiam per hoc Ioã.Fab.in §.pro
e litis æſtimatione.[e]inſti.de ſatiſ.
& Spec.in tit.de actore. Et ſi iu-
dex temporalis attẽtaret cogno
ſcere de cauſa contra clericum,
incurreret ſententiam excõmu-
f nicatiõis ipſo facto,[f]iuxta c.pe.
3 de immu.eccle.lib.vj.Sed*an iu
dex tẽporalis poſsit præſentare
clericum,pro infractione ſalue-
guardiæ regiæ Delph.Domini
iudices tẽporales Franciæ dicũt
quòd ſic:& allegãt pro ſe l.ij.C.
ut nemo priua.titu.ſub prædiis
ſuis,ubi miles uel clericus &c.&
ſequitur,executoréſq; huius le-
gis omnes iudices eſſe oporte-

re &c. Sed dic, quòd tales iudi-
g ces ſunt excõmunicati, & ſi præ-
ſentent clericũ, per d.c.penul. Et
hoc, cũ concernat periculũ ani-
mæ, lex ſuccumbit canoni, ut po
h nunt doct. in c.j.[h] de noui oper.
nun. Quid autem de cauſa feu-
dali, ſi iudex laicus poſsit cogno-
ſcere contra clericum. uide quæ
dixi infrà q.cxxxix. Et quid de
cauſa poſſeſſorii in beneficiali-
bus, an cognoſcet iudex laicus
cõtra clericũ. uide quæ dixi in-
4 frà q.lxxxv.* [i] Iuxta materiã pro-
i rogationis iuriſdictio. quæro an
iudex, cuius iuriſdictio eſt pro-
rogata, poſsit ſententiam ſuam
mandare executioni. Dic quod nõ:
qa nõ eſt iudex, niſi uſq; ad ſen-
tentiam: ut dicit gloſ. ut l.ij.ff. ſi
quis in ius uoca. non ier. facit l.
epiſcopale. C. de epiſ. aud. Con-
k trariũ tamen ſeruatur de ſtylo[k]
curiarum præſentis patriæ. De
hoc etiã uide quæ ſcripſi infrà
q.ccccclxij. De prorogatiõe iuriſ
dictionis, etiã tetigi infrà q.ccc-
lxx. Vtrũ uaſalli poſsint proro-
l gare iuriſdictionẽ[l] in aliũ, quàm
in dominũ. uide Bal. de prohib.
feu. al. per Fed. in §. prætereà.
ibi, ſed quæro utrũ uaſalli &c.

a ¶ De ſtylo. *Pro ſtylo facit quòd ad iectio iuramenti mutat forũ, uel ſaltem accumu. forum foro. primum tenet dom. Archi. in c. cum laicus. & ibidem ſecundum tenet do. Io. And. de for. compe. lib. vj.*

b ¶ Sine conſenſu iudicis, cuius iuriſdictioni ſubeſt. *Illud eſſet uerum, in caſu, quo uaſallus alicuius domini, habẽtis ſuper eũ iuriſdictionẽ prorogaret iuriſdictionẽ in alterius: tũc talis prorogatio domino inuito non debet ualere. ita ſentit do. Bar. in l.j. in prin. ff. de iud. & in l.j. §. & poſt operis. & uer. item quæ rit. ff. de ope. no. nun.*

c ¶ Bar. in l.j. *Intellige iſtud in caſu, de quo in proxima præcedenti apoſtilla dixi. extrà autem talẽ caſum, tenet prorogatio: ut uult domi. Bar. in locis iã dicta apo. allega.*

d ¶ Non admitteretur exceptio. *Crederẽ hoc eſſe uerũ, quãdo ſubmittens exciperet: quia tũc notaretur de fide rupta & periurio, cuius prætextu, ut fidẽ et iuramentũ ſeruet, etiã corã iudice eccleſiaſtico, cõueniri poteſt: ut c.ſi. & ibi do. Archi. Io. And. & Pe. de Ancha. de for. cõpe. lib. vj. Sed ubi experiretur ipſe dñs habens iuriſdictionẽ in ſuo uaſallo, debet utiq; exaudiri, cùm cõtendat de iure ſuo, cui per factũ alienũ nõ potuit generari præiudiciũ.* Et pro hoc facit, *quòd dicit Spe. j. parte. ti. de arbi. et arb. §. reſtat. uer. ſed nũquid uaſall.*

e ¶ §. pro litis æſtimatione. *Vult allegare Ioan. Fab. in §. ſi uerò reus præſto. in uerſ. quid ſi clericus. & ſequen. ubi uidetur uelle indiſtinctè, quòd clericus non poteſt ſe obligare uel ſubmittere foro ſeculari. nã ter ibi loquitur, tam in actione in rem, quam in perſonam.*

f ¶ Et ſi excõmunicatiõis ipſo facto. *Iudex attẽdẽs cognoſcere de cauſa cõtra clericũ, nõ eſt excõicatus ipſo facto: ſed uenit cõpellẽdus per cẽſurã eccleſiaſticã deſiſtere. ut c. ſeculares. de for. cõpe. lib. vj. nõ obſtat c. pe. hic alle.*

alleg. nam illud loquitur in alio caſu, uidelicet quādo quis impedit proceſſum uel effectū iuſtitiæ eccleſiaſticæ, prohibendo quominus litigās poſſit liberè iuſtitiam coram iudicibus eccleſiaſticis obtinere. & talis uidetur ipſo facto excōmunicationi ſubiacere. et ratio diuerſitatis eſſe uidetur: quia hic facit, ut iudex prætendens ſe ſimiliter iuriſdictionē habere: ille autē facit, ut priuatus impedire ſatagens iuriſdictionē eccleſiaſticam in eius exercitio iudices malitioſè turbando. & pro hoc uide do. Petrum de Anch. *in allega. c. pe. in j. & ij. not. de immuni. eccle.*

g ¶Sunt excommnicati. E*t hoc uidetur uerū: quia in hoc caſu iudices ſic clericū præſentātes, uidētur perſonam eius diſtringere: unde eſt locus pœnæ. ca. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. et hoc uidetur innuere dominus* Ioannes And. *in c. ij. in gl. pe. ibi, de facto forte. de foro compe. lib. vj.*

h ¶Ponunt doc. in c. j. E*xtrà no. in c. ſi. extrà de præſcri. & non eſt mirum, ſi in hoc caſu ita ſit, cum conditori canonum & uicario conditoris ſubdita ſit omnis creatura. ut dicit dominus* Inno. *in c. j. de conſtitu.*

i ¶j. q. lxxxv. V*ide etiam ſupra, q. j.*

k ¶ Contrarium tamen ſeruatur de ſtylo. H*unc ſtylū exiſtimarē rectè procedere, ſi condemnatus bona poſsideat in loco iudicis, qui cognouit: aliàs ſecus. quia tunc remittēdus eſt ad iudicē loci. unde eſt qui ſententiam mandabit executioni ex relatione iudicantis. dicit do.* B*ar. in l. ex quacunque. in ſine. iūcta gl. in uer. ſi quis. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit.*

l ¶Vaſalli prorogare iuriſdictionem. V*idetur, quòd ſic, quo ad ſui non domini præiudiciū poſsit uaſallus iuriſdictionem alterius prorogare. arg. eorum, quæ dicit Spc. j. parte ti. de arbit. & arbi. §. reſtat uidere. iij. col. uer. ſed nunquid uaſallus. & d.* Bar. *in l. j. in prin. ff. de iudicijs. & in l. j. §. & poſt operis. in ſi. ultimæ col. uer. item quærit. ff. de no. ope. nū.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an teneatur quid conferre pro reparatione mœniorum, uel ciuitatis.*

QVAEST. LXXVIII.

1 AN eccleſia teneatur contribuere cū laicis* pro reparatiōe mœniorū[a] & fortificatione ciuitatis? Ia. de Are. Ia. Bu. Cy. Lambertus de Saxonia & Bart. tenēt, ꝙ ſic, in l. ad inſtructiōes. C. de ſac. ſan. eccle. Idem tenet etiā Iacobus de Aluaro. doctor nouiſsimus in lectura ſua feudorum in ti. de pace iuramento firman. in §. illicitas. Et ideò de anno currēte domi. M. ccccliiij. quo anno fuit orta guerra per pręfatū dominnum noſtrū Delphi. cōtra dominū ducē Sabaudiæ: in qua guerra fuerūt in Sabaudia deſtructę & depopulatę duæ uillę: uidelicet mōtiſſupelli & ſancti Geneſii, Auguſtę. quę guerra durauit circa per tres mēſes: & qua durante pręfatus dominus noſter Delphi. ad hāc ciuitatem Gration. miſit & deſtinauit ſpectabilē militē dominū Ludo. de Laual, gubernatorem Delphi. & in camera cōſilii uocatis

catis reuerendo in Chriſto patre domino epiſcopo Gratiònop. necnō canonicis facientibus capitula in eccleſiis beatæ Mariæ,& ſancti Andrææ Gratio nop. fuit expoſitū factum dictæ guerrę,& pericula quę obuenire poterāt huic ciuitati Gratiònop.& patriæ Delphi. Exhortatiq; & requiſiti fuerūt, quò ipſi quilibet in parte ſua, fortificarent præſentē ciuitatem Gratio nop.prout & in parte fecerunt: & poſtea per cōpoſitionē Epiſcopus beatæ Mariæ ſoluit lx. florenos.& epiſcop⁹ beatę Andrææ cōpoſuit ad xij. florenos. dominus uerò Grationop. fecit reparari mœnia ciuitatis,uideli cet partē ſibi contigentē, & ita uidi. Si tamē dicti uiri eccleſiaſtici præceptis dicti domini gubernatoris obtēperare noluiſſent,non poterant de iure cogi, per iſtū dominū gubernatorem. Sed per eorū iudicem cōpetentē, ut dicit Cy.[b] in d.l.ad inſtructiones.& ſup hac materia quomodo cōtribui debeat in reparationibus mœniorū,& p quos, uide q̄ ſcripſi ſ.q. vij.uide etiā q̄ dixi in notabilibus meis, in §. utrū.in d.l.ad inſtructiones,&c.

b

a ¶ An eccleſia pro reparatione mœniorū. *In huiuſmodi quæſtione an teneatur cōtribuere ad muros ciuitatis uidetur dicēdum,ꝙ ſi mœnia ſiue muri ciuitatis fiūt ad ornatū ciuitatis: eccleſia nō tenetur conferre. Sed fiūt ad neceſſitatē, puta propter guerram,uel ſuſpicionē guerræ: tunc eccleſia tenetur contribuere.Ita ſentire uidentur do.Cy.& Bal.in prædicta l.ad inſtructiones.C.de ſacro. ſan.eccl. Tamen,ut ibidem dicit do. Bal.ad cōferendū in huiuſmodi caſu non poſſunt clerici cōpelli per iudicē ſecularem:ſed per epiſcopū. & alle. cap.primum,de immu.eccle.lib.ulti.*

b ¶ Vt dicit Cy. *Vult allegare d.Bal. in prædicta l.ad inſtructiones.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici aliàs immunes à ſubſidijs, an teneantur conferre quid, nomine earū rerū, quas a plebeijs aut acquirunt,aut ſucceſſione obuenerūt.diſt.*

QVAESTIO LXXIX.

AN clerici clericaliter uiuētes,qui aliàs de iure & con ſuetudine pręſentis patrię Delphi.ſunt franci & immunes con tributione talliarū & ſubſidiorū Delph.debeāt cōtribuere in dictis ſubſidiis pro rebus quas acquirunt, aut ſibi ex ſucceſsione obuenerūt à plebeiis, qui in dictis ſubſidiis cōtribuere cōſueuerūt.* Circa hoc puto ſic diſtin guēdū: qa aut loqmur in patria Brianſoneſii Oiſentii & aliis lo cis, in quibus fieri cōſueuerunt regiſtra & res affici illo opere: & tūc tales priuilegiati clerici,p dictis rebus ſic eis obueniētib⁹, tenenē cōtribuere.ita tenet Bar to.[a] poſt Petrū de Bella pertica in l.reſcripto.§.fi.ff.de munerib. & hono.pro quo facit:qa cōſtitutio Imperatoris uel Regis[b] ligat poſſeſsiones clericorū[c] in eorū territorio ſitas.extrà de fo.cōpe. c.poſtulaſti.Ratione enim tempora

1

a

b

c

poralium clerici Regibus ſunt e
d ſubiecti, xj.q.j.§.is atq;[d].extrà de maio.& obed.c.ſolitæ.licet Bal. in auth.item nulla. C. de epiſ.& cleri.& in l.placet.C.de ſac.ſan. ecc.tenuerint contrariã opinionem. Aut loquimur in aliis locis huius patriæ Delphi.in quibus nõ fiunt regiſtra. Et tũc ſtamus in iudicãdo diſpoſitioni iuris cõmunis: ita uidelicet, quòd clerici clericaliter uiuẽtes ad ta-
e lia munera nõ teneantur, [e] etiã pro rebus ruſticalibus. Et de hac materia, uide ꝙ circa hoc fuit iudicatũ ĩ. q.ccclxxxj. Sed quid de nobilibus, an debeant contribuere pro rebus regiſtra. uide quid fuit deciſum.q.ccclxxxiiij.

a ¶ Ita tenet Bar. *Quem omnino uideas ponentem duas cautelas: quibus ſeruatis iure poterũt imponi collectæ omnibus poſſeſſionibus eccleſiæ uel clericis quoquomodo obuenientibus, ut in §. ſed quæro.uerſi. ſed pro his.*

b ¶ Vel regis. *Supple, uel apoſtoli iuriſdictionem habentis: cuius propriũ ſtatuere permittitur: ut l.omnes populi.& ibi do.*Bar.*ff.de iuſti.& iu.*

* *Adde belliſſimè do. Abbat.in conſi. iij.j.uol.*

c ¶ Ligat poſſeſsiones clericorũ. *Vt ſentire uidentur do.Inno. & Io. And.in prædict.c.poſtulaſti.de foro compe. & ad hæc faciunt quæ dicit do.Archi.xj.q.j.in c.ſi tributum.*

d ¶ §.is atq;. *Vult alle.q.xj.c.j.ſi qui cauſæ.§.is itaque.in fi.& ibi domi. Archi.quem omnino uideas, cum id, quod ibi dicit, etiam regnum Franciæ conſeruat.* *

e ¶ Clerici nõ teneantur. *Quia à ſordidis muneribus ſuperinditu etiã ab extraordinarijs eccleſiæ ſunt immunes, etiam pœna excommunicationis & perpetui exilij contra facientibus imminente: ut prædicta l. placet.* C.*de ſacroſan.eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Simoniáne ſit aliquid accipere, pro ingreſſu monaſterij.*

2 *Literarum præciſarum conceſsio, an ualidam conſuetudinem inducat.*

3 *Iuramentum præſtitũ per promittentem ſoluere ſimoniã, eſt nullum.*

QVAEST. LXXX.

VIDEMVS quotidie, ꝙ domina prioriſſa Montiſfluriti, & certę alię prioriſſę abbatiſſæ huius patrię Delphi.recipiunt certũ quid pecuniarum, quãdoq; centũ florenos, quãdoque plus uel minus à parẽtibus filiarũ, quæ ibi moniales recipiuntur pro introitu monaſterii.
1 *¶ Quæro an ſit eis licitũ de iure illud recipere abſq; metu ſimoniæ. Bal.qui hanc quæſtionẽ
a mouet, in l.ſi quenquam.[a] C.de epi. & cle.arguit pro, & contrà. Nam, dicit ipſe, uidetur primò, ꝙ ſit licitũ: quia ſicut dos datur pro onerib9 matrimonii, ita uidetur ꝙ poſsit dari monaſterio: ut poſsit ſupportare onera perſonæ ingredientis. Contrarium tamen tenet ipſe Bal. dicens, ꝙ licet monaſteriũ ſupportet onera ingrediẽtium, non tamẽ pro ipſo ingreſſu poteſt paciſci de illa quaſi dote recipienda. quia eſſet ſimonia. Et pro hac parte

ultra Bal.facit c.quoniam ſimoniaca labes.extra de ſimo.& ibi uidetur caſus pro deciſione præſentis quæſtionis.Sed ſi liberaliter offerretur,uel daretur per filiam, aut eius parentes ſine aliquo pacto,tūc bene poſſet recipi amore Dei, ut notatur xxxij.
b q.ij.c.nō omnis [b].Et ita intelligitur dictū Bar.in l.Titio centū. §.fi.ff.de condi.& demon. Tamen uidi in contrariū iudicari: quia de tēpore dominæ prioriſſæ Montisfluriti ultimo defunctæ,quę erat de cognomine nobilium Guiffredorū,uidi in hac curia parlamēti concedi pluries literas præciſè uim ſentētiæ diffinitiuæ obtinētes,contra parentes monialium,qui pro introitu filiarum ſuarū in dicto monaſterio ſe obligauerāt ipſi dominæ prioriſſæ cum iuramēto: & aliis
2 clauſulis oportunis.* Sed credo, ꝙ per inaduertentiā fuerūt con-
c ceſſæ [c] ipſæ literæ præciſæ,nec per ipſarū pręciſarū conceſsionem, quāquàm in contradictorio iudicio cōceſſę fuerunt,poteſt induci aliqua ualida cōſuetudo, cum eſſet inductiua pec-
d cati [d]:ut in c.nō ſatis.& in c.cū in eccleſia.cū ibi notatis per gl. Inno.Hoſti. & Henricus Bohic. extra de ſimonia. & in c.ſi quis præben.& ibi bonus textus cum
3 ſua gl.j.q.iij.Et non* ualet iuramentū pręſtitū per promittentē ſimoniam ſoluere. Quia nō poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: iuxtà c.cùm contingat. extrà de iureiur. Nec obſtat ca. debitores.eo.ti.quia iurans ſoluere uſuram, non peccat mortaliter,licet recipiēs ſic.Ideò ſibi compellitur iurans ſeruare iuramentum.Sed ille qui iurat ſimoniā ſoluere, peccat mortaliter,ſicut recipiēs.Ideo non tenetur illud iuramentū ſeruare.ita dicunt doctor.in d.c. debitores. & do. Io. de Imo.in d.c.cū contingat.in ſua repetitione.Et iſta eſt ueritas. Ideo de iſtis admonebo dominos meos parlamenti,dum uidebo decætero caſum coutingere.Sed an ſolutum per ſimoniā,poſsit repeti?uide quæ plenè dixi ſ.q.cccccclxxxj.

a ¶ L. ſi quenquam. *Quæſo hanc l. uideas: quia admodum eſt elegans, inq; uarietate & ſplendore decoris dictaminis.*

b ¶ Nō omnis. *Vult allegare xxxij. q.ij.c.honorantur.in gl.j.ubi,ſed certè eadem ratione &c.*

c ¶ Per inaduertētiā fuerunt conceſſæ. *Imò et iure fortaßis conceſſæ fuere,ut ipſi autumant.nam licet ſacramenta ſint liberè conferēda,adeò ut nil nomine ſepulturæ,exequiarū, mortuorum,benedictionum,nubentium,ingreſsionis monaſterij,& huiuſmodi exigi poßit: ut in c.audiuimus.& ſeq.extrà de ſimo.ueruntamen poßunt laici compelli pias & laudabiles conſuetudines obſeruare, ſi quæ ſuper his fiunt:ut in c.abolendæ. per gloſſā, in uer. exigere.de ſepultu. et ad hoc per ſuperiorem cogi poßunt officio iudi.implorato:ut dicit glo. in c.ad apoſtolicam.in uerſi.*

lauda

laudabilem. extrà de ſimo.d. Innoc. ibi aliter ſentire uidetur.ſed eſt communis opinio doctorum,quod prædixi,ut dicit do. Felyn.in præalle.c.ad apoſtolicam.ſuper glo.ſi.in ſi.

d ¶ Peccati. *Nam conſuetudo non derogat iuri naturali ſeu diuino,cuius tranſgreſsio peccatum inducit, nec poſitio niſi ſit rationabilis & præſcripta.ut c.ſi.de conſue.*

SVMMARIVM.

1 *Re uendita per debitorem in fraudem creditoris, capta & incantata pignori,uter præferatur.*

2 *Rem meam apud officiarios ſequeſtratam, an poßim uendere pro uictu,ſi non ſit mihi unde uiuam.*

QVAESTIO LXXXI.

SI DEBITOR poſt pignorationem incantus & liberationem in ultimo incantu, per traditionẽ calami creditori uel alteri emptori in ultimo incantu factam, rem de pignore captã alteri uendat, & tradat,quis ipſorum ſit potior, & præferri

1 debeat.*Et uidetur q̃ ſecundus emptor cui prius fuit res tradita,per l.quoties.C.de rei uendi. & facit quod tenet Barto. in l.à diuo pio. §. & ſi ſuper rebus.in q.pen.ff.de re iudi.Per talem liberationem in ultimo incantu factam, & per traditionem ca-

a lami nõ trãsfertur poſſeſsio [a], ut dicit Hoſt.in ſumma,de cauſa poſſeſsionis & propriet.uer. ſed quid ergo ſi uendas &c.Et ibi dicit, quòd errant fatui notarii,qui dicunt tradi poſſeſsionem per traditionem calami, idem etiam ſentit Dy.in regula iuris.c. beneficium. uer.iij.poſ-

b ſet quæri &c.Et per conſequens nec dominium[b]:quia in acquirenda poſſeſsione requiritur actus corporeus, niſi in caſibus ſpecialibus à iure permiſsis,quibus tranſit poſſeſsio iuris fictione, ſicut corporali apprehenſione rei, & per cõſequens dominii, ſicut uidemus in retentione uſusfructus: ut in l.quiſquis. C. de donat. & in precario, ut in lege,quod meo.ff. de acquirenda poſſeſ.& multis ſimilibus. Tamen quicquid ſit de iure,contrarium ſeruatur de ſtylo præſentis curiæ parlamẽti propter authoritatem rei iudic. Ita uidelicet, quòd ille emptor cui res incantata liberatur in ultimo incantu per traditionem calami,cẽſetur potior iure:& præfertur ſecundo emptori. Licet ipſe ſecundus emptor habuerit primò realem traditionem. Et corroboratur iſte ſtylus autho-

c ritate domini Cy. [c] in lege pri. C.de alien.iudic. mutan.cau.fa. qui dicere uoluit, quod poteſt replicari ſecũdo emptori,quod debitor dolo deſit poſsidere: ita quòd compleatur executio

d contra ſecundum emptorem [d] in re pignore capta. Et ita etiã ſecundum hanc opi. Cy.fuit iudicatum in uigilia ramiſpalmarum die ſententiarum M. cccc-lv.in manibus Petri de boliaco ſecretarii Delphi.in cauſa nobilis Ioã. Cabelli,contra nobilem

Aymo

Aymonē de Bellomonte.in qua cauſa nobilis Amblardus dominus Bellimontis,poſt pignorationem & liberationē ad incantum contra eum factam rem de pignore captam uendidit & realiter tradidit dicto Aymoni eius fratri. Similiter fuit iudicatum M.ccccl x. de menſe Aprilis pro Aymaro & Claudio repellini fratribus contra Antonium Fayni mercatorem Grationop. ad cauſam domus ſibi uenditæ per Gulielmum baſsi, quæ domus prius fuerat capta de pignore, & incātata pro dictis repellinis.De hac materia etiā tetigi s̄.q.xxij. Quod uerum dici poſſet,niſi dictus ſecundus em-
e ptor primò fuiſſet inueſtitus [e], & laudatus à domino directo rei emptæ: & tunc enim deberet præferri alteri, qui emit ad incantum,qui non fuit laudatus à domino directo:quia ſine cōſenſu domini directi non trāſit dominiū: ut plenè dixi s̄.q.xlvj.
2 circa fi.Sed quæro*iuxta premiſſa, res mea fuit per officiarios curiæ ſequeſtrata, an poſsim eā uendere pro uictu & alimentis meis, ſi non habeam aliūde uiuere. Credo,quòd ſic,per tex.in
f l.fi.§.pen.[f]ibi,tantum litis ſumptus & alimoniæ homini ſubminiſtrētur.C.de ord.cog. & ita tenet Bar.in tract.ſuo alimento-
g rum.circa fin.[g]Si per traditionē calami traſferatur poſſeſsio dixi s̄.q.xxij.

a ¶Per traditionem calami non transfertur poſſeſsio.*Ex inueſtitura non adipiſcitur quis poſſeſsionē, ſed quoddā ſignum poſſeſ.ut in c.per tuas.extra de do.iuncta gl.in uer. ſignū.in c.ex literis.extra de conſuetu. & ideo ad inquiſitionē poſſe.nō ſufficit ſignū,ſed requiritur res ſignata, uidelicet miſsio in poſſeſsionē,ut not. gl.in uer.anulo.& in c.ex ore. de his quæ fiūt à maio.par.c.poſſeſsio enim acquiritur corpore & aio, nō altero tātum.ut C.de acquir. poſ. licet ita quòd rei apprehēſio p ſe uel p alterū ſit neceſſaria:ut ff.e.queadmodū.& l.quæ uniuerſas. ut dicunt do. Odo. Cy.Bart.& Bal.in alleg.l.licet.*

b ¶Nec dominiū.*Quia ad acquiſitionē dominij non ſufficit titulus uel cā: ſed requiritur traditio uera uel ficta,ut inſti.de re.diui.§.p traditionē.iūcto §.interdū. unde ſine traditione non transfertur dominium, ut in l.nūquā nuda.ff.de acq.re.do. & l.traditionib.cum glo.C.de pactis.*

c ¶Authoritate do.Cyn. *Aduerte, quòd d.Cy.illud non dicit:ſed tamen quòd hic dicitur,uidetur eſſe uerum: quia talis alienatio præſumitur dolo ſa ex qualitate facti. iuxta theoricam do.Odof.in prædi.l.unica.in j.q. C.de alie.iu.mutan.cauſa fact.*

d ¶Contra ſecundum emptorem. *Pro hoc facit, quòd alienans cauſa mutandi iudicij, poteſt conueniri & condemnari utili rei uendicatione, & fiet executio ſententiæ contra poſſeſſorem,qui tenetur rei uendic.directa, dummodo fuerit citatus in proceſſu agitato contra alienatorem:ut no.dicit d.Bal.in iam alleg.l.una. C. de alie.iud.mu.cau.fac.*

Niſi

e ¶Niſi primo fuiſſet inueſtitus. *Videtur etiam quòd ubi ſecundus emptor fuiſſet primò inueſtitus à domino directo rei emptæ: tamen adhuc non uidetur fortè præferendus primo emptori in hac ſpecie certis rationibus. Tum quia, ſi id concedatur, locus utique fraudibus relinquetur: contra l. in fundo. ff. de rei uen. & c. cum in multis. de reſc. li. vj. Malitijs enim hominum obuiandum eſt. c. ſedes apoſtolica. de reſcri. & ff. de tranſ. l. cum hi. §. ſi cum lis. Tum, quia tali occaſione edictum & decretum iudicis reddetur illuſorium: contra l. prætor. ff. de iu. & contra, de deſpō. cū inhibitio. §. pe. Spe. de arbi. §. ſequitur. uer. ſed qd ſi arbitri. Non obſtat prealle. l. quoties. C. de rei uend. quia ibi utraque alienatio ſumit uires ſuas ab uno fonte: uidelicet facto priuati: hic autem partim à facto iudicis.*

f ¶§. pe. *Vult allegare §. j. uer. nam ſi tales. qui text. iuncto eo, quòd ibi dicit dominus Bal. in iiij. no. dum uult, quòd prouidetur in alimentis aduerſario tanquam de proprio patrimonio, & non de alio: optimè facit in argu. pro deciſione huius quæſtionis, uidelicet quòd ſi quis habeat rem propriam ſequeſtratam, & aliunde non poteſt habere alimenta licita, talem rem ſequeſtratam uendere poterit.*

g ¶Circa fi. In *uer. quæro aliquis non habet. ubi tenet d. Bar. expreſſè rem propriam ſequeſtratam pro neceſſitate alimentorum, quem uendere poſſe, & pro hoc allegat prædi. l. fi. C. de ord. cogni.*

SVMMARIVM.

1 *Ius agendi ad ſupplementum legitimæ filij, quanto tēpore præſcribatur.*

2 *Ius filio dicendi teſtamentum patris nullum, in quo præteritus eſt, quanto tempore præſcribatur.*

QVAEST. LXXXII.

DOCTORES noſtri uaria dixerunt [a] in illa q. qua quæritur, quanto * tempore ius agendi ad ſupplementum legitimæ filii præſcribebatur: quia Bar. in l. ſi quis filium. ff. de inof. teſt. & Guliel. de Cu. in l. quāuis. C. e. tenēt ꝙ præſcribitur quinquēnio. Bal. uerò & Sal. ibidē in d. l. ſi quis filiū. [b] & Ang. in l. Papinianus. la ij. in §. ſi conditiōe. ff. de inof. teſt. tenēt oppoſitū, dicētes ꝙ imò durat xxx. ann. ſicut aliæ actiōes perſonales, iuxta l. ij. C. de cōſti. pec. Et hęc opi. Bal. & Salic. & Ang. in iudicādo ſeruatur in hac curia parlamēti cōtra opi. Bar. & Guliel. de Cun. tā quā magis ęqua & ratiōi cōſona. Ita uidi ſemper determinari per dominos meos huius curiæ parlamēti.* Sed quāto tempore præſcribatur filio ius dicēdi nullū teſtamētum patris, in quo fuit prętéritus? uide quę dixi ĵ. q. ccccxxxvj. in fin. & q. ccccxcvij. An ſupplemētū legitimæ petatur à ſolis hęredibus: an etiā à legatarijs petatur tale ſupplemētū legitimæ: Bart. in l. in quarta. [c] ad l. Falc. dicit tā ab hæredibus q̄ legatariis eſſe petēdū. Sed in l. omnimodo. probatur cōtrariū ſecūdū Raph. Ful. uidelicet ꝙ à ſolis

lis hęredibus.& hoc uidetur ꝓ-
d babilius[d] per l.j.§.ſi hęres inſti-
tutus.ff.ad Treb.& iſtā partē ſe-
quitur dominus meus do. Io.de
graſsis.in d.l.omnimodo. in gl.
ſuper uerbo,licebit.in fin.

a ¶Doctores noſtri uaria dixerūt. *Vide omnino Fran.de Crema. ſingu. ſuo l.incip.antiqua eſt quaeſt.& iſtū conſ.clxx.incip.quo ad q.nu.iiij.uer. quo autem ad legitimam. & conſil. ccxx.inci.ſupra conſi.nu.j.uer.j. ſi di cta.& conſi.ſeq.nu.vj.in fine.*

b ¶Bald.in d.l. ſi quis filium.*in iij. col.in uer iij.quaeritur. & ibi ipſe d. Bal.ualde repellit rationes d.Bar.ad ducendo rationes fortiores,quibus in contrarium argu.& altiſsimo intellectu,dicit in auth.praesbyteros.C.de epiſ & cle. quem omnino uideas.& ff.de inof.teſt.in rep.l.pater filium.in v.col.in §.uiſis ergo.uerſic. quaeritur utrum. Et aliquid de hac materia tangit.ff.eo.titu.in l.tam is. §. huius autē.in gl. infrà ibi, ad ſupplemētū.*

c ¶Bar.in l.in quarta.*in v.co.in uer. quaero per quos debet ſuppleri. & hanc opi.d. Bart.ſentire uidetur do. Bal.in auth.presbyteros.in uer. praeterea. ibi,& eſt in rem ſcripta &c. C.de epiſc.& cler.& quòd actio ad ſupplementum legitimae contra legatarios pro rata ſicut contra haeredem uniuerſalem competat, tenet expreſsè do.Bald.& illius rationem aſsignat,dicens eſse not. ut in l. tam is.in §. huius autem.in uerſicu .ſed utrum iſta actio.ff.de inof.teſt.& ſi uis uidere modum articulandi, proſequendo legitimam & eius ſupplementum, traditur ſub breuibus per do.Bar.conſi.xvij.*

d ¶Videtur probabilius. Hoc *intellige uerum, quando legata eſt quantitas in genere : ſecus autem, quando relictum eſt corpus haereditarium: quia tunc contribuunt legatarij ad legitimam, ſicut haeredes.& poſsunt conueniri à filio, quia legitima ipſo iure reſecat.ita no.dicit do.Bal.in l. omnimodo.in prin.circa fi.ij.co.in §. ult.quaero.in uerſi.ſed ego ſic diſtinguo.C.de inoffic.teſtamento.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici primae tonſurae, dantes operam ſcholis grammaticalibus, dicuntur uiuere clericaliter.*

QVAEST. LXXXIII.

DIE iiij.mēſis Iulii, M.cccc-
lv.in camera cōſilii,in quo
erāt domini ſorterii licētiati in
legibus praeſidēs Io. Bauilli, Io.
de ſancto Germano aduocati
1 * & ego:fuit cōcluſum & deter-
minatū in quadam cā, tūc ibidē
agitata, ꝙ clerici primae tōſurae
exiſtētes in ſcholis grāmaticali-
bus, dicūtur uiuere clericaliter:
ut ſint exēpti à cōtributiōe ſubſi
diorū Delp.pro quo facit tex.in
a l.ij.[a] C.de epiſ.& cle. Et idē iure
b canonico,[b] niſi eſſent cōiugati.
ut ī c.uno.de cle. cōiu.li.vj. ibi,ī
caeteris &c.& ponit Pe. Iac.in ti.
de duello.ibi, archiepiſcopo. &
idē dicerē de ſcholaribus ſtudē-
tibus in legibus uel canonibus
in uniuerſitate citra & ultra mō
3 tes. Sed*an clerici cōiugati dicā
c tur uiuere clericaliter[c]: credo ꝙ
ſic: dūmodo deferāt habitū & tō
ſurā, & deſeruiāt officiis eccle-
ſiae,

ſiæ, ſaltē in feſtiuitatibus: & à negotiatiõibus ſecularibus, ſaltim inhoneſtis, abſtineant: ut dicit Spec. in tit. de clerico cõiugato, circa prin. ideo uideret, q̃ tales 1 ſic uiuētes clericaliter ſecũdum formã p Spe. ubi s. traditã, debe 2 rēt eſſe exēpti à cõtributiõe dictorũ ſubſidiorũ Delp. ſecũdũ te 3 norē literarũ triũ ſtatuũ præſentis patriæ Delph. quibus cauetur expreſsè clericis clericaliter uiuētibus, munus exēptiõis à contributiõibus ſubſidiorũ Delp. cõpetere. Sed cõis obſeruãtia ta- 1 les clericos cõiugatos nõ reputat uiuere clericaliter: quia non

d deſeruiunt diuinis[d]: ideò cõpelluntur ad cõtribuẽdũ in dictis ſubſidiis Delp. iuxta etiam diſpoſitionem dicti c. ibi in cęteris &c.

a ¶ Facit text. in l. ij. *Vide ad hoc l. presbyteros, e. ti. C. de epi. & cler. ubi dicit d. Bal. quod eſt multũ notãdũ, quòd habẽtes minores ordines nõ ſuſcipiũt tutelas: nec aliquod officiũ ſeculare ſeu onus perſonale.*

b ¶ Iure canonico. *Quòd antẽ clerici prima tõſura clericaliter uiuentes debeant gaudere priuilegio clericali, dummodo uxoretur, habetur in c. ex parte. extrà, de cler. coniug.*

c ¶ Viuere clericaliter. *Clerici cõiugati bene poſſunt uiuere clericaliter: ut dicit Spec. tamen ut ibidem ſuper Spe. diſtinguit d. Io. An. non gaudent priuilegio clericali, niſi ſolum in duobus caſibus eis reſeruatis per c. unum. & ibi d. Arch. Io. An. & Pet. de An. de cleri. coniuga. lib. vj.*

d ¶ Non ſeruiunt diuinis. *Nam cithara cum pſalterio male concordãt. ut in c. diuerſis fallacijs. in prin. extrà de cleri. coniug.*

SVMMARIVM.

1 *Vincentius Ferrarien. ordinis prædicatorum, Lugduni concionatus.*

2 *Puella, Ioanna nuncupata, quando regnarit.*

3 *Conſtantinopolis per turcas inuaſa.*

QVAEST. LXXXIIII.

TEMPORIBVS meis uidi duo luminaria ſacræ theologiæ actu prædicãtes per mũdum. primò uidelicet ſanctũ 1 Vincẽtiũ Ferrariẽ. ordinis *prędicatorũ, quē uidi prædicare in ciuit. Lugdu. de anno. currẽte d. Mil. ccccxv. & qui inde deceſsit ab humanis, in patria Britãniæ, ubi iacet corpus ſuũ in ciuitate de Vanes, & inde fuit canoniza a tus[a] de hoc anno currẽte do. M. ccccl v. Romæ per Papã Calixtũ tertiũ. Secũdò etiã uidi ſanctum Bernard. de Senis, de ordine & obſeruãtia ſancti Frãciſci, prędicare in patria Pedemõtiũ, anno d. M. ccccxxix. qui claruit mira- b culis[b] per ſeptẽ annos ante eius mortem: & inde deceſsit & fuit Romæ canonizatus p Papã Nicolaũ quartũ, anno iubileo currẽte M. ccccl vj. deceſsit ab humanis do. epiſcopus, Andegauen. Ioãnes Michaelis, nũcupatus, qui iacet in eccleſia cathedrali ciuitatis Andegauen. & ibi claret miraculis, prout uidi dũ fui miſſus in ambaſsiata ad regẽ Carolũ quartũ, per do. noſtrũ Ludouicũ Delph. Viennẽ. & repu

reputatur ſanctus: tamē nōdū eſt canonizatus. uidi etiam reuerēdiſsimū in Chriſto patrē dominū Ludouicū alamādi, cardinalē Arelatē. cuius corpus iacet in ciuitate Arelatē. & ibi claret miraculis, qui deceſsit ab humanis
2 de anno d. M.ccccxlix.* Vidi etiā tēporibus meis puellā Ioānā nūcupatā, quę incepit regnare anno, quo fui doctoratus, quæ inſpiratiōe diuina arma bellica aſſumēs, de anno d. M.ccccxxx. reſtaurauit regē Frāciæ, Anglicos à regno expellendo, ui armata, & præfatū regē Carolū ad ſuum regnmu Frāciæ reſtituēdo: quę puella regnauit tribus uel qua-
3 tuor annis.* Temporibus meis etiā ciuitas Conſtātinopolitana in patria Græciæ fuit per Turcas inuaſa, & ui armata occupata, de anno d. M.cccclliij. de mēſe Iunii, qui tūc occiderūt Imperatorē & multos Chriſtianos in numero infinito, & quæ ciuitas & tota patria Grçciæ adhuc per turcas occupatur, & forte iudicio diuino proceſsit illa deſtru-
c ctio: [c] quia licet ipſi Græci [d] re-
d ducti fuiſſent temporibus meis per Papā Eugeniū quartū in cōcil. Ferrariē. ſuper aliqbus eorū erroribus fidē catholicā cōtinētibus, fortè malè ſeruauerūt decreta dicti cōcilii, eis obſeruari iniūcta. Itē M.cccclx. & de mēſe Iunii Dux de diort. de regno Anglię captiuari fecit & captum detinuit regē Angliæ. Et poſteà eodē anno de mēſe Decēbris regina Angliæ quę erat filia regis Siciliæ in quodā cōflictu gentiū armorū fecit occidi dictū ducē de diort & eius filiū ſecūdo genitū, & liberari dictū regē Angliæ eius maritū à manibus inimicorū ſuorū: tamē in finalibus fouentes partem dicti ducis de diort expulerūt dictū regē Angliæ à toto regno Angliæ. Et coronauerūt in regem Anglię filii primogenitum dicti quondam ducis de diort.

a ¶ Canonizatus. *Quādo agitur de aliquo canonizando, inquirēdum eſt de uita & miraculis ipſius canonizandi. & ſuper uita & miraculis teſtes ſunt inducendi: qui examinentur diligenter & ſigillatim. ut in c. uenerabili. & ibi d. Io. An. de teſt. in anti. inquirendum eſt enim an illi de quo canonizando agitur prior uita teſtimonium præbeat pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus, ſtrennuis. ut lxj. diſt. miramur. circa finem. de multis alijs eſt ſedulo inueſtigādum, de qbus ſeriatim tāgitur p do. Gof. in ſum. de reli. & uene. ſau.*

b ¶ Claruit miraculis. *Notādum eſt quòd multi non ſancti faciunt miracula, aut ui uerborum, ut conſecratio eucha. aut ui parentelæ, ut rex Franciæ, uel illi de domo ſancti Pauli. aut arte magica, aut ex charitate ſola. ut dicit do. Fe. in d. c. uenerabili. de teſt.*

c ¶ Proceſsit illa deſtru. *Nec mirū, cum propter peccatum quis etiam citius moriatur. c. epiſcopi ſi ſacerdotali. & ibi gl. in uer. p̄ueniatur. xj. q. iij.*

d ¶ Græci. *Eccleſiæ Ro. ſubijci nolunt Græci: licet ad obedietiam ſed. apoſtoli.*

ſtoli tēporibus Inn.iiij.fuiſſent reuer
ſi.ut in c.licet Græcos.extr.de bap.
tametſi eccleſiam Ro.fatcātur eſſe
primā & ſublimiorē.xxij.di.de cōſt.
§.j.& ſic cū aduerſus eā taliter agē
do fidem illius uiolare uideātur,for-
taſſis hæretici ſunt cenſendi, per ea
quæ habentur ead.diſt.c.omnes.

SVMMARIVM.

1 *Iudex temporalis cognoſcátne de poſ*
ſeſſorio in cauſis beneficialibus,con-
tra presbyteros,in interdicto retinē-
dæ uel recuperandæ.
2 *Poſſeſſio ei adiudicari debet,qui po-*
tiora iura oſtenderit.
3 *Poſſeſſor pacificus quis dicatur.*

QVAEST. LXXXV.

CVRIA parlamenti Delph.
in materia poſſ.cauſarū ſpi
1 ritualiū* & beneficiorū,cogno-
ſcit etiā contra clericos & pres-
byteros in interdicto recuperā-
dæ poſſeſsiōis, ut dicit ſuprà in
2 j.q.In quo* interdicto ad obtinē
dum in eodē ſufficit titulus co-
loratus:& dicitur coloratus,quā
do proceſsit ab habente poteſta
tem,nec exigitur,ꝙ aliàs oſten
datur ualiditas titul.niſi quo ad
formā extrinſecā,nec admittitur
quæſtio de ualiditate uel inuali
ditate tituli.ita tenēt canoniſtæ
in c.in literis.de reſt.ſpo.& po-
nit Io.And.in addi.Spe.in tit.de
reſti.ſpo.in prin.& gloſ.j.cle.de
reſti.ſpo.imò ſecundū Inn.& Io.
And.ſufficit probare ſe authore
ſuperiore inductū in poſſeſsio-
nē ad obtinendū reſtitutionem,
niſi appareret manifeſtè de nō
iure petentis reſtitutionē: tunc
enim nō eſſet fienda reſtitutio:
quia beneficiū eccleſiaſticū &c.
a ita tenet Io.An.[a] ubi ſuprà.& idē
Io.An.poſt Inn.in c.in literis.de
reſti.ſpo.nā prius eſt quādo cō-
ſtat de titulo infecto,q̄ quando
de ij.cōſtat:ut dicitur in c.dudū.
de deci.Et ſimiliter in materia
poſſeſſorii retinēdæ cognoſcit
dicta curia parlamēti,prout ui-
di de hoc anno currēte domini
M.ccccl v.in quadā cauſa diffini
tiua de menſe Septēb.in mani-
bus Antonii de Molena inter
duos presbyteros præſentis ci-
uitatis Grationop.cuius ſentē-
b tiæ tenor ſequitur. Dicimus[b] &
pronūciamus meritis præſentis
proceſſus cōſideratis præfatum
Guliermū baſsi fore manu tenē
dū in poſſeſsione dictæ capellæ
beatę Catharinæ,iuriūq; & per-
tinētiarū & aliorū bonorū eiuſ-
dem.Atq; inhibēdū dicto dño
Iacobo bonis,cui per præſentes
inhibemus,ne ipsū baſsi turbet
ſeu turbari faciat in poſſeſsiōe
dictæ capellę & iuriū eiuſdē,do
nec aliud per iudicē ordinariū
eccleſiaſticū dictarū partiū ſup
petitorio ipſi⁹ capellæ fuerit or
dinatū pragmatica ſanctiōe, ſer
ua manū Delph.in d.capella ap
poſita ad utilitatē ipſi⁹ baſsi tol
2 lēdo mictiā &c.*Et in hac ui tur
batiua,ꝓ qua etiā aduocati Frā
ciæ in beneficialibus intētāt ca-
ſum nouitatis,ut dicit Ioā.Fab.
c inſt. de interdi,in §.cōſequēs.[c]
Et debet poſſeſsio adiudicari q̄
potiora iura oſtēderit:ut l.edi-

h cto.

ℓo.C.de edi.diui Adr.tol.& no. in c.licet.de prob.Et in iſtis beneficialibus inter cōtendentes
d attenditur titulus iuſtior,[d]iuxta no.in c.cū ueniſſent.de in inte. reſt.& in c.ex inſinuatiōe.de ꝓcur.& in d.c.in literis.faciūt no. in l.ſi duo.ff.uti poſ.& in l.j.C. eod.ti.faciūt,quæ ponit Bal.in l. quoties.C.de rei uē,Dy.& Ioan. An.in regula iuris.qui prior.faciunt c.ſi tibi qui.de reſcr.lib.vj.
3 & c.ei cui.de præb.eo.lib.*Et in hac materia dicitur pacific⁹ poſſeſſor,q habet poſſeſsionē ſine cōtrouerſia iuris,uel facti iudicialis,uel extraiudicialis,ut dicit Pau.de Leaza.in cle.graui.de re ſcr.Sed quæro,ſi in iſtis iudiciis poſſeſſoriis pars uelit tradere articulos declarātes petitoriū ad corroborationē poſſeſſorii, an debeat audiri?uide quæ dixi ſ. q.lxxj.De pacifico poſſeſſore,ui de quæ ſcripſi in notabi.meis in §.qui patitur controuerſiam.

a ¶Ita tenet Io.And.*in c.in literis. in ix.col.uer.ſcripſi etiā hic Inn.Vbi ipſe uidetur uelle,quòd quis tuendus eſt in poſſeſſione,quam nactus eſt au thoritate illius,qui per omnia ſe gerebat,uti prælatus,licet non eſſet.facit c.querelam.de ele.Vbi ſufficit ele ctio ad obtinendū docere eligentem fuiſſe in quaſi poſſeſſione tēpore electionis:licet nō probet,quòd proprie tas iuris eligendi ad illum pertinet.*

b ¶Dicimus.Hic *ponitur forma ſen tentiæ latæ ab inſigni curia parlamēti Delphi.ſuper iudicio retinendæ poſſeſſionis in materia beneficiali:in huiuſmodi quippe iudicio puta inter dicto,uti poſſidetis.multifariam fer tur ſententia,pro uarietate ſcilicet modorū agendi.de quibus cōpēdiosè tangitur per do.Io.Fab.in §.retinendæ.in ix.col.in uer.expediti ex his.*

c ¶Ioā.Fa.in §.cōſequēs.*Vult allegare §.retinendæ.in princ.ubi dicit d.Io.Fa quòd materia retinēdæ poſſeſſionis,eſt tota practica,maximè in curia Franciæ:ubi quaſi omnes cau ſæ ſunt in caſu nouitatis,quod eſt ferè uti poſſidetis.& facit mentionem de caſu nouitatis in d.§.retinēdæ.in xij.col.in uer.q̃d ergo.ubi dicit,quòd curia Franciæ non ſeruat ſubtilitates in caſu nouitatis, ſed tuetur in poſſeſſiōe illum,quem reperit poſſeſſorem indiſtinctè quantuncunq; per proceſſum appareat de proprietate. Ad terminum & materiam nouitatis uidetur facere,quod habetur not. in l.uſum aquæ ueterē. C.de aquædu.lib.xj.*

d *Titulus iuſtior.*Et nunquid titu. in iſtis beneficialibus cauſetur uel præſumatur ex diuturnitate temporis.uide Fely.in c.ex parte.de teſti.et in c.Albericus.eod.tit. Et an titulus beneficij probetur per longū tempus, uide eundem Fely.in c.illud.col.ū.iij. uerſi.not.primò.de præſump.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator ſi decedat ante cauſæ ſententiam,an poſſit ſententia ferri in perſonam domini cauſæ.*

2 *Procuratore domino litis,& domino cauſæ mortuis,in cuius perſonam ferenda ſit ſententia.*

3 *Sententia poſſitne mandari executioni,contra procuratorem litis,*

QVAEST. LXXXVI.

1 PROCVRATOR domin⁹ litis* deceſsit ab humanis ante ſententiā diffinitiuā facta aſſignatione ad diffiniendum, an poſsit ſentētia ferri in perſona domini cauſæ. Et uidetur de iu-
a re, ꝙ non:[a] per l.j.C.de ſentē.& interlo.om.iud. Ecce quid ſeruatur in dicta curia parlamenti. Quia aut procurator dominus litis uiuit:& tunc ſeruatur quod ſcripſi infrà, q.ccccxxxj. Aut eſt mortuus,& tunc ſentētia fertur in perſonā domini cauſæ abſq;
b alia citatiōe:[b] ex quo aſsignatio ad diffiniendum fuerit facta in perſonā procuratoris: iuxta l.ij.
c C.[c] quo.& quand.iud.& no.per Pet.Iac.in ti.de acti.de cōſti.pe-
d cu.circa fin.[d] Et ita etiā fuit conclusum in ſententia lata anno M. ccccliiij.& die xxviij.menſis Iunii, in cauſa tunc diffinitiua inter nobilem Iaquemetum de ramuſato, dominū de Alaudo agētem ex una parte,& nobilē Ioannem Piet, dominū Podii, remitti ex alia in manibus Ioānis de Molena ſecretarii Delphinalis. Quo tempore latæ ſententiæ erat mortuus Raymundus Rodulphi, procurator in dicta cauſa pro dicto nobili Ioanne Piet, cōtra quem Ioannem Piet reum fuit lata ſentētia mortuo dicto Rodulphi. Et hæc obſeruantia huius curiæ ſatis corroboratur à diſpoſitione iuris ca-
e nonici, quo iure nō curatur,[e] ſi ſententia feratur in perſonam procuratoris domini litis: uel in perſonā domini cauſæ: ut dicit gl.in c.ſuſcitata.in glo.j.extr.de in integ.reſt. Et etiā cōuenit fieri in hac curia parlamēti. Quia quādoq; fertur ſentētia in perſonā procuratoris domini litis, & quādoq; in perſonā domini
2 cauſæ.* Sed qd ſi ambo ſint mortui,& procurator dominus litis, & domin⁹ cauſæ? an dabitur ſententia in perſonā defuncti? Circa hoc diſtinguitur, quia aut ex eiſdē actis cōſtat de morte, uel nō conſtat. Si conſtet tunc, non profertur ſentētia in perſonam mortui. Sed conſueuerunt citari hæredes. Si uerò nō conſtet, tūc ſi proferatur, ualet & tenet ſententia. ita ſeruatur in dicta cu-
3 ria parlamēti.* An ſentētia poſſit mādari executiōi cōtra pro-
f curatorē litis? dic ꝙ non,[f] ſi nec cōtra tutorē curatorem & ſimiles l.iiij.§.tutor.ff.de re iudi.& l.Paulus.& l.procurator. ff.de procurato. ita dicit Io.de Ferrariis in tit.forma executiōis ſententiæ.in gl.præalleg.in fin. niſi eſſet procurator in re ſua: ut dicit Ang.de Are.in l.ſi ſe nō obtulit.ff.de re iud. De tutore uide per Spec.in tit.de executio.ſenten.§.ſequitur.uerſ.ſed pone & per glo.& Bart.in l.qui ſolidū. §.etiam.ff.de leg.ij.

a ¶De iure, ꝙ non. *Nam ſentētia omiſſo procuratore lata contra dominum, qui in iudicio nō fuit, ipſo iure non ualet: quia natura proceſſus dictat huiuſmodi ſententiam debere*

ſumere initium à perſona procuratoris. Et ideò ſententia deficit in ſubſtantialitate, id eſt, in ſubiecto ſcilicet perſonæ. Ita ſentire uidetur domi. Bald. in præalleg. l. j. in j. & ij. colum. uerſi. ſcias. & uerſi. quæro in quo deficit. C. de ſen. & interloc. omnium iudi.

b ¶ Abſq; alia citatione. *Certè uidetur in hoc caſu non fore procedendũ ad ſententiam, maximè citra citationem. per ea quæ dicit d. Bar. in al le. l. j. in ij. col. in uer. item quæro, retento eodem themate.* Præterea, *finge dominum ignorare mortem procuratoris & aſsignationem ad diffiniendum factam, nunquid periclitabitur ex eo fortaſsis, quòd uolebat adhuc aliquid pro iuſtificatione ſuæ intentionis in mediũ deducere, uel aliquem actum ante uel poſt ſententiam per ſe aut per alium facere? Et ad iſtud bene facit opinio illa, quæ uult quòd citatio neceſſe habet peruenire in notitiam abſentis, ut in gl. in uer. in notitiam. in fin. ibi, alij dicunt & c. in l. j. § item cum ex edicto. & ibi do. Barto. qui glo. approbare uidetur. ff. quæ ſen. ſine appella. reſcin.*

c ¶ Iuxta l. ij. A*duerte, quòd ille text. non uidetur dicere, quòd citatio facta in perſona procuratoris, debeat haberi perinde ac ſi facta eſſet in perſona domini, prout hoc innuitur. Sed ibi dicitur ſecundum ultimum exemplũ gl. quod approbat do. Ber. extrà de offi. & po. iud. deleg. c. conſuluit. quẽ do. Cy. Bart. & Bald. ſequuntur in præalle. l. ij. C. quomo. & quando iud. quòd monitio iudicis, habet uim peremptoriæ citationis. Si igitur monitio iudicis cõtenderetur facta in perſona domini, tunc utique eſſemus in caſu illius l. quæ uult iudicem ſententiam poſſe proferre, licet aliter peremptoria citatio nõ interuenerit. ¶ Sed ubi nulla citatio peremptoria, neq; iudicis interpoſita monitio fuiſſet in perſona domini, non uidetur ſententia iure conſtare, ut l. j. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſen. ſine app. reſc. iuncto eo, quod dicit do. Bal. in d. l. j. in vj. no. j. col. & in iij. col. uer. ſed quando poteſt. C. de ſen. & interlo. om. iud.*

d ¶ De acti. de cõſti. pecu. circa fi. *in v. colũ. §. poſteà peruenitur. Vbi quantũ concernit propoſitam materiam, dicit d. Pet. Iac. de Are. ſi pars fuerit præſens, & iudex aſsignauerit ſibi diẽ ad ſententiam audiendã, certè non indigeret alio peremptorio. et ad hoc alleg. d. l. ij. C. quo. & quãdo iud. Et ſic per hoc quòd dicit partem præſentem & ſibi aſsignatũ ad audiendum ſententiam, uidetur innuere eſſe uera, quæ dicta ſunt in proxi. præcedenti apoſtilla.*

e ¶ Nõ curatur. *Hoc uerum uidetur quòd eccleſia parũ curat in hac ſpecie ſolennitatem legalem. ut dicit gl. in c. ſuſcitata. hic allega. Sed hoc intelligẽdum eſt cum ſalis grano, quod bene ſapuit do. Bal. dicens canoniſtas iſtam ſcrupuloſam ſolennitatem nõ curare: ſed illam realitatem dicere, quòd tam uterq; quàm alter poteſt condemnari, ſi citatus eſt ad ſententiam. Quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat, ut in præalleg. l. j. in ij. col. in uer. quæro. cum glo. j. ſed canoni*

noniſtæ. Ecce quomodo requiritur, quòd bis citetur ad ſententiam, qui condemnandus eſt: uerum eſt tamẽ, quòd ſi procurator eſt præſens, poteſt tam procurator, quàm dominus in perſonam procuratoris condemnari, ut ſentire uidetur præalle. c. ſuſcitata. iuncta glo. j. in fin. & apertius. do. Bald. in d. l. j. in iij. col. in uer. uenio. C. de ſen. & interlocu. omn. iudi. Et plenè no. d. Ber. de elect. querelã.

f ¶Dic q̃ nõ. Nam licet uerba condemnatoria dirigãtur in procuratorem: tamẽ uerba executoria debent referri ad dominum, nõ autẽ ad procuratorem: ut per do. Bar. in præallega. l. j. in iij. col. in uerſi. quæro quid ſi econtra. ibi aduerte. Sed iſtud uerificatur in procuratore actoris, qui uicit in cauſa, ut ibi exemplũ & dictum do. Bar. inſinuat. Et ideò illud non uidetur facere pro ratione ſolutionis quæſtiõis propoſitæ, quæ loquitur in procuratore illius, qui ſuccubuit. Specu. dicit, quòd quamuis ſententia lata fuerit in procuratorem, executio tamen fiet in bonis domini, ſi habuit à domino mandatum. Si uerò ſine mandato litigauit, tunc fiet in bonis procuratoris: ut titu. de ſententia execu. §. ſequitur uidere. ij. col. uerſicu. ſed & ſi acta. ad hæc, uide domi. Bart. in l. ſi ſe non obtulit in prin. in uerſi. ſed quæro quid in procuratore. ff. de re iudi.

SVMMARIVM.

1 Ciuitas non habens burſam communem, poteſt collectam imponere. Et id quomodo. num. 2.

3 Exactores collectarum quando poſſint conueniri.

4 Exactor collectarum an poßit compelli iuridicè facere duos aut plures.

5 Talia Delphi. an debeat peræquari inter ſubditos. pro ſolido et libra, uel per capita. Et quid de forenſi. nume. 6.

7 Talia an debeat æqualiter imponi pro rebus, quas quis extra ciuitatem habet.

8 Mobilium & immobiliũ an habeatur conſideratio propter æquatores.

9 Ciuitas poßitne imponere collectas, ſine authoritate ſuperioris.

10 Collectam quis ſoluere an debeat pro re, quam reſtituere tenetur.

QVAEST. LXXXVII.

SI uilla aut cõmunitas alicuius loci, non habeat burſam

1 cõmunem, poteſt talis* communitas imponere collectam, & ſoluere illis, quibus tenetur. l. j. §. ſi nemo. ff. quod cuiuſque uni. & not. ibi, in glo. & in Spe. de execu. ſenten. §. ſequitur. uerſi. quid ſi uniuerſitas. facit l. ij. in princ.

2 ff. de alimen. & cib. lega. ¶*Et ſi illi de uniuerſitate nolint collectam imponere, iudex poteſt eis imponere ipſis prius uocatis: ut

3 l. fin. C. de mun. patri. lib. x. ¶*Et exactores deputati ad exigendum talem talliam ſeu collectã, poſſunt capi, & conueniri lapſo termino eis dato ad exigendum & ſoluendum: ut ff. de mune. & hon. l. j. circa princip. ibi, decem primatus &c. Et ipſi exactores poſteà poterunt exigere ab aliis de uniuerſitate: ut dicit Bartol. in l. iiij. §. actor municipum. ff.

 de

de re iudi. & ita uidemus quotidie ſeruari & fieri in exigendis tallijs & ſubſidiis Delphinalibus.¶ Sed quia ſuprà proximè dixi, ꝙ exactores talliarum poſſunt conueniri & cõpelli ad ſoluendũ, pro cõmunitate:* ponamus caſum, ꝙ exactores deputati ad exigendũ ſubſidia Delphinalia, nõ ſunt ſoluẽdo, aut aliàs theſaurarius Delphinalis receptor taliũ ſubſidiorũ nõ poteſt conſequi ſolutionẽ à tali, uel à talibus exactoribus. An ipſe poſſit iuridicè cõpelli facere duos uel plures de aliis hominib' ditioribus talis uniuerſitatis, ꝓut quotidie uidemus fieri per theſaurarium Delphinalẽ. Bar. in d. l. iiij. §. actor. ff. de re iud. dicit ꝙ non, & bene: qa nõ eſt debitum cuiuſlibet propriũ, ſed uniuerſitatis. l. intantum. §. uniuerſitatis. ff. de re. diui. Et ita etiã uidi obſeruari & relaxari tales per theſaurarium arreſtatos in hac ciuitate Grationopo. Sed iuxta hæc ulterius quæro, aliquis de uniuerſitate eſt adeò pauper, ꝙ nõ poteſt ſoluere ratã ſeu quotam talis ſubſidii Delphinalis ſibi impoſitam. An alii de uniuerſitate ſoluẽt pro eo? dico ꝙ ſic: ut l. j. C. de omni agro deſerto. lib. x.
5 & ita etiam ſeruatur. ¶* Vlterius
a circa hæc quæro, [a] an talis talia Delphinalis debeat peræquari inter ſubditos pro ſolido, & libra, uel per capita. Inn. in c. grauem. extrà de ſent. excõ. uidetur dicere, ꝙ per ſolidos & libras, hoc eſt, ſecundũ facultatem patrimonij. Bart. tamen diſtinguit circa hoc, in d. §. actor municipum. tamẽ quicquid ſit de iure, cõſuetudo huius patriç Delphinalis ſe habet in aliquibus locis, uidelicet in Oylẽtio in Brianſoneſio & certis aliis locis, ꝙ fit peræquatio pro ſolido & libra. In aliis uerò locis fit per capita, pro modo facultatũ, ut in hac ciuitate Grationopo. & pluribus aliis locis, quç cõſuetudo attendi debet, ut dicit Bar. in ſimili in l. j. C. de mulie. & in quo loco. lib. x. * Vlterius ex quinto circa hçc quçro, utrũ forenſis qui alibi habebat poſſeſsiones, poſsit compelli contribuere in dictis ſubſidiis Delphinalibus, cũ ciuibus huius ciuitatis Gratio. pro rebus & poſſeſsionibus, quas in hoc territorio Grationo. habet. Barto. dicit ꝙ non. in d. l. j. C. de mulie. & in quo loco. in q. quæ incipit, ſed quçro cui poſsit imponi hæc collecta &c. Puto tamen circa hunc paſſum ſecundũ tempora, quç in hac patria Delphinali incurrũt, ſic diſtinguendum. Quia aut loquimur de forenſibus[b] & incolis patriarũ regni Frãciç, Sabaudiç & prouinciæ, quæ nobis cõuicinatur, qui forenſes habẽt bona in hac patria: licet in ea non habitent: & tunc coguntur contribuere pro rebus, quas in hac patria poſsident de cõſuetudine, ut uidi in illis de Turnone in regno Frãciç: & in illis de Tincto in Delphin

phinatu : qui hincinde contribuunt in ſubſidiis regiis & Delphinalibus pro rebus & poſſeſſionibus quas hincinde habent. Similiter faciũt etiã illi de Lug 7
duno cõtra forenſes pro rebus d
quas in eadẽ ciuitate Lugduni poſſident.Et ſimiliter faciunt etiam illi de ſancto Simphoriano auzonis & circũuicini cõtra illos de Lugduno qui etiã habent poſſeſsiones,ut dixi etiam 8
ſ.q.cccxcvij. Aut loquimur inter ſubditos & incolas huius patrię Delphinatus, & ſubdiſtinguo: quia aut ſubditus Delphi.perę-
quatur in loco in quo fouet do e
micilium, pro omnibus rebus, & habita cõſideratiõe per peræquatores ad omnia quæ ipſe 9
poſsidet alibi in Delphinatu:& tunc nõ cõpellitur alibi pro rebus, quas alibi poſsidet. Aut in peręquatione facta in loco ori-
ginis, nõ habetur conſideratio f
per peręquatores,niſi ad bona, quæ ipſe habet in loco in quo ipſe fouet domicilium. Et tunc cõpellitur cõtribuere alibi pro rebus alibi in Delphi.exiſtentibus. Et ita ſemper uidi fieri & obſeruari xxx.annis proximè lapſis, à quo tẽpore circa inchoaui practicare in hac ciuitate Grationop. & ideò, quãdo ueniunt querimonię & dantur ſupplicationes præſidenti huius curiæ parlamẽti:& qui pro tẽporibus fuerunt, ſemper cõſueuerũt decretare tales ſupplicatiões, hoc
c modo reſcribat caſtellanus: [c] ſi ſupplicans fuerit peræquatus in loco domicilii habita cõſideratione ad omnia, quę poſsidet in Delphinatu uel ne,ut prouideri poſsit &c. * Vlterius & vj.quæro, [d] iuxta hæc,an ſi fiat collecta in una ciuitate pro negociis ciuitatis , debeat ciuis peræquari in tallia,pro rebus etiã,quas ipſe extrà ciuitatẽ habet: licet intra Delphi.uide quæ dixi ſ.q.v. *Vlterius quero iuxta pręmiſſa, quando fit peręquatio ſubditorum Delphin.an debeat haberi cõſideratio propter æquatores ad bona mobilia,ſicut ad immobilia.Bar.dicit ꝙ ſic,in d.l.j. [e] C. de mulie.& ita etiã ſeruat conſuetudo.Vlteri⁹ & octauò quæro,* iuxta præmiſſa hæc, ciuitas Grationop.aut aliqua alia pręſentis patriæ uult facere collectã,an poſsit facere ſine authoritate domini noſtri Delphin.aut curiæ parlamẽti.Bar.in d.l.j. [f] C. de mulie.uidetur uelle ſic dicere, ꝙ aut imponit collecta propter neceſsitatẽ ciuitatis,& tunc poteſt facere de iure ſine authoritate.ut not.in l.j.§.pe.ff.qđ cuiuſq; uniuerſitatis no.etiam per Inno.in d.c. grauẽ.extrà de ſen. excõ.quos ſequitur do.Pe.Papę, in quodã ſuo cõſilio incipiente, ad dubia &c. Nõ tamẽ poſſunt illi de cõmunitate ſe adinuicem congregare ad iſtos actus ſine licẽtia domini ſuperioris,ut plenè tetigit dictus do.Pe.Papæ,in dicto ſuo conſilio, in tertio dubio.&uide quæ dixi ſ.q.xxj. Aut

ciuitas uult imponere collectam
pro utilitate publica, ut pro ſo-
luendo domino noſtro Delphi
no aliquod donũ ſibi per ciues
g factum:& tũc nõ poteſt ſine au
thoritate & licẽtia ſuperioris:ut
l.placet. C.de excu. mu.ita dicit
ibi Bart. Sed quicqd ſit de iure,
de cõſuetudine tantũ huius pa-
triæ ciuitates aut aliæ uillæ uel
communitates nõ poſſunt indi-
cere collectam ſiue pro eorũ ne
ceſsitatibꝰ,ſiue pro utilitate pu-
blica,ſine authoritate curię par-
lamenti aut iudicũ inferiorum
pręſentis patrię Delph.& ſi con
trarium faciant, inqueſtantur &
puniuntur arbitrio iudicãtis.ita
uidi ſemp fieri & obſeruari xxx.
annis & ultra, quibus in hac ci-
uitate Grationo. ſteti,tã in pra-
ctica , quàm in hac curia parla.
10 *Vlteriꝰ & nonò quęro:an quis
pro re quã reſtituere tenet̃, de-
beat ſoluere collectam.credo ꝙ
non, per l.nemo.ff. de in integ.
h reſtitu.ut ibi no.per Bar.[h] ratio:
quia nõ uidetur talem rem ha-
bere.l.iij.§.hęc uerba.in fi.ff.de
neg.geſt.& l.Lucius.§.idem re-
ſpondit.ff.de minoribus.

a ¶Vlteriꝰ circa hæc quęro.*Hucuſque incluſiuè author tetigit ſex quæſtiones,quas do.*Barto.*ſeriatim oẽs proſequitur in d.l.ſi ſe non obtulit.§.actor.ff. de re iudi.uide domi.* Bal.*in l.etiã.in v.co.uer.modo uidẽdum.de collecta.*C.*de execu.rei iud.*

b ¶Quia de forenſibus. *Quo autẽ ad hoc membrum diſtinctionis,uidetur ſubdiſtinguendum:utrum penſitatio aliqua imponatur prædijs propter prædia.& tenentur omnes etiã forenſes.ut ff.de mune. & hono.l.fi. §.patrimoniorum.Vel an imponatur perſonis propter res:& tunc non tenentur niſi ſubiecti:ut l.reſcripto.§.fi.ff.de mune.& hono.*Et *hoc eſt uerum,niſi aliud in priuilegijs eſſet indultum: ut l.munerum.§. miſta.ff. de mune. & hono.*Aut *lege municipali ſiue cõſuetudine ſit cautũ, quòd iſta prædia pro talibus muneribus ſint obnoxia:etiam ſi ſint prædia forenſium. Quia conſuetudo æquiparatur priuilegio: ut in ca.ſuper quibuſdã.§.præterea.extrà de uer.ſig. &* C.*de agri.et cenſi.l.domini prædiorum.lib.xj.*Et *ad hoc ut forenſibus poſsit imponi collecta, fiunt ſtatuta , ut prædia ſint tributaria : & quòd collecta ſuccedant loco tributorum ſeu cenſeãtur eſſe tributa.ut not.domi.* Bart.*ff.ad munici.l.idem liber.§.ſolam.*Hæc *ita dicit do.*Bal.*in l.omnes.ij.col.in uerſi.ſpecialis autem impoſitio.*C.*ſine cenſu uel reliquis fun.compa. non poſſe.uide do.* Archidi.*in c.j.de immu.eccle.lib.vj. & do.*Oldra.*conſi.clxix.factum eſt tale. & c.ſubſti.de cenſi.extraor.ad municipia.&* Specu.*de cenſi.§.nunc dicendum.iij.colũ.uer.pono reginus: & ibi do.*Io.And.*in addi.ad* Specu.*ſuper uerſi.ſupra fi.*

c ¶Reſcribat caſtellanus. &c. Hic *ponitur forma decretationis ſupplicationis,dum habenda eſt ratio peræquationis.*

d ¶Vlterius & vj. quæro. *Quo ad hanc quæſtionem uide do.* Bar.*in l. j.v.col.in uer.item quæro aliquis eſt*
hic

hic ciuis. C. de mulie. & in quo lo. li. x. Et ibi uidetur dicere, quòd non debet quis peræquari pro rebus, quæ alibi ſoluunt tributum, niſi collecta imponeretur ab eo, qui habet iuriſdictionem uniformem in omni loco, ut à principe. Et tunc *debet ſoluere pro rebus, quas habet ubique, & in hanc opi. uidetur ferè cōcurrere do.* Io. And. *in c. j. in uer. de hoc dubitatur. extrà de immu. ecc. lib. vj. et poſt cum ibidem do.* Pet. de Anch. *in uer. ultimò quæro. uide do.* Old. *in d. conſilio clxix. & Spec. in d. § nunc dicendum. uerſi. pono reginus. ac ibi in addi.* Io. And.

e ¶Bar. in d. l. j. *In v. col. in uer. item quæro. pro imponenda collecta omnes res, ſcilicet mobiles & immobiles debent æſtimari.*

f ¶Bar. in d. l. j. *In iiij. col. in uerſicu. quæro hic primò.*

g ¶Et tūnc non poteſt. Hoc *eſt uerum, ut ibidem ſentire uide. do.* Bar. *de iure, ſed de facto poteſt: niſi eſſet ciuitas, quæ nō recognoſcit ſuperiorem, & talis, qui quādo ſibi placet, poſſet imponere collectam.*

h ¶Notatur per Bar. *Ita ibi uidetur ſentire do.* Bar. *in uer. unde ſi imponeretur collecta.* Sed *caue, quia do.* Bart. *non loquitur in terminus caſus huiuſce quæſtionis.* Ipſe *enim dicit, ſi imponeretur collecta pro re, quam quis habet, non tenetur ſoluere pro ea re, ad quam competit reſtitutio, uel alia actio: quia eam uerè non habet.* Sed *ſtatutum debet intelligi de re, quam quis uerè habet, ut in d. §. hæc uerba, ſiue ergo &c.* Ecce *quæ loquitur in alio caſu, uidelicet quando quæritur, an quis teneatur ad collectam pro re, ad quam ſibi competit actio uel officium iudicis.* Non *autem loquitur in caſu, quo quæritur an quis teneatur ad collectam pro re, ad quam competit actio, aut reſtitutio contra ſe. unde ex theorica dom.* Bar. *patet deciſio caſus noſtri in contrariū.* Et *ſic pro re, quam quis reſtituere tenetur, debet ſolui collecta, quam computabit in reſt. ut in ſimili uidemus de colono et inquilino, qui ſi ſoluerint collectā, eam computant in poſſ. ut dicit* Specu. *de cenſi. §. nunc dicēdum. in v. col.* Item *pone quidam uicini. & ibi* Io. An. *in uerſi. de uia pub. imò poſſunt ſe conſeruare indēnes per retentionem fructuum, etiam ubi cōpelleretur ad ſoluendas datias uel collectas de facto & non de iure. ut per do.* Bal. *in l. cū duobus. §. ſi in coēūda. uer. ſi tamen colonus. ff. pro ſoc.* Et *facit quòd poſſeſſor tenetur ad onera ſoluenda: etiam pro tempore præterito, ſecundum do.* Card. *in cle. j. uer. xj. quæro. & uer. quæro an poſſeſſor. de cenſibus.* Collecta *enim p poſſeſſorē ſolui debet. l. fi. & ibi do.* Bal. *in tertio notabili.* Vbi *dicit, quòd teneas menti. C. ſine cenſu uel reliquis.* Et *hoc eſt uerum, ſiue quis poſſideat iure proprietatis, ſiue pignoris. dominus* Bal. *in l. in ſumma. C. de pignori.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores conferrēne teneantur pro ſubſidijs Delphi.*

2 *Aduocati, ſtrenuè militant.*

3 *Doctoratus gradū recipientes ex reſcripto uel diplomate, an teneantur cōferre pro ſubſidijs Delphinalibus.*

4 *Doctores legum, an debeant in integrum reſtitui.*

5 *Doctor legum, an poſſit agere lege Iulia, de ui publica, pro ſibi illata iniuria.*

QVAEST. LXXXVIII.

1 SED quæro, an domini* doc. legum in noſtra ciuitate Grationop. practicantes, qui nõ con ſueuerunt officiũ procuratiõis exercere: ſed honeſtè & honorabiliter practicare & uiuere, tã de eorum patrimonio, q̃ de patrociniis teneanť cõtribuere in ſubſidiis Delphi. Et pro introitu dicendorum præmitto, ꝙ in donis gratioſis à ſubſidiis Delphi. quæ frequẽter iſtis temporibus anno quolibet domino noſtro Delphino cõcedũtur, non fit aliqua exceptio, niſi clericorum clericaliter, & nobiliũ nobiliter uiuentium. Hoc præſuppoſito, uidetur dicendũ de iure, ꝙ dicti domini doc. debẽt eſſe exẽpti, cum debeãt cenſeri nobiles nobiliter uiuentes triplici ratione. Prima ratio: quia gl. ij. in l. ſocietas. §. ſocietas. ff. pro ſo. dicit ibi eſſe ar. pro bene literatis, ꝙ ita, ut nobiles, recipiantur in canonicam. quia nõ refert, an habeatur nobilitas naturaliter, an ex

a accidẽti, ut ibi dicit Bar.[a] peritura, quæ ibi copioſè allegat. facit l. proximos. ibi, litterataq; militia. C. de proximis ſacri ſcrinii. lib. xj. Ad idẽ gl. in l. prouidendũ. C. de poſtulando. dicit quòd

b ſcientia nobilitat,[b] ſi uerbũ, nobilis, ibi in tex. poſitum accipiatur propriè. ad idem gl. in c. de multa. extrà. de ꝑbẽ. quę dicit, & ita ſcientia nobilitat hominem, quæ pretio nummario comparari nõ poteſt. ff. de ua. & extraor. cog. l. j. §. eſt quidã. ¶* Secun-

2 da ratio, quia aduocati non minus militãt, quàm illi q gladiis, clypeis, & thoracibus nitũtur. ut l. aduoc. C. de aduoc. diuer. iudi. ideo nullũ perſonale mun⁹ debet aduocatis imponi, niſi iudicandi. l. ij. e. tit. iũcta l. ad ſimilit. eo. ti. facit l. j. C. de aduoc. di. iu. ibi. poſtquã aduoc. depoſuerint officiũ, dignitate quadã noſtra liberal. potiantur &c. Et dicit ibi Bar. no. ꝙ doc. qui depoſuit. aduoca. officiũ, eſt in dignit. & dicitur clariſ. Tertiò, pro hoc facit qđ habetur expreſſe, in l. medi. C. de profeſ. & medi. li. x. ibi, doc. legũ una cum uxo. & filiis, necnon & rebus quas in ciuita. ſuis poſſidẽt ab omni functiõe, & ab omnibus muneribus ciuilibus uel pub. immunes eſſe præcipimus &c. & facit cle. ij. de magiſtris. ibi, ꝙ pleriq; eorũ, qui in quauis ſciẽtia in doc. uel magiſterii aſſumerẽtur honorẽ, &c. Et credo ꝙ iſta ſit ueritas de iure, ꝙ doc. nõ teneãtur in d. ſubſidiis cõtribuere: licet Bar. in d. l. medicos. & in l. j. C. de muliẽr. & in quo loco. li. x. intelligat illam l. medicos. in doc. actu le-

c gentibus. Sed Bart.[c] fortè malè dixit: quia tex. ibi indiſtinctè loquitur de doct. Ergo indiſtinctè eſt intelligẽdum etiam de aliis

doct

doc. non actu legētib. iuxta l. de pretio. ff. de publ. nec ipſe Bart. aliqua l. aut ratione limitat illā. l. debere intelligi. de doct. actu legent. & ſic erubeſcit ſine l. loqui. iuxta auth. de triente & ſemiſſe. §. conſidera. col. iij. quia [d] non ſufficit dicere, ſic eſt, niſi ratio aſsignetur. xxiiij. quæſt. iij. capi. j. Sic etiam non ſufficit dicere, ſic ſtatutum eſt: niſi cauſa ſtatuti aſsignetur. xxij. diſtin. ca. omnia. attentis maximè rationibus urgentibus ſ. tactis. Sed fortè Bar. qui actu legebat, fuit affectionatus ita dicere propter laudem ſui & aliorum doc. actu legentium. Et ita eſt ueriſimiliter præſumēdum, cum ipſe abſque aliqua lege aut ratione ita dixerit uolendo reſtringere tex. dictæ l. indiſtinctè loquentem. Et ideo reperio, quòd recolendæ memorię do. Steph. Guilionis legū doct. & miles tunc pręſidens Delphi. ſcripſit manu ſua propria in margine ſui Bartoli ſuper d. l. ſocietas. ff. pro ſocio. quòd anno M.ccccxvj. de menſe [e] Septembris fuit ordinatū in conſilio in fauorem domi. Pet. Blondi in legib. bacula. ꝙ ipſe non debebat contribuere in dictis ſubſidiis Delphi. Et ſic contra opi. Bar. fuit determinatum, & bene, per iura & rationes ſuprà tactas. Multo ergo magis debēt eſſe exempti domini docto. præſentis ciuitatis à contributione dictorum ſubſidiorum [f] Delphi. tanquam nobiles nobiliter uiuentes, cùm per inſignia doctoralia diſtinguantur à plebeiis & popularibus. Et à populo nobiles appellantur in inſtrumentis & aliis actibus. pro quo facit quod dicit Barto. C. de dignitatibus. libro xij. ſuper rub.[d] dicens, quòd ille eſt, & cenſeri debet nobilis, qui à populo talis nominatur & reputatur: unde etiam portant zonam deauratam, quod plebeii non faciunt. Et præterea quando doctores aliquando acquirunt de feudo Delphinali, conſueuerunt in camera computorum Delphin. retineri & inueſtiri ſoluendo ſimplicia laudimia, ſicut alii nobiles huius patrię: quod non ita fit in plebeiis, qui non conſueuerūt in dicta camera, nec per dominos parlamenti inueſtiri, niſi prius ſoluant duplicia laudimia. Ideo etiam ſecundū hanc conſuetudinem non debent interpretari, neque cenſeri de numero plebeiorum & popularium: ſed de numero nobilium[e], maximè, quia dicti domini doctores in hac ciuitate uiuunt nobiliter, & non uadunt per curias, niſi ad ſupremam curiam parlamenti, ibi aduocando abſque ſe immiſcendo alicui officio procurationis, prout alibi aliqui faciunt. Et in hanc partem declinare uidetur eſſe iuſtum & æquum & honeſtum: quia ex eis princeps & patria decorantur.[f] Et hac etiam ratione Imperator

uoluit eos eſſe exemptos ab o-
g mnibus muneribus&ciuilibus &
publicis,in d. l. medicos. ſ. dixi.
Et uidi ꝙ de hoc anno currēte
M.ccccl v.ad querimoniā do-
minorū aduocatorū præſentis
ciuitatis fuit hæc quæſtio poſita
in deliberatiōe conſilii, in quo
erāt do. Cancellarius,& domini
parlamēti,& fuit opinatum, ſed
nō fuit pro tūc facta concluſio.
Tamē hæc duxi inferenda, pro 5
mei memoria,& deciſiōe,quam
in futurū fieri uidebo, hoc ſubiū
gā. Et de hac materia uide quæ
plenius dixi ꝗ.q.ccclxxxviij.et ibi
reperies deciſionem præſentis
queſtiōis.quia ibi fuit deciſum, a
ꝙ doctores nō debēt cōtribue-
3 re in dictis ſubſidiis Del.¶*Sed
an præmiſſa locū habeāt in reci
pientibus gradū doctoratus ex re
ſcripto uel bulla? credo quòd
nō,per ea quæ legūtur:& no.in
l.ſi ita quis. §.ij.ff.de leg.ij.Et ui
de Ioā.Fa.inſtit.de iur.natur.gē.
& ciui.An autē doctoratus ſit di
gnitas?dic ꝙ ſic:per clement.ij.
de magi.& tenet Barto.in l.j.C.
de nouo co.cōponēdo.quia etiā
ibidē ponit de comite legum,&
quis debeat dici comes legum.
4 *Sed iuxta hæc quæro,an docto
res legū debeant in integ.reſti-
tui.dic,ꝙ nō.ut not.gl.in l.pro-
feſſio. C. de muneri. patrimo-
nior.li.x. & uide ſuper hoc fall.
in l.ſi ex legati cauſa.ff. de uer-
bo.obl.in ſua repetitiōe. & Bal.
in l. rē maioris precii. C. de re-
ſcin.uēdi.in ſua repetitione.An
uxor doctoris poſt mortem uirī
debeat uocari domina . Vide
Bar.in l.ſi poſt mortē.§.fin.ff.de
bono.poſſ.cōtra tab.De præro-
gatiuis doctorū uide quæ ſcri-
bit d. Stephanus Guilliōis,legū
doctor, præſidēs quondā Delp.
in quadā ſua propoſitiōe, quam
ipſe fecit quæ incipit:Et nō erit
apud te acceptio perſonarū.ubi
ponit ſexdecim prærogatiuas.
*Sed quero ſi fiat iniuria docto-
ri legū,facto, uel uerbo,an poſ-
ſit agere lege Iulia , de ui pu-
blica.dic ꝙ ſic,p l.Iul.la j.ff.ad l.
Iul. de ui publica. ubi oratores,
id eſt,doc.artium.
Bar. *Nihil ibi de hoc per d.Bar.qui
non reperitur aliquid ſcripſiſſe ſuper
d.l.ſocietas. Sed d.Bal.in prin.l.non
ex.d. §.ſocietatis.æquiparari nobiles
& literatos , quo ad beneficia obti-
nenda. Crederem tamen uoluit alle-
gare d.Bar.l.j.C.de dignit.li.xij.ubi
amplè & diſcretè tractat materiā
nobilitatis.Primò enim,quid ſit no-
bilitas. Secundò,per quod diſcerna-
tur nobilis à plebeio. Tertiò,qui di-
cantur nobiles.Quartò,item quotu-
plex eſt nobilitas.Quintò,quæ ſit no
bilitas theologica ,ſeu ſupernatura-
lis.Sextò,quæ ſit nobilitas naturalis.
Septimò,quot modis conſideratur no
bilitas naturalis.Octauò,quid ſit no
bilitas politica ſeu ciuilis. Nonò, an
in uno loco quis poſſit eſſe nobilis,
& in alio non. Decimò, an quis per
militiam efficiatur nobilis . Vndeci-
mò , an & qua pœna puniatur qui
propria authoritate fecit ſe nobi-
lem. Duodecimò,an ſit dare caſum,*
in

in quo princeps poteſt compelli dare nobilitatẽ. Decimòtertiò, *an propter uitia aliquando quis conſequatur nobilitatem.* Decimoquartò, *an poßit alicui conferri in puncto mortis.* Decimoquintò, *an nobilitas ſit uirtus.* Decimoſextò, *an nobilis in actibus, utpote electionibus teſtimonij, & cæteris talibus præferatur alijs.* Decimoſeptimò, *quis poßit nobilitatem concedere.* Decimooctauò, *an alius præter principẽ poßit cõcedere nobilitatẽ.* Decimononò, *an ciuitas uel populus ſuo ſtatuto poßit derogare nobil.* Vigeſimò, *an per ſtatu. poßit fieri nobilitas uel dignitas, quæ non eſt de iure communi.* Vigeſimoprimò, *an decuriones ſint nobiles.* Vigeſimoſecundò, *an omnis militia faciat quẽ nobilem.* Vigeſimotertiò, *an de iure communi aliter puniatur nobilis quàm ignobilis.* Vigeſimoquartò, *qd operetur, quòd multoties & in officijs, & in pœnis eſt nobilium conditio peior.* Vigeſimoquintò, *quomodo ſit & qualiter oſtenditur, quòd quis facit quem nobilem.* Vigeſimoſextò, *quæ officia faciunt quem nobilem.* Vigeſimoſeptimò, *quomodo debent formari articuli in modo probandi nobilitatẽ.* Vigeſimooctauò, *uſque ad quem gradum tranſeat nobilitas, quæ manat à genere.* *Verumenimuero omnibus in his iuris articulis aut alibi non memini me legiße d. Bart. quod hic dicitur dixiße: ſed bene cõtrariũ ſenſiße ut in d. l. j. vij. col. uer. igitur nobilitas iuncto uerſi. ſeq notatur differentia inter nobil. naturalem, & nobil. politicam, ſeu ciuil. Illa naturaliter, id eſt, ex natiuitate ſeu ratione naturali inducitur: iſta autem accidentaliter, uidelicet ex origine parentum uel dignitate propria proficiſcitur: & iſto ſecũdo modo nobilitas ſumpta, eſt uera nobi. ſecundum quam differt nobilis à plebeio: & prout accipitur apud nos, & in foro noſtro.* Et *ſic non parui refert, an nobil. ueniat ex natura, an accidenti: ſed uerum quo ad uerã nobi. prout ſumitur apud nos, & in foro noſtro, quòd non refert utrum nobi. ex progenie, utrúmue ex ſcientia, uel alia quauis dignitate procedat.* Et *ita putarem autorem dicere uoluiße.* Ipſe *enim fortaßis credebat, quòd illa nobilit. quæ uenit ex genere, eßet à natura: & illa quæ obuenit ex ſcientia, foret ab accidenti: hoc utique uerum, primum nẽpe falſum. Vtrunque enim ex accidenti, ut pulcrè ſentit d. Bar. in præal. l. j. in vj. co. uer. uidendum eſt. & ix. col. uerſi. ex his ſequitur. & facit quod ex origine quis non efficitur nobilis, ſed princeps ſeu lex nobilitat quem propter ſuã orig. ut notare uidetur d. Bar. in l. ſi muli. C. de inco. li. x.*

b ¶ Scientia nobilitata. *Facit optimè c. uenerab. de præbend. & dign. & ff. de excu. tut. l. dicimus in ſi. ubi dicitur Vlpi. iuriſc. nobil. ratione ſuæ clariſſima tã in iure ſcientia, quàm elegãtiæ Latini ſermonis.* Et *uide pulchrum text. de nobilitate uirtutum. in c. nunquam. lvj. diſtin.* Et *gl. in c. quoniam uerus. xxiij. q. j. uide Panor. in c. ſuper eo. in pe. co. uer. quartò, nota. de teſt. Quod autem doct. ſit nobilis, apparet ex l. iudices eo. tit. de dignita. & d. Bar. dicens, ex hoc apparet,*

paret,quòd iudices & doc. indicantur eſſe nobiles:qui tamen exuti dignitate,inter priuatos habentur.

c ¶Sed Bart. *Fortaſſis d.* Bar.*motus fuit ita ſentire propter uerba in fi.d. l.medicos.ibi,qui facilius liberalibus ſtudijs, & memoratu artibus multos inſtituãt,id eſt,inſtruant,ſcilicet diſcipulos uel ſcholares.credere tamẽ certiſſimũ de iure doctores poſtulãtes habere immunitatẽ ab omnibus ſaltem perſonalibus muneribus. ipſi enim ſunt hi,quos ille diuus* Iuſtinia*nus ſacratiſſimus* Imperator *inueniri ſummopere ſtuduit, eos uocitans,* Oratores,*maximè ſciẽtia, iuſtitiaq́; ſatellites, ac optimos athletas iudiciorũ.ut in proœmio* Digeſtorũ.*§.diſcipuli.Igitur ſunt & hi,proteſtãtibus inclytis* Imperatoribus Leõe & Antonio:*quia cẽſetur nõ minus prouidere humano generi,quàm ſi prælijs atq; uulneribus patriã parẽtesq; ſaluarent.* Hinc *& meritò aduocati dicũtur milites inermes, literatoria militia militãtes. militãt nãq; patroni cauſarũ,q glorioſ.uocis confiſi munimine, laborantiũ uitã,ne amittãt quod habent,ſpẽ,ut acquirant,quod nondum habẽt,poſterosq; defendũt, ne plectantur, ne infamentur, ne in ſeruitutem redigantur. ut per domi.* Odof.*&* Cy.*in l fori.*C.*de aduo.di. iudi.l.proximos.& ibi gloſſ.in* C.*de proxi.ſacr.ſcr.in li.xij. iuncta l.aduocati.*C.*de aduo.di iud.& ibi d.*Bal.*dicens, aduocatos militibus exequari:quia per eos tanquam per milites uita & patrimonia huiuſmodi defenduntur.& ibi not.quòd aduocati ita militant legibus, ſicut milites in armis.& ita ſunt neceſſarij aduocati ad ſalutẽ patriæ & ſingulorũ, ſicut ſunt neceſſarij milites armatæ militiæ.*Ibidẽ *dicit d.*Bart.*quòd aduocati magis ſunt neceſſarij reipu. quàm milites.* Ad *prædicta facit glo. ſuper uerbo indigere.in c.cũ ex eo.de electione.li.vj.* Et *quid ultra dixero, tex.eſt aptus.l.ſancimus.*C. *de aduo. di.iudi.ubi do.* Bar.*&* Bald. *dicunt quòd aduocatis nullũ munus pſonale debet iniũgi, niſi neceſſitas cõſulẽdi, arbitrãdi ſeu iudicandi:unde ibidem ſubiũgit d.*Bal.*quòd non poſſũt cogi aduocati ad faciẽdã guardiã ſeu cuſtodiã,uel aliquod munus perſonale, quod bene nota, quia magnum priuilegium eſt.nempe hæc uera eſſe crederem, ſi ipſe qui aduocat per ſtatutum tempus,hoc eſt,quinquennium, iuxta §.ſed quia ſolitũ eſt. in proœmio digeſtorum.legum eruditioni dignoſcatur inſudaſſe.ut l.iubemus. §. nec decreto.* C. *de aduo. diuer. indi. & l.petitiones.& ibi do.*Bal.C.*eo. tit.& ideo dixi,inſudaſſe. quia non ſufficit diu ſtuduiſſe, ſed bene. nec* Hieroſolymis *fuiſſe, &c. ut in gloſ. in uer. ſuperatus .l.unicuique.* C. *de proxi.ſa.ſcri.lib. xij. nam aduocatus etiam ſi factorum & rerum peritiã habeat: non tamen numerandus eſt inter aduocatos,niſi ſit doctus: cum appellatione aduocatorum, non ueniãt indocti:ita pulchrè ſentire uidetur gl.l.unica.in l.ij.* C. *de poſtulan. ſicut enim doct. qui non eſt idoneus, habet honorem ſine fructu:quia non gaudet priuilegijs doctoratus:per d.* Cardinalẽ *in cle.ij.in j.quæſt. de magiſtris.ita de aduocato indocto.pari*

formi

formiter dicendum uidetur. contra quē facit quòd dicitur de eo qui per ſaltum eſt promotus: quia non habet priuilegium. ut l. nemo. & ibi no. glo. ff. C. de aduocat. diuerſ. iudicum.

d ¶Bar. ſuper rub. *Vult al. d. l. Bar. in in l. j. in ult. col. in uer. ex iſtis manu. app. ibi dic. er. C. de dignit.*

e ¶De numero nobilium. *Omnes autē doctores ſunt nobiles: per l. prouidendum. C. de poſtul. ut dicit do. Alex. in addi. do. Bart. in procœ. C. in uer. quaro circa hac. ſuper uerſ. tunc eſſet comes. ubi in d. uer. quaro. tenet* 1 *d. Bar. quòd doctoratus eſt dignitas. & in l. omnes. C. de decurionib. li. x.* 2

f ¶Decorantur. *Patrocinio nanque aduocatorum humano generi prouidetur, quaſi armis patria defenderetur: ſcientia uerò doctorum mundus* 1 *illuminatur, ut uidetur dicere glo. c. cū ex eo. ſuper uer. indigere. de ele. li. vj. ubi dicit Pet. de Ancha. quòd eccleſia Dei ſummè indiget uiris literatis, non porcis uel aſinis deferratis. Et facit ad materiam, quòd habetur per tex. de Iuſti. C. cōfir. in prin. & ibi do. Odofred.*

g ¶Omnibus muneribus. *Etiam realibus. ut tenet d. Bar. in d. l. medicos. & do. Cardinalis in pradi. clemē. ij. de magiſtris. & Spe. ti. de reo. uer. item medicus. ibi, & doc. legum omni gaudeant immunitate. & glo.* 2 *in l. his oneribus. & in l. ſunt munera ff. de uacati. munerū. qua quidem immunitate debet gaudere aduocatus, ſi ſit doctor: nā ſi aduocatus, qui tantum ſtatuto tempore legum eruditioni inhaſit, habeat uacationem munerum perſonalium, nunquid & rationabile eſt, ut aduocatus inſignis doctoratus bene meritò decoratus, aliquid habeat ſupra ſimplicem aduocatum? & ſic etiam patrimonialium munerum uacationem cōſequetur: quoniā non poteſt is dici doc. inutilis ſiue nō idoneus, qui aduocationis officium probè & glorioſè didicit exercere. & ideo omni immunitate perfrui debet, iuxta ea qua ſentit dominus Cardinalis in clemen. ij. in j. q. de magiſtris.*

SVMMARIVM.

Procuratores, nobiles tencantúrne conferre in ſubſidijs Delphinalibus. 1

Nobilitatem aſſumens per ſe, an & qua pœna puniatur. 2

QVAEST. LXXXIX.

SED qa in hac ciuitate Gration. ſunt* aliqui nobiles, qui practicant in curiis & exercent officium procurationis: An ipſi debeant eximi à contributione dictorum ſubſidiorū Delpi. Vidi de hoc anno currrente M. cccclv. in præſentia d. Cancellarii, & dominorū parlamenti determinari, quòd non: cum non uiuant nobiliter: quia officium procurationis uile reputatur. ut l. ſi quis procurationem [a]. C. de decuriōibus. li. x. cū aliis iuribus ibi per glo. allegatis. Iuxta præmiſſa, quæro* utrū aſſumens ſibi nobilitatem per ſe, puniatur: & qua pœna puniatur. uide Bar. in l. j. [b] C. de digni. ibi, ſequitur in diffinitione illata &c.

a ¶L. ſi quis procurationē. *Ibi not. do. Bar. quòd officiū procuratoris eſt uiliſſimū, & ideo nullomodo aduo-*

cati

cati uolunt eſſe procuratores. Et idē cēſetur de officio tabelliōū: ut l. uniuerſos. & ibi d. Bar. C. eo. ti. de decurionibus li. x. quia genus negotiationis eſt: ut dicit glo. in c. ſicut. extrà ne clerici uel mona. ſeculari. nego. ſe immiſc. & facit ad prædicta quod not. do. Bart. in l. neque. C. de dignitatibus. li. xij.

b ¶ *In l. j. Videlicet, viij. col. uer. nobilitas eſt. ibi ſequitur in diffinitiōe, ubi dicitur, quòd nullus poteſt habere dignitatem à ſeipſo: ſed oportet quòd per alium conferatur, & ſua authoritate aſſumens eādem incidit in crimē falſi uel in l. Iuliam maie. ad hac facit quod dicit d. Bal. de eo qui ſe aſſerebat ſacri palatij. in l. data opera. xiij. col. uer. de eo qui ſe aſſerebat. C. qui accuſ. non poſſunt. ut quoque in ſimili dicitur de illo qui gerit ſe pro doctore, cum nō ſit, tenetur de crimine falſi, ut dicit d. Bar. in l. reddatur. C. de profe. & medi. lib. x. & iſtud eſt uerum, ſi exerceat actus doctorales ſeu doctori cōgruētes: quia tūc punitur pœna falſi, ſecus autē ſi nō faciat aliquem actū doctorum, ſed dūtaxat ſe doctorē appellet: quia eo caſu non uenit puniendus pœna fal. ſed extraordinaria arg. l. ſi quis. ij. C. de aquæductu. li. x. & ita in ſimili dicit d. Bal. de illo qui ſe fingit clericū. ut in l. qui ſub prætextu. l. fi. C. de ſac. ſan. ecc. & formaliter ita ſentire uidetur do. Ale. in apo. ſuper dominum Bar. in l. eos qui. §. pro milite. ff. ad l. Cor. de fal. pariformiter uidetur diſtinguendum inter illum, qui ſimpliciter ſe nobilē appellat. & inter illū qui aliquem actum facit ſe ingerendo, ut nobilem, cùm non ſit nobilis.*

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, exercentes officium notariatus, conferunt pro ſubſidijs unà cum popularibus.*

QVAESTIO XC.

SIMILITER etiam tūc ibi fuit determinatum de notariis huius ciuitatis, qui ſūnt no-
1 biles,* & debēt cōtribuere in dictis ſubſidiis Delphinalibus cū popularibus, per l. uniuerſos. C. de decu. lib. x. cum gloſ. quia of-
a ficium eſt uile.[a] Et idem dicendum eſt de doctoribus, ſi exerceant officium notariatus. Nam notarius dicitur ſeruus publicus. l. impuberem. C. de ado. eò quòd ſeruit reipublicæ: non ꝙ ſit ſeruus. facit l. ij. C. de tabulariis. li. x. unde decurio exercens artem notariatus, perdit digni-
b tatem decurionatus: ut d. l. ij.[b] Et etiam tenet Salice. in l. ſi quis decurio. C. de fal. licet contra
c iſtud uideat text. in l. una [c] C. de manda. principum. ubi uidetur probari, quòd officium notariatus ſit dignitas. hinc eſt, quòd alibi dicitur, quòd coram notario poteſt interponi appellatio. & ualet. c. fin. extrà. de app. & tenet Spe. in tit. de app. §. nunc dicamus. in uer. & ſcias. ibi, uel ſaltim fiat coram notario. hoc idē ponit Cy. in l. ij. C. de his, qui ꝓpter metum iudicis nō appellāt.
d ibi, uel coram tabelliōe &c.[d] & Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori. circa prin. §. de ope. no. nun. & l. cum quidā. ff. de app. Et hoc

hoc uerum,ſi dubitetur adiri iudex à quo,uel non poſsit haberi eius præſentia:ut dicit Spec. ubi ſuprà,&c.

a *¶Vile.Vide de hoc ſ.in, apoſt.ſignata ſuper uer.l.ſi quis procurationẽ.*

b *¶D.l.ij.Vbi dicit do.Bart.quòd ſi decu.no.officium aſſumpſerit,priuilegium decu.amittit.*

c ¶Tex.in l.una, *Tu dic quòd ille tex.loquitur in notario principis,& talis habet dignitatẽ:cæteri uerò habent tantũ munus:& ideo infamis poteſt exercere munus huiuſmodi notariatus:ſecus tamẽ quãdo eſſet datus à principe, uel haberet officiũ iniũctũ ex publico:ut in notario ad banchũ:ut ſentire uidetur do.Bar.in l.eadẽ hac lege.ff.ad leg.Iul.repetun.*

d ¶Ibi, uel coram tabel. *Aduerte, quia ibi nõ loquitur de app.ſed proteſtatione,quæ interponitur ſub appellatione omiſſa propter iſtum metum iudicis:& talis proteſtatio publicè emiſſa.facit quẽ haberi pro appellante.ut ibidem dicit do.Cyn.*

SVMMARIVM.

1 *Delphinalis conſuetudo circa ſtagnorum ſtructionem. & nu.3.*

2 *Conſuetudinis ſubſtantia.*

4 *Piſces ſtagni,dicantúrne pars fundi, diſting.nu.5.*

QVAEST. XCI.

CONSVETVDO generalis eſt in hac patria Delph,
1 ꝙ uolens*cõſtruere ſtagnũ piſcium,poteſt libere & impunè, propria authoritate conſtrui facere ſtagna,dũmodò faciat calciatã in fundo ſuo,& ſoluẽdo dãna & intereſſe circũciſiõis,quorum prata,terræ,poſſeſsiões, & directa dominia perduntur & ſubmergũtur ex abũdãtia aquæ talis ſtagni:dummodo etiam ex conſtructione talis ſtagni affera
a tur maius cõmodum[a]cõſtrui facienti,& reipublicæ, ꝙ̃ ſit incõmoditas uicinorũ, quorũ proprietates ex inundatione aquæ ſubmerguntur.Et ita uidi obſeruari etiã in contradictorio iudicio ex diuturna obſeruantia:& plures teſtes examinaui in diuerſis cauſis ita deponẽtes.& de hac cõſuetudine hîc duxi ſcribẽdũ,quia de ſubſtãtia conſuetudinis nõ eſt ꝙ ſit ſcripta:ut patet in uſib.feud.& no.in l.de qbus.
2 ff.de legib.licet*de ſubſtãtia le-
b gis ſit,ꝙ in ſcriptis[b]redigatur. & uidetur dicere gl.in l.j.in gl. fin.circa fin.ibi,& in ſcriptis redigenda &c,C,de legib.& facit l.humanum.eo.ti.tamen aliqui uoluerunt dicere contrariũ, uidelicet quòd non ſit de ſubſtantia,legem in ſcriptis redigere: quia ex quo ſic principi placet, ſeruandum eſt pro lege:etiam ſi non ſcribatur:ut in §.ſed quod principi.inſti.de iure nat.gen.&
3 ciui.*Sed quero,iuxta hoc,quid ſi dominus noſter Delphi.habeat & percipiat aliquos cenſus in talibus poſſeſsiõibus,quę ex tali ſtagno ſubmerguntur & occupãtur in aliqua parte dicti ſtagni,ſubmergi poſſunt,an impediatur cõplementum talis ſtagni.credo ꝙ nõ,ex antiqua obſeruantia, Nam uidi in camera

computorum Delphin.quòd in conſtructione ſtagni dominarũ prioriſſæ & conuentus ſaletarum, uocato de rupe, mandamẽti quiriaci ſubmerſæ fuerũt aliquæ proprietates de emphyteu a ſi Delphi.mouẽtes & facientes anno quolibet de cenſu nouem bichetas auenæ,& ſemper computauit caſtellanus quiriaci in dicta camera cõputorum,prout b uidi in dicta camera computorũ redditis,M.ccccxxv. Et poſtea uidi,ꝙ de anno domini M. ccccl x.& die xvij.menſis Nouẽbris,in conſilio, in præſentia dominorũ parlamẽti & camera dominæ ſaletarũ fuerunt oneratæ de ſoluẽdo dictas nouem bichetas auenæ:quia ipſæ dominæ te c nent dictum ſtagnũ de rupe,in quo(ut ſuprà dixi)ſunt ſubmerſæ & occupatæ proprietates,facientes dictas nouem bichetas auenæ de cenſu annuo ab anti-

4 quo.*Sed iuxta hanc materiam ſtagnorum,quæro utrum piſces ſtagni dicantur pars fundi,ſicut dicimus de fructibus pendentibus:ut in l.fructus pendentes.ff. de rei uend.& uidetur ꝙ ſic:ut in d.l.fructus.In contrarium uidetur caſus expreſſus in l.fines & labra.ff.de act.emp.quid dicẽ

c dum?Bar.ᶜuidetur*dicere in d.

5 l.funes.ꝙ ubi piſces in ſtagno uel piſcina ſunt repoſiti ut multiplicentur & creſcant,tunc cenſentur eſſe pars fundi, ſicut dicimus de fructibus pendentibus, ar.l.longe.ff.de diuer.& temp. præſcri.ubi uerò eſſent repoſiti cauſa cuſtodiæ ut pro dãdo uel comedẽdo,aut alibi trãsferẽdo, tũc iſto caſu nõ ſunt pars fundi, ita debet intelligi d.l.funes.

a ¶Dũmõ mai⁹ cõmodũ. *Nã expedit reip.& c.inſt.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.ij.ſed etiam.* Et *facit ad materiam,quòd habetur & not.in §.cum in ſuo.inſti.de re.di.*

b ¶ Qđ in ſcri.*Iſtud uidetur uerũ p ea,quæ ſcribit do.Bar.in l.j in uer, op.innuit.ibi,& in ſcriptis redigẽda. C.dele.et ff.de ori.iu.l.ij.§.j.ibi,in tabulis eburneis perſcriptas.et inſti.de iure natu.gẽ.& ci.§.cõſtat autem. et diſt.iiij.c.erit autẽ.ibi,cõſcripta.et Aulus Gelli.noctiũ Atticarũ lib.xx. c.j.ubi tractat de leg.xij.tabu.*

c ¶Bar,uid.*Dicit do.Bar.in l.Iulianus.§.ſi.quòd uẽdito fundo ueniunt omnia,quæ ſunt intra fundũ ad perpetuã utilitatẽ fundi.* Ex hoc ar. à *contrario ſeqtur,quòd piſces nõ ueniũt in uẽditione fundi diſtracti,in quo eſt piſcina:qa nõ ſunt infra fundũ ad ppetuã utilitatẽ fundi.et ideo nõ cenſentur pars fundi:ut in d.l.fines & labra.ff.de ac.emp. Sed uẽdito ſtagno uidentur et uẽditi piſces in eo exiſtẽtes:quia ſtagna ſũt propter piſces ſicut arua propter fruges.* Et *ſic cũ piſces ſint cauſa fi.ipſi⁹ ſtagni, patet quòd ſũt in ſtagno ppter eiuſdẽ utilitatẽ perpetuã:& ex cõſequẽti pars ſtagni intelligũtur.& hoc uerũ,niſi piſces eſſent in ſtagno repoſiti ad modicũ tẽpus:quia tũc nõ cenſentur ibi eſſe ad perpetuã utilitatẽ ſtagni,& ſic nec pars.arg.l.fundi nihil.§.Labeo generaliter.ff.de actio. emp.*

emp.uide quæ nouiſſimè tractat do. Iaſ.May.in l.ulti.col.xxxiij. & ſeq. C.de iur.emphy.ubi inuenies accumulatas opinion.omnium doctò. de hac q.loquentium.

SVMMARIVM.

1 *Laudimia an debeantur ex permutatione.*

2 *Ex permutatione aliquis recepit rē aliquam immobilē & praterea decem florenos, an ſit in totum permutatio, uel uenditio, uel pro parte.*

QVAEST. XCII.

De cõſuetudine generali in præſenti patria Delph.nõ
1 debētur* niſi media laudimia ex permutatiõe: licet de iure nulla laudimia ex permutatione debeātur, cũ ibi nõ interueniat pecunia, ut dicit Pet.Ia.in ti.de act. in rē, quę cõpetit pro re emphy. a quæ cedit in cõmiſſum.circa fi. ibi, item ſi talia precia nõ ſunt in alienatiõe &c. Sed iuxta hoc quæro, aliquis permutat rē ſuā cũ aliquo, ex cauſa permutationis recepit aliquā rē immobilē: puta domũ uel fundũ: & ultra re
2 cepit decē florenos.* An iſte cõtractus dicatur in totũ permutatio uel in parte pmutatio, & in parte uēditio, ratione pecuniæ quę interuenit in ipſo cõtractu? Do.Pe.Helie.in ſuo trac.de iur. emph.circa fin.tractatus, in quæſtiõibus, quas ibi mouet: ibi, ſequũtur quæſtiones aliæ &c. mouet hanc quæſtionē, ſed nõ decidit: ſed remittit ad ea, quæ ipſe dicit in l.ſi qs donationis. ff.de cõtra.emp.& uen. quæ nõ uidi in d.l.ſi qs donationis, q̃a eius lectura cõiter nõ reperitur. reperio tamē ꝙ Bal.mouet hāc qõnē in feudis in præludiis ſui cõmēti.in iiij.col.in uer.pro intellectu horũ. ibi, & dicim⁹ in ſimili.ubi dicit, ꝙ hoc caſu qñ interuenit res immobilis & pecunia in pmutatiõe, ꝙ inſpiciendũ eſt an pecunia ſit maior pars ualoris rei nécne: ut ff.de cõtra.emp. l.fundi partē.& ff.de act.emp.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi fund.& extrà de rerũ permu.c.ad qõnes. per Io. An.in nouel.qa ſi in eādē æqualitatē cõcurrũt, tunc in dubio iudicabimus eſſe cõtractũ emptionis & uēditionis: ut ff.de pact.l. iuriſ.in prin.ita dicit ibi Bar.ſed tex.in d.c.ad qõnes.uidetur loq indiſtinctē[a], ꝙ nõ debet dici cõtractus emptiõis prętextu partis pecuniæ quæ interuenit in permutatiõe, pro pluri ualētia: ſed dici & cēſeri debet contractus permutatiõis. Sed ultra Bal.pone, pecunia nõ eſt æqualis rei traditæ in excābiũ, crederē tunc ꝙ pro re immobili quæ tradita eſt in excābiũ, nõ debeatur niſi mediũ laudimiũ, iuxta d.cõſuetudinē: pro pecunia uerò tradita cũ re immobili, nõ debeatur laudimiũ: an dominus directus rē permutatam, poſſit capere iure prælatiõis? Pet.Iac.ubi ſuprà dicit, ꝙ non.de materia iuris prælationis tetigi infrà q.ccccc viij. & ibi ſcripſi quoſdā caſus, in q̃bus nõ habet locũ ius prælationis.& ſuprà q.xlviij.

i 2 ¶Sed

a ¶Sed tex.uidetur loqui indiſtin ctè. *Dic ergo, quòd ſi principaliter emitur, licet aliqua ſpecies detur, totum erit emptio: ut l.tenetur. §.j. ff.de actio.emp. ſi uerò principaliter permutatur, totum erit permutatio: ut d.c.ad quões. §.j. ibi, refuſa certa pecuniæ quãtitate, poterit cõtractus permutatiõis iniri. In dubio ſiquidẽ inſpiciendũ eſt, utrũ plus ualeat: ut ſi ualet plus res, quæ datur p re, quàm pecunia, ſit permutatio, ecõtra autẽ ſit emptio arg.l.quicquid. §.cũ partes. ibi, Caßius ait pro portione rei æſtimãdũ uel pro precio cuiuſq; partis. ff.de acqui.re.do. ita ſentire uidetur do. Bar. in l. Ariſto ait. uer, quæro quid in aliis cõtractibus. ff.de do. ſed do. Bal. dicit, quòd ſi in eandem qualitatẽ cõcurrũt, quòd in dubio iudicamus eſſe cõtractũ nominatũ emptionis et uẽditionis, ut fauorabiliorẽ cũ ipſo conſenſu pariat actionẽ: ut in prædicto uer. pro intellectu horum.*

SVMMARIVM.

1 *Filius an poßit agere ad ſupplementum legitimæ, ſi quid acceperit à patre relictũ, ſine tamẽ proteſtatione.*

2 *Verba, contentum eſſe, quid operetur.*

3 *Hæreditatis appellatione debita, & credita continentur.*

QVAEST, XCIII.

PATER in teſtamento ſuo inſtituit filiũ ſuũ in quinquaginta florenis, * pro quibus uoluit ipſum eſſe contentũ: ita ꝙ nihil ulteri⁹ petere poſsit in bonis & hæreditate ſuis. Poſteà cõtigit ꝙ filius acceptauit dictos relictos quinquaginta florenos abſq; proteſtatiõe de agẽdo ad ſupplemẽtũ legitimę. Modo quęritur, an fili⁹ poſsit agere ad ſupplementũ legitimæ. Reperio ꝙ do. Pet. Helie, in l.ſi unquã, C.de reuo.do. in ſua repe. tenet ꝙ nõ, niſi fuerit proteſtatus: quia licet pater nõ poſsit filiũ priuare ſua legitima: tamen filius facto ſuo acceptãdo relictum ſimpliciter ſub illa clauſula, ꝙ nihil amplius petere poſsit, uidetur ſe tacitè excludere: ita dicit ipſe Pe. Helie. Sed do. Bal. in l.ſi quãdo. §.& generaliter^a. C.de inoff.teſt. tenet cõtrariũ, dicẽs, ꝙ illud onus nõ ualet in legitima. iuxta l.qm̃ in prioribus. C.eod.ti. & eſt expreſſum: ut dicit ipſe Bal. in authẽ. ut cũ de app.cog. in §.cæterũ. col. viij. nõ obſtãte ꝙ filius nõ fuerit proteſtatus de iure ſuo: qa lex ſibi reſeruat ius ſuũ ſine ꝓteſtatione, ſecundũ Bal. Et ita ſecundũ hanc opi. Bal. uidi determinari in camera conſilij inter nos in diffinitione proceſſus Petri Fontane, ciuis Grationo. agẽtis ex una parte: & magiſtri Chatalani chãterelli ſecretarii Delphinalis ex altera, in manibus Antonii de Molena notarii dictæ cauſæ, die iiij. menſis Decẽb. M.cccclv. De uerbis * prædictis 2 eſſe cõtentũ, ꝙ nihil ulterius petere poſsit. uide quæ dicit Bart. in l.quoties, §.ſi duo. ff.de hære. inſt. & in l.ſi liberi. ff.de oper. liber. & uide text. nota. in l.peto. circa princ. ff.de leg. ij. ubi dicitur ꝙ illa uerba, ſit cõtentus, ita ꝙ nihil amplius petere poſsit,

importāt fideicōmiſſum, qd' eſt notabile & ſingulare:& uide a-
b liū tex.[b] in c.officii.extr.de teſt. & tetigi infrà q.cccclxix.in uerſ. itē per illa uerba tacit⁹ &c. Sed alia inſurgit & quotidiana queſtio,uidelicet pater filiū uel filiā hæredē inſtituit in cētū,& iuſsit eū ſtare tacitū & cōtentum, & ꝙ plus de bonis ſuis petere nō poſſit.Et pone ꝙ iſta centū aſcēdūt plus,q̄ legitima : modò iſte filius uult petere dotē maternā, quæritur an poſsit.Dic ꝙ ſic,qa bona dicuntur deducto ære alieno.l.bonorū. & l.ſubſignatū. §.bona.ff.de uer.ſig.modo fili⁹ petēdo dotē matris ſuæ ſolutā, petit eā tanquā æs alienū,nec petit aliqd de bonis:quia illa intelligūtur deducto ære alieno. pro hoc allegatur caſus in l.prætor.in §.emācipati.ff.de col.bono.ita refert Bar.ſe cōſuluiſſe in l.ſi liberi.§.ſi.ff.de ope.liber.in fi.queſtionis.qui ſic ibi determi-
3 nat.Sed pone,*ꝙ teſtator dicit, ꝙ amplius de bonis ſuis & hæreditate petere non poſsit. An iſto caſu locū habeat determina-
c tio prædicta?Credo ꝙ nō,[c] ex eo ꝙ appellatiōe hæreditatis,credita & debita cōtinētur.l.hæreditatis appellatio.ff.de uer.ſig.& l. nihil.eo.ti.& l.cū pater.§.mēſe. ff.de leg.ij.cū ibi no. An fili⁹ habeat ius in legitima uiuēte patre,uide que dixi j.q.cccclxxxvj. An debeat fieri repletio legitimæ in pecunia uel de bonis & ſubſtātia patris:uide quæ dixi j. q.cccclxxxvij. An fructus computentur in legitima: uide quæ dixi infrà quæſtio.cccclxxxviij.

a ¶Bal.in §.& generaliter. *Circa prin.in uerſi.quæro pater reliquit.*

b ¶Vide aliū tex.E*t q ad illa uerba cōtentus & c.nō autē qui ad id qđ proximè immediatè præmittitur.& licet ille tex.loquatur de legitima:tamen nō loquitur de huiuſmodi legitima,quæ debetur liberis,de bonis parentū,ſed quæ debetur epiſcopo de relictis eccleſiæ:& quia talis nō debetur iure naturæ:ideò acceptando relictū ſub cōditione,quod ſit contentus,renuntiare intelligitur iuri in legitima huiuſmodi competenti:niſi agnitum fuerit ſic relictū cum proteſtatione debita.*

c ¶Credo ꝙ nō.E*t bene dicit, credo,et meli⁹ quàm affirmo:quia forſitan cōtrarium eius quod credit, eſt uerius.nā licet uocabulo hæreditatis ueniant credita & debita,tamen per hoc nō ſequitur quòd res exiſtētes in hæreditate,ſint ipſius hæreditatis uel hæredis:& ideò parui refert,ſiue dicatur,nil amplius de bonis:ſiue dicatur,de bonis & hæreditate nil amplius petere poßit:quia ſemper intelligendū eſt, quòd tātum petere nō poßit de bonis ſiue de rebus patris,quæ ſunt in ipſa hæreditate:ergo de alijs quæ nō ſunt patris,nō cēſetur fuiſſe prohibitus petere:quia in rei ueritate nil amplius afferre poteſt nomen hæreditatis,q̄ habebat ipſe defunctus tpe mortis:et ſic quo ad hoc idē importat appellatio bonorū,qđ hæreditatis.l.bonorū.la ij.ff. de uer.ſig.& iſta opi.ſatis ꝓbari uidetur*

detur in diffinitione hæreditatis:quæ dicitur,hæreditas,eſt ſucceſſio in uniuerſũ ius,quod habuit defunctus tẽpore mortis ſuæ, deducto ære alieno: ut per glo.in § neque.inſti.de au.tu.
* *Tu adde quòd appellatione hæreditatis, legata & fideicommiſſa non continentur.l.Titius. ubi Bart.dicit hoc eſſe no.ff. de leg.iij. Et quid ueniat appellatione bonorum,& qualiter intelligantur bona,uide Bart. in l.princeps bona.ff. de uerbo.ſigni.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non poteſt conueniri non diſcuſſo principali.*

QVAESTIO XCIIII.

ALIQVI doctores in authentica,præſente.C.de fideiuſſor.uoluerũt dicere,ꝙ ille qui in obligatione interuenit,ꝓ & nomine alieno,ut reſponſor, qui promiſit ſoluere reſponſorio nomine alterius , uel qlibet alius,qui nomine alieno ſe conſtituit ſoluturũ, nõ poſsit cõueniri, niſi prius diſcuſſo illo,pro quo interuenit.ita etiá tenet Pe.
a Iac.in ti.de conſti.pecuniaª.pro quibus facit authẽ. de fideiuſ.in §.j.col.j.niſi renũtiauerint iuri, de prius cõueniẽdo principalẽ,
1 quàm reſpõſorẽ.*Sed de ſtylo& cõmuni obſeruãtia huius curiæ parlamẽti nõ admittitur hęc exceptio: licet nõ fuerit renũtiatũ illi iuri,cũ nõ ſit de exceptionibus admiſsibilibus,ſecũdũ Delphi.ſtatuta in ti. de literis cõpulſoriis & præciſis concedendis. qui ſtyl⁹ corroboratᷣ diſpoſitio
b ne iuris. de qua in auth.ſi qñ. ᵇ C.de conſti.pec.Sed ſecus ſeruatur in dicta curia in fideiuſſore, qui nõ cõuenitᷣ antequã principalis,niſi renũtiauerit illi iuri,ꝓ ea, quæ leguntᷣ & no. in d.auth. præſente.Sed iuxta hoc q̄ro,ille fideiuſſor, qui nõ renũtiauit illi iuri,cõuenitᷣ antè, quàm prĩcipalis:ſed ipſe fideiuſſor nõ opponit ĩ iudicio illã exceptionẽ ordinis,an poſsit ipſe fideiuſſor cõdẽnari?Bar.dicit,ꝙ ſic.in l.ꝓpla-
c tam.ᶜC.de ſen.& interlo.om.iu. & in l.ij. C.cõi diuidundo.in fi. idẽ dicit Bar.ubi ſ.in illo q agit
d hypothecariaᵈ nõ diſcuſſo principali,ut ſi nõ opponatᷣ hæc exceptio ordinis ante li.cõte.poſſit ſnĩa ualida ferri in hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſorẽ,nõ diſcuſſo principali.idẽ tenet Ia. Bu.in auth. hoc ſi debitor. C.de pig. Et ita in hoc ſeruatᷣ in hac curia plamẽti opi.Bar.licet Spe. & Hoſt.& aliq alii doctores teneant cõtrariũ: quorũ opi. non ſeruatᷣ in hac curia, ꝓut uidi in proceſſu diffinito in dicta curia anno M.ccccl vij. in uigilia ramiſpalmarum inter Peronũ de cõbis,mercatorẽ Vallẽ. appellãtẽ ex una parte, & quẽdá aurifabrũ dicti loci Vallẽ. uocatũ Alanũ, appellatũ ex altera,& in plurib⁹ aliis cauſis.Licet Ia.Bu. teneat cõtrariũ,ut recitatur ĩ. q. ccccxxxij.ibi, Sed pone , ꝙ fuit intẽtata hypothecaria. & idẽ dicẽdũ erit in omni alia exceptio
e ne,q eſt ordinisᵉ.& de hac materia uide quæ dixi ĩ.q.ccxxj. Sed

quid

quid de fideiuſ. qui non renunciauit iuri de prius cōueniendo &c. An poſsit conueniri ſi principalis latitet, & ſi illa exceptio poterit opponi poſt li.conteſt. uide quę plenè dixi j.q.ccccclxx.

a ¶Pet.Iac.in ti.de conſti.pecu.*In ij.col.in uerſi.eſt notandum.*

b ¶Corroborat.de qua in auth.ſi qn. *Illius auth.ſerie parū, aut nihil adiuuatur hic ſtylus: quia ibi de hoc nō diſſeritur: ſed in quo caſu cōſtitutor teneatur et nō teneatur, illic tractatur: ſed pro huiuſc.q.enucleatiōe, quæritur ſi aliquis cōſtituat ſe principalē, poterítne primo cōueniri. utique ſi mō moueetur prima obligatio, alias cōtrà.nā non cōſideratur aliud niſi qa pro alio interuenerit. unde nihil ualet ſe conſtituere principalem, niſi renūcietur etiā legi ſup hoc introducta. ſic ergo fideiuſ. habet l.beneficiū. ſic et hoc. cū ſit eadē ratio. dic. eſt Azo. in ſumma in præ. auth. de fideiuſſoribus. ij. col. in uer. ij. quæritur.*

c ¶In l.prolatam.*in j.col.uer.huius timore.ibi, & ideo ex hoc habes. & ita ibidē innuere uidetur domi. Bal. in iij.co.uer.ſed oppono.ibi, eſt ordo unius cauſæ ad alteram.*

d ¶Et idē qui agit hypothecaria. *Vide plenius de hoc per d. Bart. in d. auth. de fideiuſſorib. in § ſed neque. in ij.colum.uer.quæro, ſi fuit actum hypothecaria.*

e ¶Et idem, quæ eſt ordinis. *Puta ordinis unius cauſæ ad aliam: ſecus in peruerſione ordinis unius cauſæ ad ſe ipſam: ut per doct. Bart. & Bal. in locis præallega.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio an poſſit impugnari, ſi per donatarium cauſæ donationis non ſpecificentur.*

2 *Meritorum probatio non in omni donatione neceſſaria.*

QVAESTIO XCV.

1 DVBITABATVR, ſi in *inſtrumēto donatiōis fiat mentio in genere uel ſpecie de meritis, ꝓpter quę ipſa donationis cauſa & ipſa merita nō probentur: an talis donatio poſsit impugnari. Veritas eſt iſta, ꝙ in donationibus de iure prohibitis debēt merita in inſtrō inſerta probari per donatariū: aliter donatio non debet ſortiri effectū: nec debet ſtari aſſertiōi donātis, ut in donatiōe quæ fit per patrē filio in ptāte cōſtituto tanquam bene merito, quæ nō ualet: niſi ꝓbatis pręcedētibus meritis[a], qa præſumūtur in fraudē

a illa uerba adiecta, arg. l. qui teſt. in fi.ff. de prob. & uidet facere, qđ dicit Io. Fa. inſti. de act. [b] fa-

a principio. [a] de fundo dotali. & glo. in l. ij. de hæredi. uel ac. uen. ubi dicitur, niſi in ſubſidiũ &c. Et quia eius limitatio & intellectus fuerunt uiſi dominis meis ęquè procedere. Ad euitandum etiam circuitum, qui de iure euitari debet, fuit iudicatum, ſecundum eius opinionem M. cccclvj. die quarta Septẽbris in deciſione proceſſus Ia. de Nanto, de Romanis, & Ioã. Bruneti, in manibus Petri de Bolliaco ſecretarii Delphina. Et cuius ſententiæ tenor ſequitur. Cum* ex

a tenore dicti proceſſus conſtet, a domi. Ioan. Bruneti reum fuiſſe & eſſe donatarium & poſſeſſorem omnium bonorum dictæ Catharinæ ruſſolę quõdam, nullo alio hærede ipſius Catharinæ exiſtente, de quo per proceſſum appareat. his igitur & aliis ex tenore dicti proceſſus apparentibus, nos ad hæc iuſtẽ mouẽtibus, per hanc noſtram ſententiam pronuntiamus & declaramus literas præciſas dicto de Nanto ſuper dictis ſuis compulſoriis fore concedendas, & de ſumma ibi petita & declarata, & quas idem per præſentes concedimus contra dictum Bruneti neutram dictarum partiũ, iuſtis cauſis ex ꝓceſſu apparẽtibus in expenſis condemnando. Super hac materia uide Barto. in authenti. ingreſsi. C. de ſacro. eccle. Et ponunt aliqui doctores in l. ſi quis ſeruum. §. ti. ff. de lega. ij. Sed an contra legatarium uel donatarium hęreditatis poſſent creditores hæreditarii agere actione perſonali. uide quæ dixi ſ. q. cccclx. De actione perſonali, in aliis terminis tetigi ſ. q. ccccclxxvj. &c.

¶L. ſi maritus. in principio. *Voluit allegare ij. reſpon. uerſiculo, ſi maritus.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas non poteſt ſe in unum congregare, ſine licentia Iudicis.*

2 *Syndici uniuerſitatis poßintne quẽ accuſare nomine uniuerſitatis.*

QVAESTIO CVI.

OMNES uillę & ciuitates[a] poſſunt habere & facere prop

proprium & burſam commu-
b nem[b] de iure.ff. ad Trebell.l.in omnibus.& l.ciuitatem.ff.de legatis ij. Sed curia Franciæ hoc non permittit: imò nec congregare ſine licentia ſui ſuperioris pro faciendo & conſtituẽdo procuratorem ad euitandũ frau-
c des & machinationes,[c] quæ cõmitti poſſent contra principem uel dominum: tamen cum licentia agere & conueniri permittit & facere burſam cõmunem.ita dicit Ioan.Fab.inſtitu.de rerum
1 diuiſione.in §.uniuerſitatis.*Similiter etiam ſeruatur in hac patria Delph.de ſtylo curiarum ex antiqua cõſuetudine,ꝙ uniuerſitates nõ poſſunt ſe adinuicem congregare pro conſtituendo procuratores ad agendum uel defendendum, nec burſam ſeu taliam communem facere inter eos ſine licẽtia iudicis.Et ſi contrarium faciãt, iniquè ſtatur,inſtante procuratore fiſcali: & cõdemnãtur.Et corroboratur hæc conſuetudo autho. Barto.dicente, quòd uniuerſitas non poteſt ſe inſimul congregare ſine authoritate ſuperioris.in l.actor. ff.rem ratam haberi.circa fi.uerſicu.poſſumus tamen ſuſtinere. ut per Archi. in c.conſtitutionẽ. de uerborum ſignifica.lib.vj. Et uide plenius,quæ tetigi poſt dominum Petrum Papæ.j.q.ccccc xxxj.in tertio dubio.Et quæ dixi ſ.q.lxxxvij.in fi.Nec etiam poteſt uniuerſitas conſules ſibi eligere ſine autho.ſuperioris:ut dicit Bartolus in l. item eorum. in §. ſed ſi ita decreuerunt. ff. quod cuiuſque uniuerſitatis.niſi talis uniuerſitas ſit in longæua conſuetudine conſules eligendi,& creandi, quo caſu poteſt. ita etiam ſeruatur in hac patria
2 Delphina.Sed iuxta* hæc quæro an ſyndici uniuerſitatis poſſint aliquem accuſare nomine uniuerſitatis. Bartolus, quòd ſic,in lege prima.ff.de accuſa.in quæſtio.fina.&c.

a ¶ Villæ & ciuitates. *Villa ſine muris eſt:ciuitas autẽ dicitur, quæ murus cingitur:ut per dominum Barto. in l j.§.ſiue autem intra.ff. de operis noui nunciatione.Etiam in alio differt: quia ciuitas habet epiſcopum, ut colligitur ex not. per dominum Bartolum in lege.ſi duas. §. grammatici.in ij.col.uerſic.deinde quærit glo.ff.de excu.tut.& in c.j.de priui.*

b ¶ Burſam communem. *Adde.ff. quod cuiuſque uniuerſi. no.l.j.§. quibus autem ſibi,res communes,arcam communem, & ita mihi not.doctor. Odofred.in iiij.colum.in uerſi.item circa tertium.*

c ¶ Fraudes & machinationes. *Hoc bene ordinatum fuit in curijs Franciæ. quia Galli faciles ſunt ad tumultus, diſſenſiones,& res nouas multũ deſiderãt,teſte Saluſtio,Tito Liuio et commẽtarijs Iulij Cæſaris.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an poſſit ingredi poſſeſſionem propria authoritate, rei ſibi commiſſæ.*

2 *Emphyteuta an poſſit repelli à poſſeſſione feudali, cũ ius ſuum amiſit.*

QVAE

QVAESTIO CVII.

LICET gl.in l.fi.C.de iure emphy.dicat, ꝙ dominus directus poteſt de iure propria
1 authoritate*capere poſſeſsionẽ rei commiſſæ,propter ceſſationem ſolutiõis canonis,aut aliàs: cum ipſo iure talis res emphyteuticaria cadit in commiſſum. Tamẽ de ſtylo dictæ curiæ parlamenti ſeruatur,quòd non poteſt, niſi prius declaratiõe commiſsi facta per iudicem cõpetẽtem,parte uocata & audita. Pro quo bene facit c.licet epiſcopus.cũ glo.ſuper uerbo,uocato. de prǫb.lib.vj.aliàs reſtitueretur tanquam ſpoliatus,in ſua priſtina poſſeſsiõe emphy. Quia emphyteuta poteſt moram purgare: ut habetur in c.potuit. extrà de loca. Et dixi ſ̃. q. cxxiij. & q. clxxj.in uer.qa illud &c. Quod facere non poſſet emphy.ſi dominus caperet rem propria authoritate, parte non uocata. Et ideò pro dicto ſtylo in quadam cauſa fuit ſententiatum, in manibus Io. Iofredi ſecretarii Delphi.de anno M. ccccluj.in uigilia natiuitatis domini. Ad idem res feudalis licet ipſo iure cõmittatur: tamen dominus non debet ingredi propria authoritate:ubi per emptorem bonæ fidei poſsidetur.ita dicit Bald. in tit. de ꝓhibita feudi alienatiõe per Fed.in §.callidus.facit c. licet epiſcopus.de præben.lib. vj. plus dicit Pe. Ia.tit.de ac.in rem
2 pro re feudali.in uer. *item notandum &c. quòd licet emphyteuta cum amiſit ius ſuũ, poſsit quãdoq; repelli à domino propria authoritate.C. de iure emphy.l.ij.dominus tamen uaſallũ in aliquo caſu à poſſeſsione ſua naturali,quã habet,nullo modo expellat authoritate ſua:qa nulla lex dat ſibi illam authoritatẽ. quòd ſi faciat,committet uiolẽtiã.ut ff.de ui & ui ar.l.j.§.deiicitur.Et facit quo tẽpore miles inueſti.petere debeat.c.ſi.in prin. Idem putarem dicendum de illo,qui obtinuit ſentẽtiam: licet ab ea non fuerit appellatum, ſi ingrediatur poſſeſsionem ſine executore, quod non poteſt facere,per ea,quæ ponit Inn. in c. cũ noſtris.de conceſsione prǫb. in gl.ſuper uerbo,irritum, ibi & idem dicimus in omni ſentẽtia &c. uidelicet quòd primus poſſeſsor debeat reſtitui ante omnia in ſua priſtina poſſeſsione, tãquã ſpoliatus. imò, quod plus eſt,talis ingrediens ꝑdit ius ſuũ, ut ibi per Inn.& Spe. tamẽ in ti. de actore.§.j.uerſ.item qui uult. ponit certos caſus,in quibus põt quis de iure apprehẽdere poſſeſsionem propria authoritate. Sed an domi.directus poſsit accipere rẽ emphy.iure prælationis,nõ noĩe ſuo, ſed pro amico ſuo: uide quæ dixi infrà quæſtio. ccccx.&c.

SVMMARIVM.

1 *Perſonalis, & hypothecaria an poſſint eodem libello intentari.*

QVAESTIO CVIII.

ACTIO

ACTIO pſonalis & hypothecaria poſſunt ſimul cu-
1 mulari in eodem libello * contra principalem debitorem, aut eius hæredem, ſi poſsideat rem hypothecariã:ut pbatur in text. in auth.de fideiuſſo.in §.ſed neque.col.j.facit l.fi.C.de fideiuſſ. & tenet Io.Fab.inſti.de actio.§. item Seruiana. ibi doct. quærũt &c. ubi mouet iſtam quæſt. idẽ Pe.Iac.in titu.de hypothecaria. uer.vij.eſt notãdũ &c. ubi dicit, quòd nullus in hoc diſcrepat.Et ita practicaui,dum eſſem aduocatus practicãs in hac curia parlamenti, in quadam cauſa tunc mota & uertente. xx. anni ſunt elapſi,in dicta curia inter dominam Montiſacuti in Burgũdia, pro qua dedi libellũ: in quo libello cumulaui dictas duas actiões,uidelicet perſonalẽ & hypothecariã pro reſta ſuæ dotis, contra d. Caſſennatici eius nepotẽ. Et fuit dictus libellus approbatus:quia ſententia fuit lata per dictam curiã cõtra dictũ d. Caſſennatici.iuxta cõcluſionem dicti libelli,concludẽtis in pſonali & hypothecaria, in pceſſu exiſtente in manibus Ioãnis Pauioti ſecretarii & notarii dictæ cauſæ. & ita expõſt uidi in dicta curia parlamẽti in diffinitionibus proceſſuum determinari, per dominos meos parlamenti, poſtquam fui aſſumptus in officio cõſiliarii dicti parlamenti.de hac materia hypothecariç actionis, uide quæ plenius dixi j.q.cccc.xxxij. De hac materia cumulatiõis actionum, uide quæ ſcripſi j.q.cxliij.

SVMMARIVM.

1 *Literæ quinquennales conceſſæ debitoribus, an extendantur ad creditores futuros.*

2 *Debitor, cui data ſint quinquennalia,an de debitis ſuis ſoluendis cauere debeat.*

QVAESTIO CIX.

RESCRIPTA ãnalia prĩcipis uel quinquẽnalia cõceſſa debitoribus de ſuis debitis non ſoluẽdis, nõ extendũtur ad creditores futuros,argu.in l. Aurelius.§.Titius Seio.ff.de liberatione legata.& ibi per doc.
1 * Et ita hæc curia parlamẽti cõſueuit interpꝛtari & ſeruare pꝛut pluries uidi:ſed à quo tempore incipiãt currere tales literæ annales uel quinquennales? dic ꝙ non à die præſentationis, ſed à die datæ ipſarum. hoc probatur arg.ĩ c.eã te.de reſcr.& de pręb. in c.dilectus.in c.ij. de decimis. & de reſcri.in c.ſi propter. li. vj. & ibi Archi.ita ſeruat ſtylus huius curiæ parlamenti. De materia literarum quinquennalium
2 etiam ſcripſi j.q. xcvij. * Sed an debitor,cui eſt datum quinquẽnium, pro debitis ſuis ſoluẽdis, debeat cauere de ipſis ſoluẽdis? dic quòd ſic,ſecundum Old. per l.uniuerſa.C.de precib.Imp.off. De materia reſcriptorum & eorum effectibus, uide quæ plenè ſcripſi in tractatu reſcriptorum, per me Guidonem compilato.

Summa

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poßint teſtari de fructibus beneficiorum ſuorum.*

2 *Clericus beneficiatus, æquiparatur uſufructuario.*

3 *Epiſcopus de quibus teſtari poßit.*

QVAESTIO CX.

1 AN clerici* poſſint teſtari de fructibus ſuorũ beneficiorum, & de ſpolio ipſorum. uide c in c.præſenti. §. porro. de offic. ordinar.lib.vj. & Specul.in titu. de fructibus. §. j. uerſicu. pone prælatus.& not.xij.q.j. duo ſunt genera.in gloſſ.in uerſicu. proprietatem. & ibi Archidiaco. etiam in cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem, ſuper uerbo, ſuo proprio.de reſcrip.lib.ſexto. & Ioã. Monac.in capit.hoc conſultiſsimo.ſuper uerbo,immobilia.extra de re.eccl.non alie.li.vj.uide xij.q.j.res eccleſiæ.uide Hoſt.in a c.fi.extrà de pecu.cle.ubi plenè[a] de hac materia in c.de multa.de præben. qui eſt cõtrarius d. Archid.& eius opinioni,quã tenet Archi.in d.c.ſtatutum.Sed opin. Hoſti.ſeruatur de conſuetudine ubiq;,ut ipſe Hoſt.ibi refert,ui-2 delicet* quòd clericus beneficiatus, æquiparatur uſufructuario: ut faciat fructus ſuos, & de ipſis poſsit teſtari, ut ibi dicit ipſe Hoſt.Et hæc uera ſunt,in ſimpli-b ci clerico,[b] uel ſacerdote adminiſtrationem uel curã animarũ 3 non habente. * Epiſcopus uerò uel abbas uel alius habẽs curam animarũ teſtari non poſſunt niſi c de his quæ anteà eis obuenerũt iure cõſanguinitatis:ut in auth. licentia.C.de epiſ.& cler.niſi ſit conſuetudo in contrarium,quo caſu ualeret cõſuetudo.in c.cæterũ. §. licet.extrà de teſta. & de hoc tetigi in nota.meis.in §.ualet cõſuetudo &c.fo.xl.uerſ. monachi.uerſ. uel alii canonici regulares quoquo modo teſtari nõ poſſunt.[c]no.in auth.de mona.§.illud.co.iij.de hac materia etiã habetur per gl.in c. fi. extrà de pigno. Et aduertẽdum tamẽ eſt circa iſtã materiã:quia de illo uerbo,ſpolium,prout uulgariter mortuis prelatis accipitur, non reperitur in iure ciuili, nec canonico. ſed bene reperitur in iure diuino.pſal.cxxxviij.uer.lętabor ſuper eloquia tua,ſicut q inuenit ſpolia multa. ita dicit d. Pet.Papę in ſuis not.Et ſup facto dicti ſpolii dudum, M.ccccxxiij. facta fuit quędam tranſactio inter priores & uicarios ꝑpetuos huius diœceſis Grationo. circa modum utendi dicto ſpolio:ut conſtat inſtrumẽto recepto per Raymũdum Rodulphi notariũ Grationo. quæ trãſactio expoſt fuit cõfirmata p Papã, & quę ꝓpterea ſeruatur in iudicando.

a ¶ Vbi plenè. *Tu uide plenius p do. An.But.ĩ cle.ſi.de pig.& p d.Ca.Flo. in cle.gratia.de reſcri.ubi p eundem.*

b * In ſimplici clerico. *Aduerte, q Bar.in l.neque tutores.in ỹ.lec.C.de procur.uidetur uelle, quòd epiſcopus cenſeatur etiam uſufructuarius.*

c ¶ Non poſſunt. *Limita,niſi de licentia Papa,ita uo.Bal.in l.ſi quando*

do.in prin.C.de inof.teſta.& ibi declarat quid operetur illa licentia.uide Bal.ī auth.rogati.C.ad Treb. & quod fortius eſt, ſufficit licētiam ſu• pvenire,ſecundū Bal.in l.fi.in ix.col. C.unde legi.Secundò limita niſi monachus efficiatur epiſcopus. quia tūc pōt teſtari,non de bonis iam quaſitis monaſterio:ſed de alijs poſtea obuenientibus,ſecundū Spec.in tit.de ſtatu monach.in uer.xxiij.& ibi Bald. in addi.in uerbo,cui quaritur.& an ſtatutum uel conſuetudo poſſit habilitare monachum ad teſtandum,uide doc. & Iaſ.poſt alios, quos refert ī auth.ingreſſi.ī ij.no.C.de ſa.ſan.ec.

SVMMARIVM.

1 *Carnes edens in quadrageſima de licentia Papa,an peccet.*

2 *Permiſſio comparatiua.*

3 *Permiſſio ſimplex.*

QVAESTIO CIX.

QVIA de preſenti ſumus in tempore quadrageſimali, hic ſubiūgā ꝑpter ſenes & infirmitate debilitatos, quod reperio in notab.d.Pe.Papæ*.Quòd 1 licet Papa alicui pmittat comedere carnes, quòd nihilominus peccat comedēs, nec excuſatur à pœna:ut in c.denique.iij. diſt. Sed quare peccat,cùm ei pmittatur?ſolutio ſecundum dictum d.Petr. Papæ,pmittitur,ne deterius inde cōtingat:quia fortè in medio quadrageſimæ nō poteſt qs ſe plus abſtinere à carnibus, propter aliquā ſuā infirmitatē, & ſi ſe abſtineret,mors ſeq poſ- 2 ſet.& ex* his ſequitur,quòd ubicunque ius permittit aliquid ne deterius ſequatur, ꝙ nō excuſatur qs à pœna:& uocatur permiſſio comparatiua.xxxj.q.j.ſed 3 obiicitur.*Sed quando ius permittit aliquid, nō ut inde deterius ſequatur, tūc excuſaẗ à pœna, & uocaẗ pmiſſio ſimplex. ut in d.c.ſed obiicitur.& dum dicitur,permittit,expone,id eſt, cōcedit.hoc ponunt doct.in c.j. de æta.& qualit.li. vj. uide in c. ueniens.qui clerici uel uouen. per Inno.& gl.De quo ergo operatur talis licentia ſeu conceſſio Papæ de comedendo carnes? credo ex prædictis,quòd non petatur,niſi ad remiſſionem culpæ.a a Et propter hoc duxi ſcribenda anno d.M.cccclvj.de tpe quadrageſimali,quo tpe ego Guido Papæ graui infirmitate detinebar.

a ¶Culpæ. *Credo ꝙ uelit dicere pœna, ut ibi ſuprà dixi,a pœna,debuit dicere à culpa:quia in ſimilibus permiſſio ſiue tolerantia Papa non culpa,ſed pœna diffugium præbet:iuxta ea,qua leguntur & no.in c. denique ſacerdotes.& ibi glo.in uerſi. uenia. diſt.iiij.de pœna autē intelligas,ſcilicet temporali,non quidem gehennali.& iſta ſunt uera in caſu illius c.ſecus autem in caſu præſentis quaſt.tamen propter authoritatem Romani Pontif.hic non permittentis,ſed etiā concedentis:tātùm propter neceſſitatem, qua legi nō ſubijcitur.in auth. ut hi,qui obligat. ſe habe. perhi.res mino. §.ſi uerò tantùm.& ibi gl.ulti. Etenim neceſſitas facit licitum,qđ aliàs non eſſet.xxvj.q.vj. c.ulti. & de reg.iur.quod non eſt licitum.*

Summa

SVMMARIVM.

1 *Habens poſſeſsionem rei uenditæ uel donatæ, per precarium, uel retentionem uſusfructus, præfertur habenti poſteà realem.*

2 *Allodialis res, quæ dicatur.*

3 *Venditor ſi cõſtituat ſe precariò poſsidere, transferaturne in emptorem dominium.*

QVAESTIO CXII.

IN dicta curia parlamẽti Delphi. in materia l. quoties duo. C. de rei uen. obſeruatur in iudicando hæc *opinio, uidelicet quam ille qui primus habet poſſeſsionẽ rei uenditæ uel donatæ etiam per precariũ, uel per retẽtionem uſusfructus, perfertur alteri habenti poſteà realem poſſeſsionem. Et iſtam opinionem etiam tenẽt in iſtis terminis Albe. de Roſate, in d. l. quoties. Et Guido de Suzaria, ut refert Io. An. in addi. Spe. in tit. de emptione & uenditione. in §. j. in uer. no. quòd ſi res. Qui Ioan. And. ibi etiam tenet iſtam opinionem. Licet do. Iaco. de Gaudabla officialis quondam Grationop. uoluerit dicere contrarium. ut ſuprà q. xxij. tetigi, cuius opinio. do. Iacob. de Gaudabla non uidetur uera: quia tantum operatur illa ficta traditio per precarium, iuxta l. quod meo. ff. de acquirenda poſſeſ. uel per retentionem uſusfructus, iuxta l. ſi quis. C. de dona. cum ſimil. Et eoſdem effectus producit, etiã quo ad acquiſitionem dominii: ſicut uera realis traditio, quæ fit per miſsionẽ in poſſeſsionẽ. ita dicit gloſſ. fina. approbata per Batt. & docto. in l. ab emptione. in gloſſ. fina. in prin. ff. de pactis. & Ioan. An. ubi ſ. Et ita uidi declarari temporibus meis in pluribus cauſis. Et hoc uerum: ut dicit Ioannes And. ubi ſ. ſi primus emptor uel donatarius, qui habuit fictam traditionẽ per precarium, uel retentionẽ uſusfructus precium rei emptæ ſoluerit, uel habita fuerit fides de precio, iuxta §. uenditæ. inſtitut. de rerum diui. Aliam limitationem addo ultra Ioã. And. uidelicet, ſi primus emptor q habuit fictam traditionẽ, fuerit primò inueſtitus, & retẽtus per dominũ directum rei uenditæ, uel donatæ, præferetur alteri, qui nõ fuit inueſtitus. Ratio, quia dominium per traditionem realem etiã ſoluto precio non transfertur ſinẽ cõſenſu domini directi [a]: ut plene ſcripſi ſ. q. xlvj. circa fi. quod ſecus eſſet in re franca ſeu allodiali; ut ibi plenè dixi. *Sed quę dicatur res allodialis? dic quòd res propria alicuius, quæ à nemine recognoſcitur, niſi à Deo. ut in capit. j. §. ad hoc qui. & §. ſequent. in feudis. de pace iuramen. facit capit. ij. & iij, ſi de feu. controuerſia fuerit. De allodio tangitur per gloſſ. ff. de relig. & ſumptib. funerum. in l. ſed & ſi quis. §. ſed interdum. Sed iuxta hanc materiam precarii quæro, * utrum ſi uenditor ſe cõſtituat precario poſsidere, ut ſe uſufructua

fructuarium per procuratorem nomine abſentis, tráſferatur in emptorem dominium. Barto. ꝙ ſic. in l. ſi is cui pro emptore. in penulti. quæſtio. ff. de uſucapio. Tetigi etiam de hac materia conſtitutionis precarii prima quæſtio. cclxviij. Sed iuxta hoc quæro, an poſsit agi ad commiſſum contra talem emptorẽ, qui non fuit adeptus poſſeſsio. realem: ſed habuit ſolùm fictam, per precarium, abſque tamen laude domini directi: uel an ſaltẽ poſſit agi contra eum ad laudimia per dominum directum. uide quæ plenè dixi in iſtis duobus punctis ſuprà quæſt. cj.

a ¶Non transfertur dominiũ ſine conſenſu domini directi. *Vide domi. Petr. Iaco. in titu. de actio. in rem pro re empta. xiij. col. §. ex hoc patet. uerſi. item colligitur.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicandi ratio militaris.*

2 *Captiuus an poſſit poni ad finantiã per eius magiſtrum.*

3 *Princeps non debet bellum ſuſcipere & gerere in præiudiciũ ſubditorũ.* **Hic fit mentio libri arboris bellorum, lingua gallica conſcripti.*

QVAEST. CXIII.

IN facto guerrarũ in iudicando ſeruatur, quòd ſi captiuatus in bello ſe poſuerit ſemel ad
1 *ranſonem ſiue redemptionem erga eius magiſtrum qui eũ captiuauit ad aliquam uel auri uel pecuniæ ſummam, quòd poſteà eius magiſter non poteſt talem ranſonem ſeu compoſitionem augmentare, nec aliam maiorẽ compoſitionem facere, ipſo captiuato adhuc exiſtente in manibus & ſub poteſtate dicti ſui magiſtri. Et ſi cõtrarium faciat, ſecunda compoſitio tanquam indebitè facta, reuocabitur. Et ita ſecundum dictam obſeruantiam fuit inter nos determinatũ in camera cõſilii de mẽſe Aprilis, M.cccclvij. in uiſitatiõe proceſſus tunc diffiniti inter nobilem Bertrandum de Poypia ex una parte, & Antoniũ Moyrodi ex altera, in manibus Ioã. Chantarelli ſecretarii Delphin. Qui Antonius Moyrodi per dictum de Poypia fuerat captiuatus tẽpore guerræ Sabaudiæ, de qua ſuprà q. lxxviij. mentionem feci. Et qui Bertrãdus de Poypia coẽgit dictum Moyrodi preſonerium ſuum ad faciendum aliam & ſecũdam compoſitionem ad maiorem ſummam, quàm eſſet in compoſitione: propter eà fuit reuocata dicta ij. compoſitio in ſententia per dictam curiã, parlamenti de dicto menſe Aprilis lata. & ante prolationem dictæ ſententiæ fuerat poſitus caſus præmiſſus in deliberatione in magno conſilio præfati domini noſtri Delph. in quo magno cõſilio fuerat deliberatũ, prout in dicta ſententia fuit pronũtiatũ præſente d. mõtis Albani qui tunc retulit ita de facto aliàs uidiſſe ſeruari.* An autẽ preſonerius poſſet poni ad finantiã per eius magiſtrũ, & quomodo: ui- 2

I de

de librum arboris bellorũ lib.x. rub. *Si un hõme peut iuſtemẽt tenir ſon priſonnier, puis qui le tiẽt à ſa priſon. &c.* Et circa hãc materiã li-
3 bellorũ eſt aduertendũ, ꝙ* princeps nõ debet facere guerrã cũ præiudicio ſubditorũ: ſed prius debet expendere aurum ſuũ, & in defectu eiuſdem poteſt à ſubditis accipere, ut ponit plenè Cy. in l. nemine. C. de ſacroſan. eccle. & ibi uideatur practica. de materia guerræ & armorum uide infrà qõ. cccxxxix. de monſtris armorum, & qualiter quis armatus teneri uideatur, uide Bar. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. indebi.

SVMMARIVM.

1 *Cometa, quid portendat in Delphinatu.*
2 *Ampulla ſancta Rhemis eſt.*

QVAEST. CXIIII.

IN hac ciuitate Grationopolitan. & in multis aliis locis huius patriæ Delphi. uiſus fuit pla
a neta, [a] cometa uulgariter appellatus, de anno dñi M.ccccl vij.
1 de menſibus Maii & Iunii. * Et quia talis Cometa communiter non apparet, quin aliquid inde ſequatur: contigit quòd eodem anno & quadam die lunæ penultima menſis Auguſti præfatus dominus noſter Delphin. Ludouicus primogenitus Caroli, ſeptimus Regis Francorum acceſſit ad uillam de Brucella in Brabantia, & Bruges in Flandria, & circa alia loca patriæ Flandrienſis & Brabantiæ: ubi ſtetit circa per quinque annos. Et per ante ſteterat in hac patria Delphina. per decem annos. Et in dicta patria Flãdriæ habuit per Dei gratiam eius primogenitum Ioachim nuncupatum: qui fuit natus die xxij. Iunii, anno domini M.ccccl ix. Propter cuius natiuitatem factæ fuerunt feriæ repentinæ in hac patria Delphin. Deinde contigit, quòd præfatus rex Carolus ab humanis deceſſit, de anno currente domini M.ccccl xj. & die Mercurii, xxij. menſis Aprilis. Cui regi Carolo proptereà in dicto regno ſucceſſit præfatus dominus noſter Delphinus Ludouicus, qui dominus noſter Ludouicus fuit conſecratus rex Franciæ, & coronatus in ciuitate Rhemẽſi die beatæ Mariæ, medii Auguſti, anni prædicti in eccleſia cathedrali beatæ Mariæ: in qua eccleſia
2 * eſt ampulla, qua præfatus dominus rex Ludouicus in eius conſecratione fuit unctus, ut reges Franciæ conſueuerunt in eorũ conſecrationibus ungi. Et quam ampullam apportauit de cælo columba, cùm chriſmate, roſtro ſuo, & de quo chriſmate tunc tẽporis fuit baptizatus primus Rex Franciæ Chriſtianus uocatus Clodoueus, [b] ut plenius le-
b gitur in floribus ſanctorum in legẽda ſancti Remigii: & quem dominum noſtrum Ludouicum regem Francorum altiſsimus nobis conſeruare dignetur & longæuè. Amen.

¶Pla

a ¶Planeta.*Dici debuit,non plane-
ta,ſed ſtella.Dicitur enim cometa,
ſeu cometes ſtella.*

b ¶Clodoueus.*Dic(ut fertur)quin
tus Francorum rex per Clotildem
Burgundiæ Regis filiam eius uxorẽ
interuentu diui Remigij Rhemenſis
epiſcopi,ad catholicam fidem extitit
conuerſus,ſuſcepta inquam ſacri ba
ptiſmatis gratia protinus Francorũ
regnũ creuit in immẽſum, cui igitur
orthodoxo Clodoueo Regi inclyto
uirtute admodum & fama flagran
ti,Anaſtaſius ſacratiſsimus Impera
tor,coronam auream lapillis inſtru-
ctã cum tunica & baltheo ex Con-
ſtantinopoli,in Galliam tranſmiſit,
ac ex Iudæo & conſul,& Impera-
tor declaratus,trabea etiã conſulari
meruit ueſtiri,atq; deinceps Roma.
imperium,quod dudum apud Con-
ſtantinopolim ampliũ fuerat,in dies
minui cœpit,& Francorum regnum
augeri,ut traditur ix.libro ſupple-
menti chronicarum.& etiam ali-
quid per domi.Gemi.in c.ij.de præ-
ben.in vj.Et quòd Rex Franciæ non
recognoſcit Imperatorem ſuperio-
rem,non modo de facto.ut not.in c.
per uenerabilem. qui fil.ſint legiti.
ũerum & de iure,ut pulchrè per do
mi.Cardi.in clemen.j.in prin.uerſi.
quartò opp.de iureiu.*

SVMMARIVM.

1 *Compromiſsum factum à partibus,
intra decem dies, an impediat cur-
ſum dictorum decem dierum.*

QVAESTIO CXV.

a COMPROMISSVM[a] à
1 partibus factum*intra de-
cem dies, qui dantur ad appel-
landum,nõ impedit curſum di-
ctorum decem dierũ.Sed deſe-
ritur appellatio,niſi infra decẽ
dies appelletur.ita dicunt Paul. 1
de Leazar.& de Zabarellis in
b cle.[b]quandiu.de app.Et ita fuit
determinatum & iudicatum die
ſententiarum uigiliæ ramis pal-
ma.M.cccclvij.in cauſa diffini-
tiua in dicta curia parlamenti
inter Petrum galliſeti appella-
tum ex una parte,& Io.Lamber-
ti appellante ex altera,in mani
bus Antonii de Molena.quòd
ſecus eſt in fatalibus conceſsis
ad proſequẽdum appellationẽ.
ut in text.dictæ clemen.& in au-
then.ſi tamen.C.de temp.appel
læ.Sed quid de compromiſſo fa
cto ſine præfixione termini,an
impediat fatalia currere:uide
infrà q.ccxl.Sed quid de fatali-
bus in curia parlamẽti,uide in-
frà q.cxxxv.Sed an ſi intentetur
ſiue agatur ſuper nullitate ſen-
tentiæ,currant dicti decem dies
durãte dicta cauſa ſuper nullita-
te:uide quę dixi infrà q.ccccc-
xxviij.uerſi.lxix.quæro &c.

a ¶Compromiſſum.*Tu uide de hoc
per iſtum conſi.clxxxiiij.inci.in cau
ſa de præſenti uertente.nu.1.uerſi.et
ſic ſi dictum.*

b ¶In clemen.quandiu.*Vide Ra-
phael.Fulgo.in conſil.lata ſententia
diffi.& Lampl.& Brix.in tracta.
de arbi.vij.parte.q.xlix.*

SVMMARIVM.

1 *Actor faciens mentionem in libello,
de aliquo inſtrumento,an debeat il-
lud tradere reo ſuis ſumptibus.*

QVAEST. CXVI.

ACTOR in libello ſuo facit mentionem de aliquo
1 inſtrumẽto*: reus ante litis cõteſtationẽ petit copiã illius inſtrumẽti, q̃ ſine ea dicit ſe nõ poſſe deliberare: nũquid eſt ſibi cõcedẽda. Inno. in c. j. de prob. dicit ꝙ ſic, quẽ ſequitur Bart. in l. poſt quoq;. §. ſi dies. ff. ut le. no. ca. & Spe. in tit. de inſtru. §. nunc dicamus. uer. q̃d ſi aliquis. & ibi etiã Io. And. in addi. ad Spe. Sed circa hoc puto latius diſtinguẽdũ: quia aliquoties fit mẽtio de inſtrumẽto in libello, per modũ aſſertionis cuiuſdã probatiõis, ut ſi dico, ꝙ Titius mihi promiſit decẽ, de qua promiſsiõe recepit inſtrumẽtũ talis notarius: & tũc nõ eſt dãda copia inſtrumẽti. Quãdoq; autẽ fit mẽtio in libello de inſtrumẽto per modũ cuiuſdã limitationis: ut ſi dicã, talis promiſit mihi decẽ prout cõſtat tali inſtrumẽto. Et tunc ſi quidẽ ille reus ſit talis perſona, ꝙ debeat inſtrumẽtum penes ſe habere: ut quia eſt hæres, & ab eo petitur legatũ in teſtamento relictũ: & tũc nõ eſt ibi ſiẽda copia inſtrumenti: ut l. extrà. ff. de eden. ſecundũ primũ intellectũ. Si uerò tale inſtrumẽtũ nõ debet penes ſe habere iſte reus, tũc quia in libello fit mentio de inſtrumẽto ꝑ modũ cuiuſdã limitatiõis, tũc debet dari copia inſtrumẽti ante litis cõteſtationẽ. ita debẽt intelligi noi. Inn. in d. c. j. de prob. & aliorũ doct. Et ita ſeruat ſtylus præſentis curię parlamenti, & datur eo caſu copia reo ſumptibus actoris.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor quibus caſibus agere poſſit contra principalem debitorem.*

2 *Libelli forma in materia c. ſi. de fide iuſ. remiſſiuę.*

QVAEST. CXVII.

FIDEIVSSOR poteſt agere cõtra principalẽ debito-
1 rẽ, in tribus* caſibus, ut eũ liberet ab obligatiõe. Primus caſus, ſi diu ſteterit in obligatione, Secundus caſus, ſi debitor incipit bona ſua diſsipare &c, Tertius caſus, ſi fideiuſſor fuerit condẽnatus ad ſoluendũ debitum, pro quo fideiuſſor exiſtit. ita dicit tex. in c. ſi. de fideiuſ. in antiq. facit C. mand. ſi pro ea cõtra. Sed quãdo dicetur fideiuſſor ſtetiſſe diu in obligatiõe, uidetur quòd per biennium: quia factũ antiquum dicitur, quãdo eſt lapſum biennium, ſecundum Hoſt. Ant. de But. c. cùm inter, de re iud. in fin. Sed iſtud remittitur arbitrio iudicis in materia dicti c. ſi. ut dicit gl. in l. ſi pro ea. & ſecundum diſpoſitionem d. c. fin. fuit determinatum in dicta curia parlamẽti. die x. mẽſis Decemb. M.cccclix. contra Euſtachium Burgenſem, in manibus Ioã. de Vourey
2 ſecretarii Delph. *De modo formandi libellum in materia d. c. ſi. de fideiuſſ. ponit Specu. in tit. de iud. in §. ſpecialis. uerſi. ſi uerò fideiuſſor. Sed iuxta hæc quæro, ſecundum ſtylum olim curia-

rum

rum præſentis patriæ inſtrumenta publica habent paratam executionem, quod patet: quia literis compulſoriis mandatur debitores compelli ad ſoluēdum: & ut nō ſe opponant talibus literis compulſoriis, fit executio contra eos & eorum bona, quia habentur tales debitores obligati per publica inſtrumenta guarentigiata[a] pro condēnatis, ut dicit etiam Bar. in l. j. C. de confeſ. & in l. uinū. ff. ſi cer. peta. Et hoc caſu fideiuſſor obligatur per inſtrumentū publicū guarentigiatū, quod inſtrumentū habet uim ſententiæ: ut dicit Bart. ubi ſuprà. poſsit agere fideiuſſor cōtra debitorem principalem, ut eum liberet à fideiuſsione, ac ſi condemnatus foret. do. Pet. Papæ patruus meus dicit hoc caſu, quòd ſi cum tale inſtrumentū habeat uim ſententiæ, & ipſe fideiuſſor pro condēnato, ut dicit Bar. ubi ſuprà. hoc poſuit ipſe do. Pet. Papæ manu ſua propria, in margine ſui libri, in lectu. lo. An. in d. c. fin. prout uidi, quia eius libros utriuſq; iuris habui ex legato per eū mihi Guidoni facto in ſua ultima diſpoſitiōe. allegat etiam pro hoc ipſe do. Pet. Papæ quod dicit Cy. in l. certum. C. fami. erc. Sed credo iſtud dictum do. Pet. Papæ procedere in patria Lugduni, ubi ipſe do. Pet. Papæ practicauit, & in aliis locis regni Frāciæ, in quibus de ſtylo & conſuetudine inſtrumēta publica guarentigiata habēt uim ſententiæ & paratam executionem abſq; oppoſitione diei. Sed in hac patria Delph. crederem contrariū: quia talia inſtrumenta publica de ſtylo & conſuetudine præſentis patriæ Delphi. nō habent præcisè paratam executionem, quia cum oppoſitione diei fiunt literæ compulſoriæ. Et ſic habent uim ſimplicis citationis, ſecundū Bart. poſt Iac. But. in l. actione. C. de tranſ. & Io. Fab. in §. omniū[b] inſtitutio. de pœna temerè litigā. Ideò puto,[c] ꝙ debeat expectari, ꝙ literæ prçciſæ cōcedantur, quì ſecundū ſtatuta præſentis patriæ habēt uim ſētētiæ diffinitiuæ, & cōceſsis literis prçciſis tūc eo caſu talis fideiuſſor poterit agere contra principalē debitorē, ut eum liberet ab obligatione, per d. c. fi. de fideiuſ. Et iſta uidetur mihi eſſe ueritas, attēta diſpoſitiōe ſtatutorū Delph. & ita ſeruatur in curia parlamē. licet ſeruaretur in regno Frāciæ, per ea quæ ſ. dixi. Quāto tēpore duret fideiuſ. ſiue loquamur in fideiuſſore cōtractus uel iudicio ſiſti, aut de iudicato ſoluēdo: uide plenè Cy. in l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſ. Si creditor proroget terminū debitori, an fideiuſſor ſit liberatus? dic ut per Spec. in tit. de fideiuſ. §. j. uerſi. illud autem quæritur. & uide Bart. in l. pen. ff. de prætor. ſtipula. & Henric. Bohic. in c. fina. de fideiuſſorib. & in ca. prætereà. lo ij. in fin. de appellatio.

a ¶ Guarentigiata. *Id eſt, confeſſionata. et ita dicitur in Tuſcia. d. Bar. in l. j. C. de confeſ. guarentigia enim eſt obſeruantia alicui iniuncta, per mandatum tabellio̅is, qui eſt iudex ordinarius, & dicitur chartularius. Ita formaliter no. do. Bal. in l. ſi fide̅. in uer. item not. hanc l. C. de fideiuſ. Nam guarentigia nil aliud eſt, niſi quodda̅ præceptum quod ſit per notarium de inſtrumento rogatu̅ parti roganti, ut obſeruet contenta in illo, & ſit illud tale præceptum in uolentem & acceptantem. & ſit authoritate ſtatutoru̅ concedentium talem poteſtatem. unde ſicut uerum præceptum iudicis habet executionem paratam. l. ſi debitori. ff. de iud. ita tenet iſtud d. Pe. de Cu. conſi. cclxj. in iij. col. in §. circa ſecundum dubium. in uerſic. nam guarentigia. in j. uolu. conſiliorum antiquorum.*

b ¶ §. omnium. *In uerſic. circa hoc. prope finem. ubi quære. huiuſmodi literæ compulſoriæ, licet cum appoſitione diei ſunt iniuſtæ.*

c ¶ Ideò puto. *Quære rationem: quia inſtrume̅ta publica quæ ſiunt in hac patria Delph. non ſunt guarentigiata. quod patet per ea, quæ dicta fuerunt. in j. no. poſito ſuper uerbo guarentigiata. præterea, non habe̅t executionem parata̅, ex quo multæ exceptiones ultra exceptiones de iure communi aduerſus executionem præcepti iudicis introductas admittuntur ad impediendam executionem huiuſmodi inſtrumentorum. ut in ſtatutis Delphinalibus, ſub rubrica, de literis compulſorijs & præciſis concedendis.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius, hæres alterius notarij, an poſſit inſtrumenta eius redigere ſine iuſſu iudicis.*

2 *Notarius recipiens inſtrumentum contractus iure reprobati, an puniatur.*

QVAESTIO CXVIII.

NOTARIVS ſuccedens alteri notario ti. uniuerſa-
1 li, aut aliàs, po̅t* de iure propria
a authoritate[a] inſtrumenta primi notarii groſſare: per text. & ibi Bar. in l. j. §. cogentur. ff. de ede̅. & ꝙ ita, tenet Panor. in c. cum P. tabellio. extrà de fi. inſtr. Sed de ſtylo & communi obſeruantia præſentis patriæ Delphinatus hoc facere no̅ poteſt ſine co̅miſſione & authoritate iudicis. Et ſi faciat, non adhibetur fides. Et hoc ueru̅, niſi inſtrumentum eſſet groſſatum de antiquo, ita quod ueriſimiliter co̅miſſio no̅ poſſet reperiri propter morte̅ notarii, quo caſu adhibetur fides, & præſumeretur pro notario mortuo aſſere̅ti ſe groſſaſſe ex co̅miſſione, per ea quę ponit Innoc. in c. ueniens. extrà de uerb. ſigni. quem ſequitur Bald. in auth. quas actiones. C. de ſac. eccle. circa fin. & ꝓ præſumatur pro facto antiquo, no. Io. An. & Io. de Lign. in ca. Albericus. de teſtib. uide Archi. in Roſario. c. j. de c. co̅trà minorem. uide Cy. in l. emancipatione. C. de fi. inſtru. & ita fuit deciſum in cauſa nobilis Baudini Adhemarii, co̅tra dominum garde diffinitiua

die

die xix. menſis Maii. Mil.cccc-lvij. in manib⁹ Bototi ſuper debito trium milium florenorum auri debitorū pro penſione,lxx. 1 florenorum auri. Sed quādo dicetur inſtrumentum groſſatum de antiquo, credo quòd per lapſum duorū annorum ſecūdum Hoſti. & Anton. de Butrio, in c. cum inter. de re iu. in fi. ubi expreſsè dicunt, ꝙ factum dicitur antiquū, per lapſum duorū annorū. Sed quis iudex debeat ꝓthocolla cōmittere ī terra banc a

2 retu: uide quæ ſcripſi ſ.q.ij. * An notarius recipiens inſtrumentū contractus à iure reprobati, puniatur? dic ꝙ ſic. ut notatur in l. generali. C. de tabulariis. lib. x. & text. in §. callidis. de ꝓhi. feudi alienati. Et pleni⁹ dixi ī.quæ. cccccxxxiij. de materia ꝓthocollorū, uide quę ſcripſi ſ.quæ.xix.

a ¶Propria authoritate. *Contrariū tenet do. Fely in c. quū P. tabellio. ij. col. uer. iiij. quæritur. extra de fi. inſt. allegat. d. Io. An. in c. quū P. et Spe. et Io. An. in ti. de inſtru. edit. §. oſtenſio. uer. quid ſi aliquis tabellio legat. & do. Bal. et Paul. de Ca. in l. ſi quis ex argentariis. § nihil. ff. de eden. et ibi ſoluit cōtraria iura, per do. Bar. in d. §. cogentur adducta. Videtur tamen uelle, quòd ſufficiat in huiuſmodi caſu generalis licentia iudicis, conceſſa ſibi ad leuandum rogationes defuncti, & publicam formam ad requiſitionem quorum intereſt.*

SVMMARIVM.

1 *Domino mortuo, an expiret mandatum procuratoris.*

QVAEST. CXIX.

IVRE canonico procurator qui etiā fuit litem conteſtatus, non pōt procedere uſq;* ad diffinitiuam mortuo domino: quia per mortē domini dicit̄ reuocatum mandatū, per cle. fi. de procura. Secus tamē eſt de iure ciuili: qa de iure ciuili domino etiā mortuo & re nō integra, nō dicitur reuocatū mandatū. Et procurator dominus litis, pōt ſemper procedere in cauſa uſq; ad diffinitiuā, in l. ſi defunctus.[a] ff. de procu. cū ſi. no. per Spe. in ti. de procu. §. ratione quoq;. uer. ſed nūquid procurator. ita dicit Io. An. in addi. Spe. in d. uer. ſed nūqd ꝓcurator &c. & hęc determinatio iuris ciuilis obſeruatur in iudicando in omnibus curiis præſentis patrię Delph. de ſtylo curiarū, qui ſtyl⁹ ꝓ l. debet obſeruari. ī c. quàm graui. de crimine falſi. & in §. fi. inſti. de ſatiſ.[b] b & in c. ex literis. extrà de cōſtitutionibus. in l. iij. ff. de ꝓba. Quia etiā dicta cle. loquit̄ de beneficialibus, ut ibi declarat gl. ſuper uerbo, ꝓ eccleſia. in prin. hic aūt loquimur in ꝓphanis & cauſis temporalibus, ut re nō integra nō finit̄ mādatū, puta lit. cōte. p d. l. ſi defunctus. cum ſimi. & ita etiā declarat glo. in dicta cle. in uerbo, pro eccleſia. De materia dictæ cle. fi. de procuratoribus. plenè dixi ī. q. cccccxlvij. uide q̄ dixi ī. q. cccccxcj. quādo dicatur lis pendere, uide c. fi. ut lite pen den. in cle. &c. Et quādo dicetur

integra in iudiciis.uide in d.c'e. fi.in gl. ſuper uerbo ꝓ eccleſia.

a ¶L.ſi defunctus. *In tantum hoc eſt uerum, quòd ſi procurator acceptauit mandatũ, & ſatiſdedit iudi. ſolu. non expirat mandatum morte domini.ut dicit Bart.& Ange.in d. l.ſi defunctus.*

b ¶§.fi.facit inſti.eo.ti. de ſatiſd. *In princ.ibi,alium nouitas per uſum amplexa eſt.& Spe.in ti.de aduoc. §.vj.uer. quidam modus. Adde do. Cy.in l.ij.C.quæ ſit longa cõſuetudo.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in confeſſum, iudicio etiã minus legitimè inſtituto, ualet.*

2 *Confeſſio facta extra iudicium, an faciat indicium ad torturam.*

QVAESTIO CXX.

DOMINVS Antonius de Butr.in ſuo repertorio in litera C.ſuper uerbo confeſsio,
1 *dicit,ꝙ ualet ſentẽtia lata in cõfeſſum etiã iudicio minus legitimè inſtituto, uel ſuper libello inepto: & allegat dictũ Inno.in c.Piſanis.de reſtitu.ſpoli.& in c. qualiter & quãdo.extrà de accu. & ita refert tenuiſſe Bal. idẽ tenet Bar. in l. ſi cõfeſſus.ff.de cuſtodia reorum.& ibi pleniſsimè uide de hac materia.& ita ſeruatur in curia parlamẽti Delph.in qua curia parlamẽti etiã proceditur ſummariè,ſola facti ueritate inſpecta.& ſup hoc uide quæ etiã ſcripſi ſ.q.lviij. & præmiſſa ſunt uera in cauſa ciuili: ſed ubi fieret cõfeſsio in cauſa criminali,talis cõfeſsio nõ eſſet ſufficiens ad condemnandum, quãdo proceſſus eſt nullus: per gl.in l. ſi filius.C.de libe.cauſa.no. Inn. in c.qualiter & quãdo. de accu. licet Bart. uideat̃ dicere cõtrariũ.in d.l.ſi cõfeſſus.& dicit ipſe Bar.ꝙ talis ſentẽtia in cõfeſſum lata,eſt interlocutoria. alleg.ff. de his qui notant̃ infamia.l.ict* fuſtium.Sed credo,ꝙ nõ ſit ſimplex interlocutoria.Sed habent uim diffinitiuæ, ſi cõtineat aliqd dari, fieri, ſolui,uel reſtitui: per ea quæ ſ.dixi q.xij.[a] ita etiã ꝙ ſit appellandũ in ſcriptis: ut ibi dixi. De proceſſu nullo ſi cõſenſu partiũ poſsit conualidari: uide q̃ dixi ſ.q.ccxvj.
2 *An cõfeſſio facta extra iudiciũ faciat ĩdiciũ ad torturã.Bart.ꝙ ſic. in d.l. ſi cõfeſſus.& no.in l.c.v.ff.de adulteriis. Sed ſi cõfeſsio in iudicio facta ſit nulla aliqua ratiõe, an faciat ĩdiciũ ad torturã. Inn. per c. p inqſitionẽ. extrà de ele. uidetur tenere ꝙ ſic.coll. uero in c.at ſi cleri.de iud.uidet̃ tenere ꝙ non. ideo deciſionẽ pñtis dubii relinquo determinatiõi p curiã parlamẽti fiendæ: quã hic ſubiungam,ut uidebo eam fieri. a ¶Quæſtione xij.*Vbi dicitur quãdo interlocutoria cenſetur habere uim diffinitiuæ ſententiæ.*

SVMMARIVM.

1 *Homicida uoluntarius an gaudeat immunitate.*

2 *Exiſtenti in immunitate, poſsintne alimenta denegari.*

3 *Homicidæ uoluntario an debeant in eccleſia compedes necti.*

4 *Palatiũ Epi an gaudeat imunitate.*

QVAE

QVAESTIO CXXI.

IN camera conſilii, in qua erāt
1 *domini parlamenti.uidelicet dominus mōtis Einardi locum tenens gubernatoris, Io.Bauili præſidēs, Ma.thomaſsini,Io.de ſancto Germano aduocatus fiſcalis: ac etiā domini Cameræ cōputorū Delphi.uidelicet magiſter Io.de Morolio, præſidēs camerę,Io.de Orginiaco,Io.tā. pitie auditores.Et ego,dū alter caret de mōte robineti alloze, caſtellani uoyronis, nup in dicto loco uoyronis nequiter interfecti per nobilē Io.Grimaudi & eius conſortes fuit qſitū, utrū dicti homicidę qui ſunt de prę- ſenti in immunitate eccleſię,debeant gaudere immunitate. & fuit opinatū(nemine diſcrepan
a te)& cōcluſum,ꝙ non[a] debent gaudere imunitate, cū dicti homicidæ fuerint uolūtarii prępē- ſatis inſidiis: & ꝙ debēt capi & extrahi ab immunitate, per c.j. de homicidio. in antiquis. ubi eſt tex.& gl.in auth. de mādatis principū.§.neq; autē.& no.glo. Cy.& Bar.in l.ij.C.de his,qui ad eccle.cōfu.ita etiā tenet do.Ange.de Arct. doct.nouiſsimus in tractatu ſuo de maleficiis. ſuper uerbo,ꝙ fama publica precedēte.ubi allegat iura prædicta.ſed contra hoc facere uidetur,quia canon nō prębet cauſam ſeu occaſionem mortis.Ideó do. Ant. de Bu.in d.c.j.multos narrat intellectus d.c.j.de homicidio.Primó, ꝙ loquatur de homicidio ſpirituali: ut ſit ſenſus homicidam mori ſpiritualiter, ſi non pœniteat. Secundus intellectus eſt,ut moriatur quo ad uitā actiuam.i.pœnitentia plectať. Tertius intellectus eſt,ut moriatur, i. deponatur à ſuo ordiñe,& ſic loquatur de morte ſuæ dignitatis.Vel quarto, ut intelligit glo. moriatur.i. ab eccleſia nō defendatur.Vel quintó,ꝙ moriatur.i. tradatur curiæ ſeculari eo depoſito ſecūdum formā.c. quum ab homine.de iudi.ſecundū Hoſti. Vel ꝙ hæc nō eſt lex cano. ſed Exodi: qua ſæpe imponebatur pœna mortis,& inſeritur in decretalibus:ut ſciať nō ut in eccleſiaſtico foro ſeruet: ita dicit ibi do.Ant.de But.Et ſic accipiēdo dictum quintū intellectū ad d.c. j. de homici. prout eū intelligit do.Hoſti.iūcta d.l. Exodi.& his quæ legūtur, & notātur in d. §. neq; autē.in authē.de mandatis principum. apparet concluſi.de qua ſ.factā per dictos do.meos parlamenti eſſe iuri conſonam, attento etiā ꝙ tex.in d.c.j.de homicid.ita clarè eſt & indiſtinctè loquens, indiſtinctè eſt intelligēdus, ut iuribus uulgatis:& ita etiam inde fuit per iudicē curię cōmunis Grationop.obſeruatū ad cauſam mortis Raymūdi Fabri uolūtariè etiā præpēſatis inſidiis interfecti:cuius homicida fuit extractus ab eccleſia fratrū prædicatorum Grationo.& incarceratus in carceribus portæ Troynę,die ix.Aug.M.ccccl vij.

& quòd homicida non debeat
gaudere immunitate, tenet per
pulchras rationes Io.Ferrarii.in
ti.forma inquiſitionis,ſuper ma
leficii.in xij .col. qua die ſit ite-
ratò deliberatū & cōcluſum in-
ter dominos parlamenti ſecum
uocatis aliis in iure peritis,prę-
ſentis ciuitatis , ꝙ dictus iudex
cōmunis bene ꝓceſſerat , dictū
homicidam extrahendo à dicta
immunitate. Quia extrahēs ab
immunitate illū,qui nō debet ea
gaudere, non dicitur infregiſſe
immunitatē,ut dicit de Zaberel
lis in c.inter alia.extra de immu
ni.ecc.Licet Saly.in auth.ſi quis
ei.C.de adulteriis.uoluerit dice
re ꝙ prius debuiſſet requiri li-
centia ab epo,nō poſſet obtēta.
Quod tamē nō ſeruat in hac cu
ria parlamēti:quia de Zabar.in
cle.j. de officio ordinarii tenet
indiſtinctè, ꝙ debet ab eo epo
extrahi:ubi delat⁹ nō debet gau
dere immunita.Sed qs debebat
cognoſcere de habitu clericali.
2 uide quæ dixi ĵ.q.cxxxviij.* Sed
iuxta hæc quæro,an exiſtenti in
immunitate , poſsit ei obſidio
opponi circūcirca eccleſiam,uel
alimēta denegari. Hoſt.in lectu
ra, in ca.inter alia. extrà de im-
muni.ecc.dicit ꝙ nō, & ꝙ malè
faciunt domini tēporales ita fa
3 cientes.*Idē in ſimili crederē,ꝙ
non deberet in eccleſia cōpedi
tari de iure. Et cōtrariū faciētes
infringūt in immu. ec.ac ſi ipm
extraherēt,& incidūt in pœnam
l.fideli.C.de his qui ad ecc.con-
fugiunt,argu.l.j.§.pe.ff.de ui &
ui ar.& ibi bonus tex.& l. Fulci-
nius.§.illud.ff.ex qb.cau.in poſ.
ea.de priuil. credito.l.eū qui. la
ij.& de termino moto.l.fi.in pri
cipio. de materia immunitatis
uide Ang.de are.in tractatu ſuo
de maleficiis.in gl.ſuper uerbo,
ꝙ fama publica referente. ibi,
iiij.quæro.de cōſuetudine con-
trarium ſeruatur. Itē depopula
tores agrorū & inſidiatores iti-
nerū nō gaudēt immunitate: ut
d.c.inter. Itē nec etiā in eccleſia
b delinquētes[b] .in c.fi.extrà de im
muni.eccl.Itē etiā delinquentes
cōtra eccleſiā. in c. cōqueſti.ex-
trà de ſen.excō. Attamē ſciendū
eſt,ꝓ in omni caſu debet reddi
iudici iurāti ei ſeruare uitā & mē
bra:ut ibi no.Hoſti. An officia-
lis poſsit extrahere clericum de
immuni.eccl. Io. Fa.tenet ꝙ ſic.
inſti.de his, q ſunt ſui uel alieni
iuris:ſuper quo uide quæ plenè
dicit Franc.de Zabarel.in cle.j.
4 de pœni.& re.* Et ibi uide utrū
palatiū epi gaudeat immunita-
te.& ipſe de Zabarel.in cle.j.de
offi.ordi. tenet ꝙ delatus debet
extrahi p epiſcopū, ubi delatus
nō debet gaudere immunitate.
a ¶ Quod nō. *Cōtrarium tenet do.*
Pan. in c.inter alia.extrà de immu.
eccle. & ibi hanc quæſtionem opti-
me diſcutit , quæ omnino uideas.
* *Tu Adde Pe. de An.in c.j.de homic.*
b ¶ In eccleſia delinquentes. *Hoc*
intellige uerum, ſi ibi delinquāt ſub
ſpe immunitatis. ut ibi tenet domi.
Panor.in d.c.& c.inter alia.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſignatum per alterutrum notarium adhibitorum per partes, an fidem faciat. diſting. nu. 3.*

2 *Notary duo cur ferè adhibeantur.*

QVAESTIO CXXII.

AN inſtrumētum, in quo per partes cōtrahētes fuerunt 1 * adhibiti duo notarii, ſi fuerit groſſatum & ſignatū per alterū ex notariis, ſit probatoriū & fidem faciat? & uidetur ꝙ ſic: quia fidem faceret, ſi tantū unus adhibitus foret. l. ſi quis decurio. C. ad leg. Corne. de Fal. & inſtit. de inutili ſtipul. §. item uerborum. & in auth. de fide inſtru. §. ſi uerò moriantur. col. vj. quæ ſuperfluitas adhibita nō uitiat inſtrumentum, ſi ſubſcriptio alterius notarii ſuperfluè adhibiti non reperiatur. l. teſtamentum. C. de teſtamentis. Et pro hoc facit, qđ ponit gl. j. in c. ij. de reſcriptis. facit etiā in ſimili, quod ponit Io. Fab. inſtitu. de teſta. in prin. ij. q. qua quęrit: Sed quid ſi litera cōtinet, ꝙ duo ſigilla debeant opponi: nec fuit appoſitū niſi unū ſigillum? ubi determinat, ꝙ facit fidem, per no. in d. c. ij. iuncta d. l. teſtamentum. In contrariū uidetur dicendū, ꝙ non ſit probatorium. Nam ad hoc, quòd tabellio unius uel plures poſsint inſtrumētum ſuper aliquo contractu conficere, illud debet eis mandari & præcipi per omnes, quorum in illo contractu conſenſus requiritur: ut l. cōtractus. C. de fide inſtru. Quorum enim conſenſus in aliquo actu requiritur, ipſorū uoluntas in ſcriptura probatoria eſt neceſſaria. l. ij. C. de rela. in auth. de tabellio. in principio. & §. j. aliàs ſi unus cō trahentium tantum mandaret, quòd fieret inſtrumentum, non ualeret. l. cū precibus. C. de probationibus. & not. glo. in d. §. j. in auth. de tabellionibus. ſuper uerbo iniungetur. & per Spe. in ti. de inſtr. edi. §. poſtquā. uerſic. item nūquid eſt neceſſarius cōſenſus utriuſque cōtrahentium &c. quem ſequitur Ioan. And. in addi. Spec. Modo certum eſt, ꝙ partes adiungēdum alium notarium non mandauerunt, nec uoluerunt, ꝙ unus ſolus notariorum ſine alio notario ſecum iuncto conficeret inſtrumētum. Quia aliter dicta adiunctio totaliter eſſet inanis & ſuperflua: quod non eſt dicēdum. per conſequens, unus ſolus ſine alio ſibi adiuncto inſtrumentum conficere non poteſt per iura allegata: & ſi non poteſt inſtrumentum conficere, per conſequens inſtrumentum non eſt probatorium. Illud etiam ſequitur Spe. in ti. de inſtru. edi. §. inſtrumentum. uerſi. ergo. Item, ꝙ non eſt ſignatum ab eo, qui ad hoc deputatus eſt &c. hanc etiam partē ſequuntur Bal. & Saly. in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. idem etiā tenet expreſsè Alberi. de Roſate in lege j. ff. de offi. proconſulis. dicens ibidem de hoc eſſe caſum legis, & ita obtinuiſſe. Nā & ipſe

ipſe ibidem dicit,licet officium tabellionatus ſit introductum à lege:ut C.de tab.per totum : tamen poteſtas & miniſtratio cōficiendi inſtrumentum confertur ab homine creante tabelliones,|& à cōtrahētibus.alleg.pro hoc d.l.contractus.C.de fi.instr.
2 Et dicuntur*adiecti duo notarii ad ſuſpicioné falſitatis tollēdā. l.fi.C.de fideicō. ibi, lex etenim ne quid falſitatis incurrat.ſi per duos forté teſtes compoſitū eſt, maiorem numerum expoſtulat, ut per ampliores homines perfectiſsima ueritas reueletur &c. Si etiam partes contrahētes ne qd falſitatis incurrere poſsint, & ut perfectiſsima ueritas magis reueletur, quandoque duos notarios adhibent : aliàs cōtractū nullo modo ualere demonſtrantes. Pro hoc etiam uidetur text.in l.cū magiſtratus. C. quādo prouo.non eſt neceſ.Sic etiā uidemus in pluribus pcuratoribus ſimpliciter conſtitutis.Nā ſi dictum non fuerit, quòd quilibet habeat poteſtatem inſolidum,unus ſine alio nihil facere poteſt:ut in l.pluribus. & ibi gl. ff.de procur. Sic etiam ubi ſunt duo notarii adhibiti, unus ſine alio nihil facere poteſt.Pro quo etiam facit c. prudentiam. extrà de off.deleg. nec obſtat ſi dicatur, quòd ad utilitatem inſtrumēti corā teſtibus ſufficit unus notarius.Quia hoc uerū eſt,niſi partes uoluerint cū maiori ſolennitate cōtrahere. Et ſic duos notarios in contractu adhibere:ſicut in ſimili uidemus, quòd contractus emptionis ſolo conſenſu perficitur. inſtitu. de obli. quæ ex conſenſu. per totū. Veruntamen ubi partes uolunt cōtractum fieri in ſcriptis, ad iuſtificationem ipſius,non ſufficit probare conſenſum interueniſſe:ſed etiā oportet probare cōtractū fuiſſe factū & receptū in ſcriptis.& alleg.l. contractus. C. de fide inſtr. & inſtitut. de emptio.& uendit.§.j. Sic etiam,ubi partes ab initio cōtractus (ut in maiori ſolennitate contrahant & falſitatem euitent) duos notarios adhibent,nō ualet inſtrumētum ſuper ipſo cōtractu cōfectum,niſi per ambos notarios
a fuerit debitè uiſum & ſignatū. a Nam quantò plura ſigna tabellionum in chartis ſunt,tantò inſtrumenta cautiora.ut not.gl. in authē.de tabel.§.j. ſuper uerbo, iungatur.in fi.allegatur pro hoc in auth.de fide inſtr.§. oportet. Et hanc queſtionem uidi de facto in hac curia parlamenti de anno do. M. ccccivij. de menſe Iulii in relatione proceſſus ex poſt in eadem curia diffiniti inter Catharinam Pebo, relictam Antonii Burgundionis de Roma, agentē ex una parte:& Deſiderium Vilaris aliàs Raboti,& Ioā.Alexii reos ex altera,in manibus Claudii bonis ſecretarii Delphinalis : in quo proceſſu dicti rei oppoſuerunt, quòd inſtrumētum obligatorium, cuius

uigo

uigore agebat dicta Catharina
Pebo, nõ erat ſignatũ niſi p unũ
ex notariis: uidelicet per Bar-
gena, & non per Antoniũ Guy-
nerti alterũ ex notariis: qui di-
ctum Inſtrumentum receperũt.
Sed quia in dicto proceſſu fuit
b produca nota [b] dicti inſtrumẽ-
ti, quæ erat ſignata manu dicto-
rũ amborũ notariorũ, ideo fue-
rũt cõceſſę literę præciſę pro d.
Cath. contra dictos reos ita fuit
iudicatum. Sed ſi dicta nota ma-
nu amborum notariorũ ſignata
nõ fuiſſet reperta, dictũ inſtru-
mentum non fuiſſet fortè pro-
batorium, per iura & rationes
doctorũ ſupra allegatas. Atten-
3 to* maximè, ꝙ in dicto inſtru-
mento continebatur, quòd fue-
rat actum inter dictas partes, ꝙ
dicti duo notarii conficerẽt in-
ſtrumentum: ubi autem fuiſſet
dictum, quòd per quẽlibet ipſo-
rum notariorum inſolidum fie-
ret inſtrumentum, tunc non eſ-
ſet dubium: quia quilibet ipſorũ
poſſet inſtrumentum per ſe cõ-
ficere. arg. c. ſi duo. de procur. li.
vj. & per l. item ſi unus. §. cum in
plures. ff. de arbit. Sed iuxta hæc
quæro. Vnus notarius ſcripſit
groſſam, alter ſignauit: nunquid
erit probatoriũ tale inſtrumen-
tũ? uidetur quòd ſic: per l. ſi quis
ex argẽtariis. in §. ij. ff. de edẽ. &
de hac materia tangit Bald. in l.
iuriſiurandi. C. de teſtibus.

a ualidari:[a] ut not. p gl. & doct. in c. ueniens. extrà de teſti. & dixi ſ. q. ccvij. Sed dicta Maria conſenſit in hac ultima inſtantia dictis atteſtatiōibus, eaſdē atteſtationes cū toto proceſſu producēdo abſq; aliqua proteſtatiōe.[b] b
Igitur &c. pro quo l. cum pretiū. C. de liberali cauſa. Et quòd atteſtatiōes ſumptæ in cauſa poſſeſsorii fidē faciant in cauſa petitorii, uidetur bonus text. in l. præſes. iuncta l. j. C. de plagiariis. & ita tenet Bar. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. ui bono. rapto. Præterea uidemus quòd ſi quis plenè probauerit in iudicio reſcindendi, obtēta reſciſsiōe pro bationes fidem faciunt in reſtitutorio. Vnde ſi in iudicio reſcindendi probauero plenè dominiū, iſta probatio ſufficiet in iudicio reſtitutorio. ita tenet Ioan. Fab. inſti. de action. §. ſed iſtę quidem. in penul. col. alleg. ff. ad exhiben. l. Celſus. præterea Iac. Butr. dicit etiam in l. is apud quem. C. de edē. quòd eſto, quòd inter eaſdem perſonas mutetur res uel cauſa, etiam ſi non ſit acceſſoria primæ: ſi probatiōes factæ in prima ſint debito modo factæ, ſi cauſa ſequens ſit ciuilis, proſunt in eadem. Si autem nō ſunt debito modo factę, tunc nō proſunt, nec in prima nec in ſecunda. l. ij. C. de teſti. In cauſa autem criminali[c] non ſufficerent. c
Bald. etiam dicit in l. edita. C. de eden. quòd ex probationibus ritè receptis ad plenam probatio nem non ad ſimplicem inſtructionem ſuper inquiſitione generali ſæpe condemnantur magiſtratus, & officiales eorum. ita

ita dicit ipſe in d.l.edicta.in ix. col.Præterea omnes doc.in hoc conueniunt,ꝙ probationes fa- c cientes pro reo habitæ in una cauſa,faciunt fidem inter eaſdē perſonas,etiam in alia cauſa:ita tenent doct.in l.unica. C.quan- d do ciui.actio crimi.præiu.Reſtat ergo uera concluſio,ꝙ acta facta in poſſeſſorio in prima & ſe e cunda inſtantia,fidem faciāt in hac tertia,etiā in petitorio intē tato.Et ita etiam concluſerunt unanimiter dicti domini doct. ſuprà nominati,in dicto proceſ ſu,ſuper caſtro mirabelli, fuitq;
3 ita iudicatū de hac materia.*An
d acta in uno iudicio[d] fidem fa-
e ciant in alio. Cy.[e] plenè diſtin-
4 guit in l.edita.C.de edē.*Et an acta facta in cauſa criminali fidē faciāt in ciuili.uide Sal.& doct. in l.ſi quis ad ſe fundū.C.ad legem Iul.de ui pub.Sed quid de confeſsione facta in uno iudi- 1 cio inter certas perſonas.an prę iudicet aliis in alio iudicio?uide quæ dixi infrà q.ccliiij.

a ¶Validari. *Inno.in c.cum cauſam. in ulti.col.in gl.ſua in uer,præſuppo- a nere.de teſt.a.Acta tamen quæ ſunt de ſubſtantia iudiciorū,ut litis conteſtationes,iudicata,& huiuſmodi, non poſſunt per conſenſum partium ualidari:ut ibi dicit do.Inno.*

b ¶Proteſtatione. *Acta producta et cū proteſtatione quatenus faciant pro parte producente,& non aliter, nocent & probant contra producentem:quia exinde conſtat iudici, ut iudici.hic eſt Bald.in l.j.ij.col.uerſi. ex hoc pono talem concluſionem.C. ut quæ deſ.aduo.par.iud.ſup.*

c ¶Criminali. *An acta in cauſa ciuili,probent in criminali:& quid ecōtrà d.Bar.in l.ij.§.j.in j.ij.& iij.col. uer.quæro utrum.C.ui bo.rap.*

d ¶An acta uno iudicio. *Vide de hoc quæſito,quod not.in deciſio.tho. quæſtio.cxcviij.*

e ¶Cyn. *In l.ſi apud quem. & ibi do.Odofre.Bart.& Bal.C.de eden. & domi.Imol.& Fely.in c.cauſam quæ.lo j.extrà de teſt.& Bart.in d. l.ij.§.j.C.ui bono,rap.An autē perempta inſtantia,acta probent in alia,inter eaſdem perſonas,uel ſucceſſores earum particulares uel uniuerſales? Alexan.in conſi.lxiij.in ij.uol. Et an acta in uno iudicio, faciant fidem in alio,uide poſt omnes doctо. domi.Iaſ.de May.in l.edita.in xiiij. colum.in uerſicu.ſecundus caſus eſt. de edend.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio expenſarum cauſa appellationis uel ſupplicationis, qualiter fieri debeat.uide nu.1.*

QVAEST. CXXXVII.

SED quid dicemus de expenſis[a] dicti proceſſus primæ ſecundæ & tertiæ inſtantiarum:& quæ conſideratio habebitur circa adiudicationem ipſarū,*Et ſuper his uidebitur,quòd reſpectu expēſarum dictæ primæ inſtantiæ dicta Maria malè fuerit condemnata in expenſis, dicti do.Io,de Mirabello,niſi à tempore quo fuit probatus dictus error, & ordinatio ſuper eius correctiōe facta,ita uidetur di-

n cere

cere Bart.in l.properandum.§.ſinautem alterutra. C. de iudi. per l.ſi quis inficiatus. ff.depoſiti.Item Bal.in l.deſtitiſſe.ff.de iudi.concludentes ꝙ pro parte temporis,quo habita fuit iuſta cauſa litigandi,non condemnabatur in expenſis.Pro alio uerò tempore ſic:quia iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis.l. qui ſolidum.§.etiã.ff.de lega.ij. Sed quicquid dicãt Bart. & Bal. credo contrarium,quòd imò dicta Maria in omnibus expenſis dictæ primæ inſtantiæ bene fuerit per curiam parlamenti condẽnata.Ratio,quia ex quo ipſa Maria poſt publicationem teſtium ſuper dicto errore notariorum examinatorum ſibi aperuit teſtamẽtum, de quo ipſa ſe iuuabat, nõ fuiſſe poſterius, & fuiſſe reuocatum per aliud poſterius teſtamentũ:ut latè dixi ſuprà quæſt.cxxvij.& qõ.cxxviij.ipſa debuit incontinẽti deſiſtere à proſecutione cauſæ:& quia non fecit,ſed perſeuerauit uſque ad finem litis,uidetur dicta Maria ab initio ſciuiſſe malam cauſam fouere, & fuiſſe in dolo,pro quo adduco tex,in ſimili.in l.j.§.circa.ff.de excepti, doli.Et ideo dico ꝙ bene iudicauit dicta curia parlamenti, in dicta prima inſtantia, etiam reſpectu expenſarum:in eo quòd condemnauit dictam Mariã in omnibus expenſis dictæ primæ inſtantiæ.Sed quid erit de expẽſis huius inſtantiæ?Doctores uariant in caſu, in quo uictoriam habens in cauſa principali ſuccũbit in cauſa appellatiõis. Nã gloſ.in l.generaliter.C.de reb. credi.tenet ꝙ neuter debet in expenſis cõdemnari.idem tenet Spec.in tit.de expenſis. §.nunc uidendum reſtat.uerſi.quid de appella.& Ioã.mona.in c.cordi. de appella.in vj. quos ſequitur Henri.Bo hic.in c.finem.de dol. & contu.Contrarium tenet glo. in c.in primis.ij.q.j.& Cyn.poſt Pet.in d.l.generaliter.C.de reb. credi.Et ibi fixè tenet iſtam partem,& reſpondet iuribus & rationibus in contrariũ allegatis. Inn.uerò in c.finem.extrà de dolo & contu.& Io.And.in regula ignorantiæ.Bar,in d.l.generaliter.& Bal.in d.l.properandum. §.ſinautem.hoc diſtinguunt.aut in primis actis ſuccũbit,& condemnatur in expenſis:aut ex nouiter probatis,& tunc non:ut dicit Bal.communiter tenetur iſta opin.Inno.& hanc partẽ ſequitur Salyc.in d.l.generaliter.qui hanc materiam declarat ultra omnes.Et adde,ꝙ quãdo ex primis actis ſuccumbit,ꝙ bene dicũt:quia fuit error iuris &c.Sed quando ex nouiter probatis:tũc diſtinguũt. Aut nouiter probata erant ueriſimiliter nota ſuccũbenti,in cauſa appellationis:& tunc etiã debet condemnari in expenſis:quia non habuit iuſtã cauſam. Aut nõ erant ſibi nota: & tunc quis habuit iuſtam cauſam &c.non debuit cõdemnari,

Et

Et iſta opin. uidetur ſequenda, ſecundum quam pars dictæ Mariæ uidetur in expenſis cōdemnanda. Attento etiā ꝙ apparet manifeſtè ſecundā ſententiā magni conſilii æquam fuiſſe: nec eſſe iniquam. quo caſu etiam ſe-
2 cundum Inno. debet* in expenſis ſuccumbens in caſu appellationis condemnari. Et ita etiam ubi ſuprà concluſum & ſententiatum per dictos do. curiæ parlamenti, in diffinitiōe dicti proceſſus, caſtri de Mirabello. De
b materia expenſarum[b] tā in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis, quando & qualiter & quomodo, & de multis quæſtionibus recurre ſemper ad Inno. in d.c. finem, extra de dol. & contu. & quæ dixi infrà q.cccc-xxxvj. & ibi.xlviij. quæro &c. de materia expēſarū, etiā tetigi in notabilib. meis. in §. poteſt fieri cōpenſatio expenſarum &c. & Henri. Bohic. in c. finem &c. uide etiam Ang. de Are. in l. negotiorum. ff. de appellatio. ubi allegat opiniones etiam doct. nouiſsimorum.

a ¶De expenſis &c. *Vide iſtum conſi. ſuo ij. incip. proceſſus dudum finitus. in fin.*

b ¶De materia expenſarum. *Vide pulchrè & ſubtiliter do. Bald. in l. eos. §. cautionem. in ij. col. uer. ſubſequenter. & ſeq. uſque ad fi. C. de appel. do. Azo. in ſumma. C. de iudi. iij. col. uer. in ſententia.*

SVMMARIVM.

Homicida deprahenſus in habitu clericali, an gaudere debeat priuilegio clericatus.

2 *Homicida ad quem iudicem ſit uocandus.*

3 *Probatio tituli clericalis, eſt quid ſpirituale.*

4 *Et, coniungit diuerſa.*

5 *Clericus captus ſine habitu, an debeat remitti eccleſiaſtico iudici.*

6 *Homicida uoluntarius an debeat immunitate eccleſiæ gaudere.*

7 *Epiſcopus an poſſit delegare iudici laico cauſam criminalem, contra clericum coniugatum.*

QVAEST CXXXVIII.

a IN camera conſilii[a], in qua erant domini mei parlamenti, ſecum uocatis aliquibus dominis doct. præſentis ciuitatis Gration. In magno numero de anno dñi M.cccclvij. die.ix. mēſis Auguſti, fuit poſitum in deliberatiōe cōſilij, an Claudius Marbodi panatarius Grationo. cum unica uirgine coniugatus, qui prepēſatis inſidiis die heſterna Raymundū Fabri notarium &
1 ciuem d. ciuitatis Gratio.* nequiter interfecit, gaudere debeat priuilegio clericali cū depræhenſus fuerit in tonſura clericali. Et fuit ibi concluſum (nemine diſcrepante) ꝙ nō debet gaudere, cū fuerit depræhenſus portans pileum lanæ, & cū ue-
b ſte frontiata[b] ſuper ſpatulas cōtra diſpoſitionem c. quoniā. extrà de uita & hone. cleri. in cle. & cum ueſte breui per dimidiū pedē uel circa ſupra genua ſua, quæ ueſtus tam breuis, propter-

eà non debet dici habitus clericalis: quia cleri non debent eas tam breues[c] portare, ut in d.c. quoniam. Nunc eſt, ꝙ alibi dicitur, ꝙ debẽt eſſe talares. xxiij. diſt.c.pen. nam habitus clericalis dicitur, quando ipſum habitum deferens ex inſpectione talis habitus, clericus præſumitur: & prima facie iudicatur clericus: hoc probat tex. in c.ſi iudex laicus, de ſentẽ. excom. lib. vj. ibi iuſtum eſt enim, ut talis geſtans, ex habitu præſumatur, qualis eſſet is, cujus fuiſſe habitũ comprobatur. quod c. quoniam non ſubmouetur nec corrigitur, per clemen. ij. eod. tit. ubi fit mentio de ueſtimentis bipartitis & diuerſorũ colorum: ut dicit gl. in d. clemen. ij. Sic quòd propterea dictus homicida priuilegio clericali gaudere non debet, iuxta cap. j. de cleri. coniuga. lib. vj. ubi duo copulatiua requiruntur: uidelicet, quòd deferat tonſuram & habitum: & ad uerificationẽ coniunctiuæ non ſufficit alterã partem eſſe ueram: ut legitur & not. in c. ex parte. & in c. inter cætera, extrà de reſcri. ita ꝙ deprehenſus in maleficio, habens tonſuram, & non ueſtem, uel ueſtem, & non tonſuram, nõ dicitur captus in habitu clericali. Iſta ſunt uerba Bald. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cleri. & alleg. cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excommu. lib. vj. & dicit idem tenere Ioan. And. in nouella. Quæ præmiſſa locum habent non ſolum in clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: ſed etiã in ſimplicibus clericis. per clemen. ij. de uita & honeſt. clerico. etiam coniugatis, iuxta dictum cap. ſi iudex laicus. Præterea ex alio capite dictus homicida non ſe abſtinuit ab officio & commercio ſecularibus. quia tempore dicti delicti erat fornerius decoquens, & uendens in banca publicè panes in præſenti ciuitate, ut eſt notorium. Ideò perdidiſſe dicitur dictum priuilegium clericale, ut probat text. in c. clerici. in princip. extrà de uita & hone. clerico. in antiq. & in cle. j. eod. tit. de uita & honeſta. clerico, & ipſo iure: ut dicit c. j. de uita & honeſta. cleri. lib. vj. etiam non præcedente monitione, cum eſſet clericus coniugatus: ut dicunt Io. Mona. Arch. & docto. in d. c. unico. de cleri. coniuga. lib. vj. & facit clemen. j. & ibi Guliel. de mõte lauduno, de uita & honeſta. cleri. Quod ſecus eſt in clerico non coniugato: ut in c. in audientia. & in ca. contingit. extrà de ſenten. excõ.
2 Et[*] licet reuerẽdiſsimus in Chriſto pater d. dominus epiſcopus Grationopoli. & eius officialis petierit ſibi dictum delatũ remitti, pro cognoſcendo, an debeat gaudere priuilegio clericali uel ne, ſecum uocato domino iudice cõmunis Grationop. iuxta formam dicti capituli, ſi iudex laicus. Fuit tamen ibi determinatum & concluſum per dictos

ctos dominos,quòd dicti domi
ni epiſcopus & eius officialis
de hoc cognoſcere nõ debẽt,cũ
ipſe homicida nõ fuerit depre-
henſus per præmiſſa, in habitu
d clericali,[d]& propterea priuile-
gio clericali gaudere nõ debet,
ut dicit Bal.in d.l.ſi quã per ca-
lumniam.per d.c.unicum.de cle
ri.coniu.lib.vj.nõ obſtante d.c.
ſi iudex laicus.quia d.c.loquitur
in caſu,in quo erat dubiũ,an cri
minoſus eſſet clericus uel ne,
quãquã fuiſſet in quaſi poſſeſ-
ſione clericatus propter tonſu-
ram,ſecundũ Iac.But.& Bald.in
d.l.ſi qua per calumniam. Quo
caſu cognitio pertinet iudici ec
cleſiaſtico,an ſit clericus uel ne,
per exhibitionem tituli.Sed ille
tex.non loquitur,nec dicit,ꝙ ſi
ſit quæſtio,& dubium de habi-
e tu,[e]an ſit clericalis uel ne,ꝙ iu-
dex eccleſiaſticus debeat cogno
ſcere: ideò non debet extendi
diſpoſitio dicti capituli ad ca-
ſum iſtum de habitu:quia no-
ſtra non intereſt legem ac cano
nem ultra caſum ſuum extende-
re,iuxta l.ſi uerò.§.de uiro.ff.
ſoluto matrimonio.Si enim Pa-
pa uoluiſſet,in d.c.ſi iudex lai-
cus.extendi cognitionem iudi-
cis eccleſiaſtici etiam ad alium
caſum reſpectu habitus, bene
expreſsiſſet,ut dicitur in ſimili.
in c.ad audientiam.extrà de de-
cimis.Idem etiam dicitur de Im
peratore,ſi uoluiſſet, bene ex-
preſsiſſet in l.unica.in §.ſin au-
tem ad deficientis.C.de caducis
tollend.ideò ille caſus omiſſus
reſpectu habitus,relinqui debet
diſpoſitioni iuris communis.l.
commodiſsimè.ff.de liberis &
3 poſthu.*Et ratio differentiæ po
teſt aſsignari,quia probatio ti-
tuli clericalis eſt quid ſpiritua-
le:ut aperit text.in d.c.ſi iudex
laicus.circa princip.ideò meri-
to iudex eccleſiaſticus de eo co
gnoſcere debet,ut ibi ſtatuitur.
Sed probatio dicti habitus eſt,
quid temporale & prophanum.
Patet quia eccleſia abhorret or-
nari de ueſte hominis,uel mu-
lieris:quãquam ſit precioſa. de
conſecratione.diſt.j.ad nuptia-
rum.& alibi dicitur,quòd iniu-
rians clericos ſcindendo eius
ueſtem,uel aliquid aliud ſimile
faciendo,non eſt excommuni-
catus:quia licet iniuria fiat per-
ſonæ:non tamen fit in perſonã.
iſta ſunt uerba Bal.poſt Guliel.
de Cuneo.in d.l.ſi qua per ca-
lumniam.Ideò non eſt ueriſimi
le,quòd Papa de tali re propha
na reſpectu iuriſdictionis ſe in-
tromittere uoluerit, prout nec
debet:ut legitur, & not.in au-
then.quomodo oporte.epiſco.
col.j.Et ſi dicatur,quòd imò Pa-
pa ſe intromittit & diſponit de
ueſtibus.in d.c.clerici.& in cle-
menti.ij.de uita & honeſtã.cle-
rico.ad hoc poteſt reſponderi,
quòd ibi Papa diſponit de ueſti
bus reſpectu honeſtatis uitæ cle
ricorum,ſed non reſpectu ſibi
iuriſdictionem attribuenti cir-
ca cognitionem, an habitus ſit

clericalis uel nõ.igitur &c.Præterea, quòd non ſit fienda hoc caſu remiſsio petita, probat tex. in dicto cap.ſi iudex laicus.ibi, quòd malefactor ſit clericus, qui huiuſmodi beneficio gaudere debeat &c. Nota illa uerba, qui huiuſmodi beneficio gaudere debeat. Sed dictus malefactor hoc caſu gaudere non debet priuilegio clericali, per præallegata: igitur non fienda dicta remiſsio. Quia cum ibi tex. loquatur de clerico, qui debet gaudere priuilegio clericali, ergo de alio clerico qui non debet gaudere, non uidetur diſpoſuiſſe: quia ad poſitionem unius, ſequitur remotio alterius. l.hæc uerba. ff.de uerborum ſignificationib.& unius incluſio, eſt alterius excluſio.l.cum prætor.ff.de iudiciis.maximè circa contraria, iuxta no.in l.commiſſoriæ.C.de pactis conuen.inter emptorem & uenditorem.Nam non eſſe in habitu clericali, eſt contrarium illius, qui eſt in habitu: ut patet ad ſenſum.igitur &c.Nec poteſt dici, quòd habitus ſit res connexa titulo clericali: quia imo eſt totaliter diuerſa & ſeparata, ut aperit text. in d.c.unico. de cleri.coniuga. ibi dum dicitur, ſi tonſuram &
4 ueſtes &c.Illa * enim dictio, &, coniungit diuerſa. ut ponit Saly.in l.ad inſtructionẽ.C.de epi. & cle.& not.in d.c.ex parte.de reſcrip.Ideò non mirum, ſi alterum ipſorum ſit ſpirituale, & aliud temporale, ſicut in ſimili uidemus de petitorio rei ſpiritualis, quod eſt ſpirituale, & poſſeſſorium illius rei ſpiritualis eſt temporale: ut uult glo.in c.literas.extrà de iuramen. calum.& ponit Archid.in c.j.de reſti.ſpolia.lib.vj.& dixi ſuprà quæſtio.j. Ex quibus propterea puto uerã ſententiam, quòd iudex eccleſiaſticus non debet cognoſcere de habitu, ſed iudex ſecularis, Et non mirandum, ſi de hoc cognoſcat iudex laicus: quia ſunt multi alii modi, in quibus iudex laicus habet iuriſdictionem in clericos, ut habetur in c.princeps.xxiij.q.v.& ibi pulchra glo. Licet aliqui doc.nouiſsimi, uidelicet de Zabarellis in cle.ij. de uita & hone.cleri.de ſancto Gemi.in d.c.unico.de cler.cõiu. lib.vj.uoluerunt dicere, ꝙ imò iudex eccleſiaſticus debet habere cognitionẽ habitus, quorũ tamẽ opinio nõ uidetur inſequẽda: quia tex.in d.c.ſi iudex laic⁹. hoc nõ aperit, ideò nõ debet caſus illius ca.ad aliũ caſum de habitu ibi nõ expreſſum extẽdi, ut iuribus ſuprà allegatis. Nec obſtat ꝙ dicunt domini doctores nouiſsimi, habitũ eſſe acceſſoriũ ad titulũ qa (ſalua pace) habitus nõ eſt res acceſſoria. Nam ambo habitus & titulus ſimul & principaliter cõcurrũt, ut patet in tex.in tõſurã & ueſtes &c. Ita ꝙ altero deficiẽte ceſſat priuilegiũ, ut ibi, qa illa dictio, &, cõiũgit diuerſa taliter ſeparata, ut in

ribus

tibus ſuprà allegatis. & ſeparatorũ ſeparata eſſe debet ratio & iuris interpretatio. ut no. in c. ij. regris. in gl. ij. extrà de appellationibus. igitur &c.* Et ꝙ clericus captus in delicto ſine habitu, nõ debeat remitti iudici eccleſiaſtico: expreſſè dicit Bal. in l. ſi qua per calũniã. in iiij. q. quę incipit: Sed ponamus ꝙ eſt captus ſine habitu, nũqd ſtatim debet remitti ad epm &c. Licet ex poſt curiæ parla. fuerit exhibitus titulus clericalis dicti homicidę. Quia dicto priuilegio gaudere non debet; cũ fuerit captus in maleficio abſq; habitu clericali. & hoc ꝓbat tex. in d. c. ſi iudex laicus. ibi, & ſi notoriũ fuerit, ꝙ malefactor &c. Et ſequitur quo priuilegio gaudere debeat &c. Sequitur etiã incõtinẽti, ante cognitionẽ de clericatu eccleſiaſticæ curiæ debet reddi &c. ergo à cõtrario, ſi cõſtet de clericatu, & nõ debeat gaudere illo priuilegio: ut in caſu iſto per ſuprà plenè deducta & allegata: ſequitur, ꝙ nõ debet reddi eccleſiaſticæ curiæ. ar. à contrario ſenſu, qđ eſt in iure fortiſsimũ, ut iuribus uulgatis. ſi enim fuiſſet capt⁹ in habitu clericali, debuiſſet remitti dicto dño Epiſcopo, aut eius officiali: ut dicit Bal. in l. ſi qua per cal. in v. q. quę incipit: Sed qd ſi iſte oſtẽdit poteſtati literas clericatus. & ꝓbatur in d. c. ſi iudex laic⁹. Sed aduertẽdum, quia licet do. Bal. ubi ſuprà, in dicta quarta quęſtione, quæ incipit: ſed ponamus, ꝙ eſt captus ſine habitu &c. dicat ꝙ non ſit remittendus: tamẽ dicit ꝙ poteſtas debet ſuperſedere, donec per iudicẽ eccleſiaſticũ cognitũ fuerit de clericatu. Sed ad hoc poteſt reſpõderi duob⁹ modis. primo, ꝙ ſi illud eſſet uerum, ibi dictus malefactor deberet gaudere dicto priuilegio. Sed quia dictus homicida non deberet gaudere illo priuilegio; per ſuprà allegata, & de hoc ſententialiter cõſtat huic curiæ parlamẽti. igit &c. Vel ſecundo, poſſet dici, ꝙ in hoc malè mouetur do. Bal. qa ex quo ipſe do. Bal. in themate dictæ ſuę quartæ quęſtionis præſupponit malefactorem fuiſſe captũ in maleficio ſine habitu clericali: ſequitur neceſſario, ꝙ ipſe nõ debeat gaudere illo priuilegio, per dictum cap. unicũ. de cle. cõiug. li. vj. Si ergo nõ debeat gaudere, ſequitur ꝙ illa futura cognitio iudicis eccleſiaſtici nõ ſit expectanda: quia ex ea nullus ſequitur effectus. pro quo l. aliqn. in fi. ff. ad Velleianũ. Ex quibus omnibus ꝓptereà apparet p dictos dominos parlamenti, & cęteros dominos doctores eiſdẽ aſsiſtẽtes, bene fuiſſe determinatũ & concluſum, dictũ homicidã uoluntariũ non fore remittendum iuriſdictioni eccleſiaſticę. Et ita etiam aliàs determinatũ fuit & iudicatum in dicta curia parla. contra Petrũ donoreti. M. cccc. xxxv. in manibus magiſtri Ca-

thalani chantereli ſecretarii Del
phi. in qua cauſa curia parlamē-
f ti cognouit de habitu[f], ut plenè
in dicto proceſſu legitur. Nec
etiam fuit remiſſus dictus Clau b
dius homicida: ſed fuit laqueo
per collū furcis ſuſpēſus ex ſen-
tētia per curiā tēporalē lata de
anno currēte do. M.ccccIvij. de c
menſe Octobris. De cauſis autē
ſpectātibus cognitioni iudicis
ſecularis, uel eccleſiaſtici, uide
plenè per Io. Fer. in ti. forma op d
ponendi cōtra iudicē ſuſpectū.
in gl. ſup uerbo nec fuiſſe iudi-
cem cōpetentē. An autē dictus
homicida uoluntarius debuerit
gaudere immunitate eccleſiæ:
6 uide quę ſcripſi ſ. quę. cxx. * Sed
an clericus contrahēs matrimo
niū cū muliere corrupta, quam
credit uirginē, uel cū illa, quam
deflorauit, gaudebit priuilegio
clericali. uide Archi. in d. c. uni-
co. de cler. cōiug. li. vj. & ibi di-
cit, ꝙ nō. Et qualiter cleric⁹ cō
trahēs cū uirgine, perdat priui-
legiū. uide lxxxiiij. diſt. c. quiſqs.
7 * Sed an epiſcopus poſsit dele- e
gare iudici laico cauſam crimi-
nalem cōtra clericū coniugatū?
Archid. ubi ſ. tenet ꝙ ſic, ſuper
uerbo diſtingui &c. Quid ſi cle
ricus perdiderit literam clerica
g tus, poſſetne per teſtē ꝓbare g?
uide quæ dixi j. quæſt. ccclxxiiij.
a ¶ In camera conſi. *Tu uide de hac
materia, ſcilicet ad quem pertineat
cognitio, an quis debeat gaudere pri
uilegio clericali, & alijs infra tactis,
iſtum conſi. cx. incip. pro declaratio-*

*ne. nu. j. uerſicu. ad ſecundum quaſi-
tum. & per totum conſi. et ſupra q.
lxxiij. & tota deci. lxxxiij. & tota
deci. lxxxiij.*
b ¶ Frontiata. *Clericus coniugatus
portans talem ueſtē, uidetur perdere
priuil. clericale, ut ſentire uidetur d.
Car. in cle. ij. in ij. no. de ui. et ho. cle.*
c ¶ Breues. *extrà, de uita & ho. cle.
c. clerici offi. Credit tamē do. Inn. il-
lud c. loqui de cōſilio et honeſtate, nō
aūt de præcepto, ut ipſe ibidē inquit.*
d ¶ * In habitu clericali. *Adde ad
declarationē huius articuli quo pa-
cto clericus primæ tonſuræ ſine habi
tu & tonſura in crimine deprehen-
ſus puniri debeat, ſi fuerit coniuga-
tus: & ad quem pertineat cognitio.
et quid ſi non fuerit coniugatus, ui-
de pulchrè per Alex. in conſi. viij. in-
cip. uidetur. in uol. j. & an et quādo
gaudere debeat priuilegio clericali,
tradit idem Alex. in conſi. lviij. inci.
quia ſæpiſſimè. in iiij. uol. & an cleri
cus poſsit ex ſola præſumptione cri-
minis capi: uide Phi. Cor. in conſilio
cccxxv. incip. quantum. col. ij. uerſic.
nec obſtat. in iiij. uol.*
e ¶ Habitu. *Licet enim in his caſibus
nō uideatur agi de qualitate eiuſdē
ſubiecti: tamē uidetur agi de eadem
qualitate: puta an perſona an ue ha
bitus ſit clericalis. Et ſic quum iudi-
cium in utroque caſu uerſetur circa
quid ſpirituale, uidelicet utrū illud
de quo quæritur ſit clericale: non ui-
detur illius rei cognitio ad iudicem
ſecularem ſpectare: quia de ſpiritua-
libus nec incidenter, nec principali-
ter poteſt iudex laicus cognoſcere. c.
tuam. de ordine cognit. capitu. lator.
extra*

extrà qui filij ſint legitimi. Quinimo nec de eo, quod eſt ſpiritualibus annexum.capitulo,quanto.extra de iudi.et ſi quis dixerit,cauſa habitus clericalis nõ uidetur ſpiritualis, quũ non ſit res ſacra.ad hoc poteſt reſpõderi, quod ſaltem eſt coniuncta & connexa cauſis ſpiritualibus, quia dependet à iure ſpirituali, ac quoque ad ius ſpirituale ordinatur: & ſic duplici exigente ratione cenſetur annexa ſpiritualibus, ex ſexto ſcilicet dependentiæ,& ordinationis ar. eorũ,quæ dicit do. Fely.poſt beatum Thomam *in d.iiij.ſecunda columna. uerſiculo,ſed iſtis non obſtantibus.*

f ¶Habitu. *Imò & cognoſcere potuit an eſſet clericus uel non: ut per hoc ſcire poſſet,an ſua ſit iuriſdictio. d.Archi. in præalleg.c.ſi iudex laicus, circa prin.allega.c.ſuper literis. de reſcriptis.ff. de iudi.ſi quis ex ali.* Verum *tamen ibidem ſubiungit, ꝙ ex quo iudex laicus uiderit contentioſè agi,an ſit clericus uel non, tunc ultrà procedere non poteſt.*

g ¶Probare. *Quo ad probationem clericatus,uide do.Pe.de Anch.no.in præalle.c.ſi iudex laicus.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici an mutent feudum in cauſa feudali.*

2 *Cauſam feudalem quis hodie debeat cognoſcere.*

3 *Dominus regulariter cognoſcit de cauſa feudali.*

4 *Clericus an ſortiatur forum in cauſa reconuentionali.*

QVAEST. CXXXIX.

SECVNDVM cõmunem opinionem doctorum canoniſtarum,clerici non mutant fo- 1 rum* in cauſa feudali[a]:ut plenè a diſputat Archi.[b] in ca.unico.de b clericis coniugatis.lib.vj. ſuper uerbo,condemnari. ubi recitat uarias opiniones doctorum. & Gulielmus de Monte lauduno in cle.paſtoralis.de re iud.ſuper uerbo, ex naturali feudorũ. dicit ꝙ dominus, cũ ſit iudex ordinarius in materia feudali, poteſt ſententiam mandare executioni, & uaſallos ſuos (etiã ſi clerici ſint) ſine metu excõmunica- c tionis expellere[c], per ſpatulas de feudo, ſi ab ipſo ceciderint in cõmiſſum: licet melius faceret(ut ibi dicit)ſi per iudicẽ feudatarium hoc faceret. Tamen (prout ipſe do. Arch.dicit in d. c.unico.)inter laicos de conſuetudine ſeruatur, ꝙ iudex laicus cognoſcit de re feudali contra clericum. Quæ cõſuetudo etiã ſeruatur in curia parla. Delphi. prout uidi pluries ibi obſeruari.Et credo, ꝙ talis conſuetudo nõ ſit aliter probãda in iudiciis: ſed ꝙ pro probata debet haberi, cũ ipſe do. Archi. doc.famoſus de dicta cõſuetudine atteſta- d tur.ita dicit Bar.[d] in l.de quib*. ff.de legib.Et de hac quęſtione, uide pleniſsimè per doc. in c.uerum.& in c.ex trãſmiſſa.de foro cõpe.& in c.cęterũ.de iu. & per Henricum Bohic.in c.ex parte. extrà de feudis. in ſecunda diſt. 2 *Quis hodie habeat cognoſcere de cauſa feud. uide Bald. qui e hanc materiam plene[e] tractat,

n 5 ponens

ponens decẽ quæſtiones in feudis.de prohibita feudi alie.per Pedericum. in c.j.in §.præterea
3 ſi inter.*Et ueritas eſt, ꝙ do.feudi cognoſcit: ſed an poſsit prorogari in aliũ iudicem talis cognitio de cõſenſu partium? Dic
f ꝙ non, ^f^ſecundũ unã opi.gl.poſitę in d.§. præterea. & ponitur per Ia.de Bello uiſu in feud.per quem uel quos quæ. feu.terminetur.q tenet, ꝙ poſsit, dũ tamẽ fiat corã eorũdẽ ſuperiore, aliàs non.ut in l.j.§.& poſt operis noui nun.ff.de no.ope.nun. Super hoc uide Bal.de prohibita feud. alie.pe Fed.in d.§.præterea.ibi: ſed quęro utrũ uaſalli &c.Quãdo etiã pares curiæ cognoſcũt inter dñm & uaſallũ, ne dominus ſit iudex in cauſa propria?
g dicẽt ut in ti.de cõtro.feud.apud pares terminãda. De ꝓgatione iuriſdictiõis: uide ſ.q.lxxvij.
4 *Sed an cleric⁹ ſortiatur forum in cauſa reconuentionali? uide
h quę ibi ^h^dicit Arch.pro quo uide c.j.extrà,de mu.petitioni. An iudex eccleſiaſtic⁹ poſsit cognoſcere de delicto perpetrato per laicum in perſonã clerici : uide ſ.q.cccccclxj. an iudex temporalis poſsit capere clericũ in flagranti crimine:uide ſ.q.lxxix.& an epiſcopus ſuper iuramento poſsit diſpenſare uel ſol⁹ Papa.
a ¶ In cauſa feud. *Vide de hoc per conſi.lxxv.nu.j.uerſi.ſed his non obſtãtibus.ibi, quia ubi agitur de feu.*
b ¶ Archidia. *Tenet enim do.Archi. in præ.c.unico. de cle. coniug.lib.vj. quòd clerici in cauſa feudali non teneantur litigare coram domino ſeculari, à quo tenent feudũ.* Sed do.Io. *And. tenet contrarium. & ita dicit tenere omnes modernos & gloſſatores, dummodo nõ fiat diſſ. perſonalis clerici, ſed ſolum ciuilis cauſa inter uaſallos auditur. ut in d.c.uno.in j. col.uerſi.quicquid dicit Archi.*
c ¶ Expellere. *Contrarium uidetur ſentire do.Io.And.in c.uerum.extrà de foro competenti.*
d ¶ Bar. *Hoc autẽ tenet ipſe do.* Bar. *in d.l. de quibus.in ix.col.in uer.iiij. principaliter. & do. Chriſtofo.porcus,in* ſi. *de his,qui ſunt ſui uel alie. iuris.in iij.colũ.in addi. quæ incipit, adde dum ſupra dixi.in fi.ubi dicit, quòd erit approbata cõſuetudo,quãdo unus doctor atteſtatur ita ſeruari de conſuetudine, & ad rationem huius dicti probabiles rationes aſsignat ipſe do.* Bar. *in loco præallegat.*
e ¶ Plenè. *Plenius autem huiuſmodi materiam diſcutit do.Iaco.de Alua. in d.§.preterea ſi inter.*
f ¶ Non. *Et iſta opinio eſt uera,prout ſentire uidetur do.Iac.de Alua.in præalle.§. preterea ſi inter.in ij.col. in uerſi.quæro cum dicta glo.*
g ¶ Dic ut. *Ibi dicit do. Iaco.de Alua & domi.Bal. qui ibi format notabiles queſtiones concernentes clericos. & in tit. apud quem uel quos controuer.debeat dici.*
h ¶ Ibi. *Puta in d.cap.uno.de clericis coniug.in ſecunda columna,in uerſi. uidetur quod iſta generalitas. & tenet quod non.ſed do.Ioan.And.contra in c.at ſi clerici.in glo.prima & ij.de iudicijs.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio facta per Epiſcopum uel eius uicarium ſuper iuramento, parte non citata, an ualeat.*

2 *Cauſa debet inſeri in ipſa diſpenſatione.*

3 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper iuramento. & nu.4.*

5 *Hæres iurantis an teneatur petere diſpenſationem iuramenti.*

QVAESTIO CXL.

IN deciſionibus capellę Tholoſanæ.q.lxij.continetur concluſio ſequens de uerbo ad uerbum, ut ſequitur.* Item fuit quęſitum, ſi diſpēſatio facta per epiſcopum, uel eius uicarium ſuper iuramento parte nō uocata, ualeat? Et fuit concluſum, qđ non[a] per c.licet canon. de elec.lib.vj. per Arch. & reperio quòd re.in Chriſto pater & d.do.Io.Payer, decretorum doct.epiſ.Auraicē. actu legens de præſenti in uniuerſitate Auenionenſi in quodam ſuo conſi.incipiente, ut uo bis &c.ſequit᷑ opinio.dictæ concluſionis Tholoſa. & alleg. di. Innocent.[b] poſita in c.ueniens. de filiis presbyte.dicentis ꝑ ad hoc, ut intelligatur eps̄ diſpēſare, oportet ꝙ præcedāt ea, quæ hoc pretium faciāt, uidelicet ꝙ pręceſſerit cognitio ſummaria, ſuper cauſis diſpēſationis, puta an ſit utilitas aut neceſsitas, uel alia iuſta cauſa.ff. de in ius uoc. l.libertus.j. q.vij.§.niſi rigor.cū multis ibi ſequētibus c.imo plꝰ dicunt aliqui, ꝙ neceſſaria eſt ſententia diſpen. uel decretum prius ſuper diſpenſatione conceſſa. Sed dicendo decernimus eum idoneū ad tale quid.& uocabuntur hic, quorū intereſt.j. q.vij.quoniam quicquid. & l.nā ita diuus.ff.de adop.aliter pręſumitur temerariū factū Epiſcopi, nec pro diſpenſatione habetur. imò epiſcopus punitur, ſi petat. ꝙ nō fieret ſi eps̄ diſpēſaſſet, ſicut debuiſſet in caſu ſibi diſpenſabili.lj.diſt.qui in aliquo.lxxxj. di.quęcūq;.ſecundū Inn.in d.c. ueniens.ubi etiā no.Hoſt.* ꝙ ad hoc ꝙ diſpēſatio ritè fiat, eſt cōſiderandū, ꝙ in ipſa diſpēſatiōe inſeratur cauſa.nā diſpēſatio eſt iuris cōmunis relaxatio. ut no.j. q.vij.§.pro tempore. ſupple facta cū cauſæ cognitione ab eo, qui poteſtatē habet diſpēſandi. ſecundum Inn. dicitur enim diſpenſa.quaſi diſcreta pēſa.qn̄.ſ iudex in lance mētis ſuę diſcretè penſat, & ponderat quid magis expedit.ſ. ſequi rigorē iuris uel ęquitatis diſpēſa.prefere: ſecundum Hoſti. Et ita debet eſſe ſufficiens diſpēſatio & clara, ꝙ nulla dubitatio ratiōabilis ſubſit, ut in c.ordinarii.§.ſi uerò.de offi.ordi.lib.vj.ita, ꝙ diſpēſatio fiat iuſta & certa cauſa exigēte, alias eſt ꝓhibita diſpēſatio ubicunque non ſubeſt iuſta diſpenſandi cauſa.j.q.vij.& tunc illa alioquin nō diſpenſatio dici poteſt, ſecundum Archi. ibidem.& cum præmiſsis concordat id, qđ dicit dominus Panorm.in c.j.de iureiur.ubi dicit, ꝙ quādo actio ſuper

ſuper quo iuramẽtum fuit præſtitũ nõ apparet, & prima facie uitioſum,non tenebit abſolutio parte non uocata. Ratio,quia à iuramẽto parti præſtito, nõ abſoluit epiſcopus:imò nec Papa ſine cauſa, cum Deus receperit obligationem in fauorẽ partis: ut not.gl.in c.quantò.de iureiu. & Inn.in c.cum inter P.de renũ. antequam ergo ſibi cõſtet cauſam ſubeſſe,non habet poteſtatem diſpenſandi,poſito ꝙ ſubſit caſus, quia ignorat id, quod eſt fundamentum ſuæ poteſtatis. ut not.Bart.in l.ij.ff.de iudi.& in l. multis.ff.de cond.& demon.facit quod legitur & not.in cap.ex parte.de conceſsio.preben.Nec põt dici de cauſa conſtare parte non uocata,quia cauſarum merita partiũ aſſertione pandũtur. l.ſi. C. ſi per uim uel alio modo. & in c. cũ ex literis. de in integ. reſtit.de quo ibi plenius per dictum do.Panor.Et ſic ſecundum determinationẽ capellę Tholoſanæ Inn. Archi.Hoſti.& do.Panor. non ualet diſpẽſatio iuramenti facta parte non uocata. Quia in tali diſpẽſatiõe requiritur cauſæ cognitio, & quod fiat cum cauſis.ut de hoc eſt gl. in c. non eſt uoti. extrà de uoto & uoti re.& per conſequens requiritur partis, cuius intereſt, euocatio: quia aliter nõ poſſet de cauſa cognoſci. Et quòd requiratur euocatio partis in tali diſpenſatione fienda:tenet etiã expreſſe Io. An.in addi.ad Spe. c in ti.de iureiu.[c] in iij.col.in q.itẽ quæro de illo, qui iurauit ſuper uſuris ſoluendis. Et hæc proximè dicta ſunt, per ea, quæ narrat dictus do. epiſcopus Auraicen.in dicto ſuo conſi.Et ſecundum opin.capellæ Tholoſanæ, Inno.Archi.Hoſti.& Panor.uidi iudicari in facto meo proprio de anno currente,M.ccccl vij.xx. Nouẽbris, per dominũ uicariũ officialem domini epiſcopi tricaſtrineñ. Qui officialis iudicauit participato conſilio cum dicto domino Epiſcopo Auraicen. cuius ſentẽtiæ tenor ſequitur de uerbo ad uerbum:Chriſti nomine inuocato, & habentes præ oculis ſolum Deum,nos officiales tricaſtrineñ.uiſis & diligẽter inſpectis præſentis cauſæ meritis, ac omnibus & ſingulis per utranque partem in cauſa huiuſmodi hincinde propoſitis coram nobiſipſis,quæ cũ matura deliberatione receſitis per hanc noſtram ſententiã ſeu ordinationem, quam de peritorũ conſilio pro tribunali ſedentes ferimus, in his ſcriptis pronunciamus,decernimus, & declaramus,diſpenſationem iuramenti per nobilem Lãcellotum de Pictauia,baſtardum ualeñ. do. de Alaudo,quõdam præſtiti,& per do.Stephanum regentẽ officialatus tricaſtrineñ. inciuiliter & minus canonicè parte nõ uocata factã fuiſſe & eſſe nullam, & uitio nullitatis ſubiacere,& quatenus de facto proceſsit,annullandam

lādam fore:caſſamus, & annullamus nobilem Frā.de Pictauia filium dicti Lancelloti in perſonam eius procuratoris,& econtra in omnibus expēſis pro parte alia, & pro hac cauſa corā nobis legitimè factis condemnantes ipſarum taxatione nobis in poſterū reſeruata prædicta forma ſententiæ,uidetur procedere de iure. ideò hic propria manu ſcripſi ego Ioā.Payer,decretorū doctor,epiſcopus Auraicē. Et ita etiam fuit determinatum, quòd debet fieri diſpēſatio cum cauſa, & cum cognitione cauſæ parte uocata:ut uide ſ. q. ccxxv.

3 * Sed an epiſcopus poſsit ſuper iuramento diſpenſare?do.Henricus de Bouenco,in ſua repeti. auth.ſacram.pub.in cauſa ſi.C.ſi aduerſus uē.dicit ꝙ ſic, & alleg. xv.q.vij.c.j. & ij.Cauſa tamē cognita:ut plenè per Inn.in c.de-

d bitores.[d] extrà de iureiurā.quod uerū puto quòd epiſcopus poſſit diſpenſare, ubi iuramentum non poſſet ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ:ſed ſi poſſet ſeruari ſine interitu ſalutis æternę, epiſcopus nō poſſet diſpēſare: ſed ſolus Papa poſſet hoc facere.in c.uenerabilem.§.pen.extrà de elec.& ita tenet Spe.in tit.de legato.§.nunc oſtendendū.uer.

4 cæterùm cū ſolus Papa.* Sed cōmuni obſeruātia uidemus,quod ipſi & archiepiſcopi quotidie indiſtinctè diſpenſant ſuper iuramento, & tolerantur tales diſpēſatiōes in utroque foro ſpirituali & temporali.

5 * An hæres iurantis teneatur petere diſpēſationem iuramenti? Dic quòd

c non[c],ut ſcripſi in not.meis.in §. an hæres iurantis &c.

a ¶Et fuit concluſum quòd non. *Tu uide in alle.deci. capellæ Tholoſanæ deci.lxij.& in addit. ad ipſam deci. ubi diſtinguit,& hanc diſtinctionem ſerua.*

b ¶Dicta Inn. *Aduerte,quod d. Inn. in d.c.ueniēs.loquitur in alio.ſcilicet quod epiſcopus aliquid facit ſciēter, quod eſt contra ius commune:& eſt tale factum, in quo poteſt diſpēſare, an habeatur pro diſpēſatiōe,& ſaltem quo ad caſum preal. c. ueniens. uidetur innuere,quòd nō. Sed in diſpenſatione requiruntur ſummaria cognitio cauſæ,decretū,& fortè (ut dicit) quorū intereſt,uocatio.& hæc facere uidētur pro opi.authoris, licet loquatur in alio caſu propter identitatē rationis.* Ad hoc bene facit quod *legitur & not.in auth.ſi omnes. & ibi d.Odof.in j.col.in uer.or ſup authēſſ ſta.C.ſi mi.ab hære.ſe abſti.ubi no.quòd ubicūque petitur aliquid in præiudicium alicuius, debet uocari is cuius intereſt,& alle.l.ſi is.& l. diuus Marcus.ff.de adopt.l.ult. & pe. ff.de reſcin.uen.& l.in concedēdo. ff. de aqua plu.arcen.*

c ¶De iureiu. *Sup ru.circa pri.iij.co.*

d ¶In c.debitores. *& ibi do.And.in nouel.poſt do.Inn.qui dicit epiſcopos in iuramentis dolo, ui, uel metu extortis diſpenſare poſſe.& ut ibi ſubdit,ad epiſcopum ſpectat relaxare iuramenta illicita.alleg.c.cū qui.co. ti. de iureiur.de teſt.cōſtitutis.xv.q. vj.*

autho

authoritatē.& ſeq.c.& hic uidetur ſentire arg.à cōtrario d.Fely.in c.debitores.in ult.col.uer.poſtremò.dum dicit quod ad eum Papam pertinet diſpenſatio liciti iuramēti,uerū quidem,ut inibi ſentiunt d.Inno.& Io. An.Quandoque in iuramentis licitè præſtitis diſpenſat Epiſcopus. xv.q. uiuos ſanctorū.& c.iuratos.& quāuis liciti iuramēti diſpēſatio ad Epiſcopum nō pertineat regulariter:poteſt tamen iuramētum licitè præſtitum in melius ſemper cōmutare, ut oēs penè doc.tenent in d.c. debitores.

e ¶Non.*Facit qđ dicit d.Fel.in præal.c.debitores.in ul.col.in uer.vij.& ult.& pōt eſſe ratio,quia licet iuramentum ex parte recipientis ſit reale tranſmiſſibile ad habendum : tamen ex parte præſtantis eſt perſona, & ad hæredem non tranſit.Nam licet obligatio cōtracta in eum deſcēdat:non tamē obligatur ad periuriū. Ita uidetur ſentire d.Pet.de Anch.in c.cū C.laicus.ī iij.no,de fo.cōp.li. vj.*

SVMMARIVM.

1 *Læſio an præſumatur in minore adeunte hæreditatem,uel in omiſſione teſtamenti.*

2 *Reſtitutionis in integ.beneficium,an poſſit cedi.*

QVAESTIO CXLI.

1 SI minor petat* ſe reſtitui ad-
uerſus aditionem hæredita-
2 tis,[a] uel aduerſus omiſsionē in-
uentarii: nō admittitur ad hoc,
niſi probet ſe læſum : licet pro-
bet ſe minorem:quia nō ſequi-
tur, eſt minor, ergo læſus : niſi
probet de læſiōe:ut dicūt & te-
b nēt Ia.de Are. Cy.[b] Ia. Fa.Sal.in
authē.ſi oēs.C. ſi mi. ab hære. ſe
abſti. & idem Sal.in l.fi.C.in qb.
cauſ.in integ.reſti.nō eſt neceſ-
ſa. & ita uidi determinari in di-
cta curia parlamenti Delph.die
xxij.mēſis Decēbris,M.ccccivij.
in diffinitiua proceſſus uētilati
in manibus Io. Botuti ſecretarii
Delp. inter nobilem Claudium
Alamandi,agentē ex una parte,
& nobilem Io.Alamādi ex alte-
ra,ad cauſam caſtri rupiſchinar-
di. & ſecundū quòd tunc uerius
retulit ſpectabilis do.Ioā.Bauili
utriuſque iuris doc.prēſidēs di-
ctæ curię parla.fuerat idem du-
biū determinatū in quadā cauſa
do.Clarimōtis tūc minoris : cui
fuit denegata reſti.in integ. ad-
uerſus omiſsionem inuentarii:
quia nō deducebat nec proba-
bat hæreditatem eius quondam
patris onerosam,ſiue dānoſam,
& per conſequēs ſe fore læſum,
tamen Bar.in d.auth.dicit quòd
minor eoipſo ꝙ permittit labi
tempus ad appellandum prēſu-
mitur læſus. Bal.tamen ibi tenet
contrarium.De materia in inte.
reſt.aduerſus confectionem in-
uentarii : uide quæ dixi infrà q.
ccccIxxiij.De hac materia reſti-
tutionis minorū, uide quæ di-
2 xi ſuprà q.xxxj. Vtrum * benefi-
cium reſtitutionis in integ.poſ-
ſit cedi.Bar.quod ſic.in l. nō ſo-
c lū[c].ff.de in integ.reſt.alle.l.ſi mi
d noris.[d]ff.de admini.tuto.&c.

a ¶Aduerſus aditionem hæredi-
, tatis. *Tu uide de materia huius quæſt.& ſeq.iſtum conſil.clx. incip, quòd*

quòd ualeat inuentarium. nume. vj. uerſic ſed ad hoc reſpondet. & uerſ. uerum, quia læſio.

b ¶Cy. *Tenet ipſe poſt do* I.a. *de* Al. *in praalle. auth. ſi omnes. in ij. col. in uer. ulterius quæritur. idem uidetur ibidem ſentire d. O do. in j. col. ſuper expoſitione tex. cum minor abſtinet.*

c ¶Bart. in l. non ſolum. *in j. no. & de hoc uidetur tex. in l. ꝗ. ſi minor in prin. & ibi do. Bar. ff. de mino.*

d ¶L. ſi minoris. *Et ibi text. & glo. & do. Bar. in prin. & ul. col. uer. ſed tunc remanet contrarium. & ibi d. Alex. in addit ad Bart. qui remittit ad id. quod dicit poſt eundem Bart. in l. per diuerſas. C. manda.*

SVMMARIVM.

1 *Minor qualiter probetur læſus.*

2 *Minor debet probare facultates non ſufficere ad credita. Et id quomodo. nume. 3.*

QVAEST. CXLII.

SED qualiter ꝓbabit minor
1 ſe læſum? Iaco. Butr. dicit,* ꝙ ſufficit, ſi probet ſe tantum uni obligatum: quia ex obligatione apparet minorē læſum, niſi per aduerſariū probetur facultates ſufficere ad ſoluendum. & iſtam opin. ſequitur & tenet expreſsè Sali. in auth. ſi omnes. C. ſi mi. ſe ab hære. abſti. & dicit ipſe d. Sali. ꝙ probatur per l. defendente. ff. de autho. tutor. per quam l. ut ibidē dicit Sali. fortius uidetur, quòd ſi ex actis in priori iudicio innoteſcit iudici, quòd ipſe minor eſt læſus: quia cōtra eum petitur executio ſententiæ: in qua eſt condemnatus, ut hæres, poteſt petere ſe reſtitui, ut læſus ex aditione. nec expedit aliter probari læſionē: quia per ipſam ſententiā, quæ executioni mandari petitur, apparet iudici de læſione. Bald. etiam hanc quæſt. mouet, dicens, quòd minor eo ipſo adiit hæreditatem, præſumitur læſus, ſi aliqua debita ſint in hæreditate. Nā eo ipſo, quòd minor probat debita eſſe, apparet eum læſum, poſtquā obligatus eſt: niſi per aduerſarium probetur, quòd facultates ſufficiāt. Iſta ſunt uerba Bal. in l. j. C. ſi mi. ſe ab hære. abſti. ſed d. Iac.
2 de Are. *aliter dicit, & tenet, uidelicet, quòd minor debet probare tot eſſe credita hæreditaria, quòd facultates nō ſufficiāt.
a quam opi. ſequitur[a] Cy. in d. authen. ſi omnes. Dum dicit, quòd minor debet probare hæreditatem damnoſam. & iſta ult. opin. Iac. de Are. & Cy. fuit ſeruata in iudicando in diffinitione dicti proceſſus caſtri Rupiſchinardi. de quo proceſſu. ſuprà prima in præceden. quæſtione fit mentio.
3 *Sed qualiter probabit ipſe minor hæres bona hæreditatis ad debita nō ſufficere, cum iſta ſit
b negatiua? gl.[b] in l. cum de lege, ff. de probatio. dat modum probandi. ubi dicit, hæres tātum eſt in hæreditate, & non plus. Et qui uoluerit dicere, quòd plus eſt, probet. & de hoc eſt caſus notab. in l. fi. §. licentiam. in princ. C. de iure deli. ubi heres oſtendens inuentarium, dicens, hoc eſt

eſt in hæreditate:creditores autem & legatarii ſi uoluerint dicere plus eſſe in hæreditate,ꝓbent.quod tene mēti ſecundum Bart.& faciunt not.per eundem Barto.in l.fi.C. de rebus credit. & iureiurando.& in l.decem. ff. de uerborum obligatıon.

a ¶Sequitur.*Hanc opinionem etiam amplectitur do.Alex.in j.parte conſi.xxj.col.ij.prope fin.in uer.alia ratione uidetur.*

b ¶Glo.*ſcilicet prima,& ibi do.*Bal. *qui dicit eam eſſe notabilem & mẽti tenendam.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcindens & reſciſſorium poſſunt in eodem iudicio intentari.*

2 *Reſtitutio in integrum non perpetuatur litis conteſtatione.*

3 *Sententia in reſtitutione in integr. quando poſſit ferri ſine litis conteſt.*

4 *Procedi poteſt in cauſa inquiſitionali ſine litis conteſt.*

QVAEST. CXLIII.

1 AN prætendens ſe læſum, poſſit*petere ſe reſtitui in integrum & rem uendicare in uno,& eodem iudicio?Cy.mouet iſtam quęſtionem in l.quòd tempore.C.de reſtitu.mino,ibi: ſecundò quæritur,iuxta hoc &c. & arguit pro & contra. Et finaliter diſtinguit poſt Dyn.& Pet. prout ibi uidetur. Et circa hanc materiam uide gloſſ.in l.ab hoſtibus.§. ſimpliciter. ff. ex quib. cau.ma. quę uult quòd rei uendicatio non poſſit intentari,niſi reſtitutione prius conceſſa. quod ſequi uidetur Saly.in d.l. quòd tempore.Et hęc etiam locum habent in minore petente ſe reſtitui:ut dicit Cy.ubi ſuprà, per not.in l.qui proprio.§.item quæritur.ff.de procura. ita dicit ibi Cy. quam opin. ſequitur ibi Bald. Et ideo fuit concluſum in diffinitione proceſſus dictę cauſæ.ſ.in præceden.quæſtio.mentionatæ, d. nobilem Claudium Alardi non potuiſſe cumulare rei uendicationem cum reſtitutione in integrum, in eodem iudicio. Et ita etiam poſteà fuit deciſum & ordinatum in dicta curia parlamenti, M. ccccl xj. & die ſexta menſis Februarii in proceſſu exiſtente in manibus Io. Gofredi ſecretarii Delphin, inter dominum de Ayſio agentem, ex una parte: & dominam Aliſiam de alea uſufructuariam terræ & Baroniæ montis Mauri.in qua cauſa fuit admiſſa prima pars libelli dicti domini de Ayſio, in qua intentabatur reſciſsio tranſactionis in ipſo libello deductæ. Et ſecunda pars ipſius libelli,in qua petebantur certa caſtra reſtitui eidem domino de Ayſio,fuit relicta, donec de meritis dictæ cauſæ reſciſsionis fuerit cognitum,Crederem tamen in bona æquitate, ut circuitus euitetur, quòd ita poſſint ſimul in eodem iudicio intentari; [a] ubi dominium in eodem iudicio probaretur: ut uolunt Dynus & Petrus in dicta l. quod tempore.in primo mem bro eorum diſtinctionis, quos ſequi

ſequitur Bertrandus Caprioli in d.l.quod tempore.in ſua repeti. Et hanc partē, ꝙ poſſunt in eodem libello ſimul intētari, tenet expreſsè & indiſtinctè Specu.in titu.de in integ.reſtitu.in §.j.in uer.ſed nunquid in eodē libello &c.idē dicit ipſe in actiōe ad
b exhibendum[b].& rei uendicatione.de cumulatione actionis ſcripſi ſuprà q.cviij. An reſtitutio in integrū & reſciſſoria poſ ſint in eodem iudicio intentari: uide Pet.Iac.in ti.de in integ. reſti.ut poſsit agi reſciſſo.& Ioan.Fab.inſt.de acti.in §.rurſus. Sed an nullitas & in integ.reſt. poſsint in eodem iudicio intentari? dic ꝙ ſic, pro quo allegat c. conſtitutus.extrà de in integ.reſti. An probationes factæ in iudicio reſcindenti, probēt in reſtitutoria: uide quę dixi ſuprà q. cxxxvj.circa medium, in uerſicu. prætereà. Et de materia ſi reſciſ ſoria cum reſcindēte poſsint in eodem iudicio intentari: uide Spec.in tit.de reb.eccle.nō alie. & ibi Ioan.Andre.in additio. Et circa hanc materiam ſecundum Pet. Iaco.ubi ſuprà tria ſunt notanda. Primum eſt, ꝙ reſciſſoria actione non agitur, nec ipſa locum ſeu effectum habet, niſi re-
c ſtitutione in integrū obtenta.[c] ff.ex quib.cau.maio.l.necnon.§. exemplo.& de iureiu.l.nā poſt-
2 eà. §. ſi minor. Secūdò,* quòd in integrum reſtitutio non perpe-
d tuatur [d] litis conteſtatione: ut C. de tempo.in integrū reſtitutio, pet.l.fin.* Tertiò, quòd ſine litis 3
conteſtatione poteſt procedi & ferri ſententia in reſtitutione in integrum, ſi aduerſarius fuerit
e abſens per contumaciam[e] in nō ueniendo.argu.ff.de mino.l.in cauſæ.§.in cauſa.& C.ſi min.ab hære.ſe abſti.authē.ſi omnes. Et idem eſt in cauſa appellationis; ut C.de temp.appella.l.ulti.§.illud. Et idem in priuatis delictis, ff.de pœn.l.abſentem. Et de modo procedendi contra abſentē, dixi infrà quæſtio.cccxxix.* po- 4
teſt etiam procedi in cauſa inquiſitionali lite non cōteſtata, ſecundum Inno.in c.ſi aduerſarius.extrà de eo, qui mit.in poſ ſeſsio.cauſa rei ſeruandæ.

a ¶ Intentari. *Quod ſimul utrunque poſsit peti, uidelicet contractum reſcindi & poſſeſsionem rei reſtitui, uerius eſt ſecundum communē opin. doct. tenet do. Ioan. Pet. de Ferra. in forma libelli ſuper petitione reſti. in integ. in gl. ad dimittendū & relaxandum. & hanc opi. poſt argumentationem ad partem pro & contra factam, amplectitur d. Dyn. inſti. de act. in §. rurſus. in vij. charta. in uer. ulterius quæro an petitio. ibi, ego dico. ubi ipſe tradit modum & formā proponendi utrunque in eo. libel.*

b ¶ Ad exhibendum. Hoc *eſt uerū de conſuetudine iudiciorum quæ admittit, ut utrunq; in eo libello intentetur. ut dicit Spec. ij. parte. de actio. ſeu petitione. ij. col. vj. uer. et not. q.*

c ¶ Obtenta. *Ita etiam uidetur ſentire domi. Dy. in d. §. rurſus in v. col. in uerſicu. modo reſtat uidere. & in*

o uer.

uer.item quaro an eo ipſo.

d ¶Perpetuatur.*Eo autē̄ ipſo, quòd reſtitutio in integrū petitur & conceditur,nō cenſetur lis conteſt.in reſciſſoria ad eam perpetuandā,ſecundum do. Cyn.in prin.§.rurſus.in al. leg.uer.item quaro.an coipſo.*

e ¶Per contumaciam.T*ene perpetuò menti,quòd citra litis conteſtationē peruenitur ad diffinitiuā ſentē tiam parte contumace,ubicūq; illud quod petitur eſt tale,ad quod nō poteſt conſuli per miſsionem ex primo uel ſecundo decreto,ſecundum domi. Bar.& Bal.in auth.ſi omnes.* C.*ſi mi.ab hare.ſe abſti.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor teſtamentarius quo caſu debeat priuari relictis per teſtatorē.*

QVAEST. CXLIIII.

AN autem dictus nobilis Ioannes Alamandi olim tutor dicti nobilis Claudii, Alamādi & legatarius in teſtamento, quōdam dicti Claudii qui ſe nō 1 excuſauit à tutela* teſtamentaria:ſed ipſam acceptauit & exercuit,ex hoc priuari debeat ſibi relictis uel donatis, iuxta authē. minoris debitor.C.qui tuto.dari poſ.Et licet gl. Cy.& Bart.dicāt ꝙ ſic,licet ipſe nobilis Ioāa nes eſſet teſtamentarius, [a]tamē hoc eſt uerum,ubi teſtator neſciuiſſet eum eſſe creditorem, Sed quia ſciuit eum eſſe creditorem legando ipſi tutori dictū caſtrum rupiſchinardi:ſequitur propterea,quòd ipſe tutor acceptando adminiſtrationem tutelæ non incidit in pœnam. d.authen.minoris debitor.ita dicunt & tenent ibidem Cyn.& Bar.& bene dicunt,cum fides eius ſatis approbata fuiſſe uideatur per teſtatorem,ſciens eum eſſe creditorē.Et ita etiam fuit determinatum in diffinitione cauſæ ſuprà in precedenti quæſtione mentionatæ.

a ¶Teſtamentarius. *Creditor uel debitor minoris indiſtinctè uidetur in teſtamento dari poſſe tutor uel curator:quia eius fides approbata eſt à teſtatore:ita uidetur ſentire do. Azo.in ſumma.C.qui da.tu.uel cu. teſta.poſ.uel non.in iij.col.uerſi.item creditor.Sed idē do.Azo contrariū ſcripſit,in l.pater.ff.de proc.& proptereà concordando dicūt & tenent do.Cy.Bar.& Bald.in pradi.auth, minoris.quod ſi teſtator ſciebat debitū,tunc ceſſat prohibitio:ſin uerò ignorabat,tunc ſecus.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio in poteſtate conſtituto, contemplatione matrimonij, an ualeat.*

2 *Sponſalitia largitas,quid dicatur.*

3 *Filius ſibi acquirit hodie, ex omnì cauſa aduentitia.*

4 *Dos,& donatio,differunt.*

5 *Pater ſi quid donet filio,& id tacitè,an intelligatur de donatione propter nuptias,*

QVAEST. CXLV.

FVIT etiam alia orta quæſtio in deciſione proceſſus dicti caſtri rupiſchinardi,ſuprà in quatuor proximè præcedentibus* quæſtionibus mentionatis: 1 uidelicet ſi donatio facta per nobi

nobilē Ioānē Alamādi Alberto eius filio contemplatione matri
a monii[a] dicti eius filii:& Ioannetæ armuetæ ciuis Grationop.ſit
b & fuerit efficax & ualida, [b] dubium facit, quia donatio facta per patrē filio in poteſtate conſtituto,obſtāte in capacitate filij,regulariter nō ualet.l.ij.C.de inoff. donatio. l.donationes.C. de donat.inter uir.& uxo.& licet in aliquibus caſibus ſpecialibus ualeat,enumeratis per gl. in d.l.ij.quam glo.communiter docto.ſequuntur,& approbant: tamen iſte caſus non eſt inter dictos caſus enumeratus. eſto enim, ꝙ excipiatur caſus dotis & donationis propter nuptias, tamen longa eſſe uidetur differentia inter eos & donationē, de qua ſuprà in themate fit mētio.Quia dos nō reſidet in perſona filiæ:ſed tranſit in maritū, & occultatur unus actus:ut ff.de dona.inter uir.& uxo.l.iij.§.ſciēdum.Et ideò ualet.ita ponūt laco.Butri.& Bal.in d.l.ij.non ſic eſt in caſu ipſo:quia donatio de qua hîc agitur,reſidet in perſona filij,& nō trāſit in perſonam uxoris,& ita uidetur quòd non ualeat.Eſt etiam differentia inter iſtum caſum,de quo hîc loquuntur,& donationē propter
2 nuptias. Pro* quo ſciendum eſt, quòd nos habemus ſpōſalitiam largitatē:quæ eſt quando ſponſus dat ſponſæ,uel econtra ſimpliciter:ut l.cum te.& aliis pluribus legibus,in tit.C.de dona. ante nuptias. & donatio propter nuptias.quod idem eſt hodie:ut l.fin.eo.tit.& iſta donatio propter nuptias eſt, quando uir uel alius pro eo ad ſecuritatem dotis dat uxori,ut ei optimè ſit cōſultum, quandocunq; ſoluatur matrimonium:iuxta no.per Azo.in ſum.dicti tit.in princi.& Hoſt.in ſumma.eo.tit. §.qualiter.per diſcurſum totius principii.& de hac loquitur l.ſi liberis.cum legibus ſequentibus tituli præallegati. Et idem etiam ſi donetur uiro,ut donet uxori, propter nuptias,ut in authen.ut ſponſali.largitas.in prin.coll.ix. & in authen.eo decurſum.indè ſumpta, poſita C.de dona.ante nup.& iura loquentia de dona. propter nuptias intelliguntur & loquuntur de don.propter nup. uidelicet de donati.illa quæ fit uxori,ut ſupradictū eſt:ut C.de coll.l.ut liberis.ibi,nulla diſcrepatione &c.l.illam.& l.illud.eo. tit.& in auth.de qualitate.dotis. in prin.col.vij.& de hac etiam loquitur gl.d.l.& doct.qui illam ſequūtur,& quæ etiam differt à donatione:de qua ſupra in themate huiuſmodi queſtiōis fit mētio.Quia prima non reſidet in perſona filii:ſed tranſit in eius uxorē:& ideò meritò ad inſtar dotis iudicatur:ſed iſta donatio, de qua in themate fit mētio,reſidet in perſona filii,igitur &c.& ſic apparet,ꝙ l.Pōpo.Philadelphus.C.fami.erc.& l.dedi dotē. ff.de coll.bo.nihil faciūt,ꝙ do-

natio iſta, de qua in themate, ualeat: quia loquũtur in dote, ubi eſt cauſa diſsimilis, ut prædictũ eſt: ſed his non obſtantibus dicendum eſt, donationẽ (de qua ſuprà in themate fit mentio) ualuiſſe, & fuiſſe, & eſſe ualidã, & efficacem: licet enim nõ ſit ſpõſalitia largitas nec donatio propter nuptias: tamen eſt donatio inter uiuos facta contemplatioue matrimonii per patrẽ in filium collata, & quæ facta extitit in cõtractu matrimonii, fuitq; & eſt pars dicti contractus, & confunditur cũ toto ipſo contractu dotali, & fingitur eſſe unus contractus: iuxta no. Bald. in l. ij. & l.
c petens. C. de pac. Vnde cũ[c] contractus ipſe dotalis ualeat acquiſitionis difficultate de patre in filiamfamilias ſublata, matrimonii fauore: idẽ cenſeri debet de don. facta per patrẽ filio in cohærentiis cõtractus matrimonialis, fauore cõſimili in utroq; caſu locũ habẽte, cuius etiã cõtractus retinet naturã, iuxta not. in l. etiã. ff. de inof. teſt. & l. Marcellus. ff. de don. cau. mor. per Bart. per eundẽ in l. poſt dotẽ. in primo contrario tertiæ lecturæ. ff. ſol. mat. Et præſertim cũ donatio fuerit conditionata: qa aliàs nobilis Artaudus armueti & dicta Ioanneta eius filia nõ conſenſiſſent dicto matrimonio. & ita ualuit ſaltẽ tanquã pactum, ut præfertur, conditionatum, per l. cũ donationis. iuncta gloſ. C. de tranſ. ſecundũ opi. Placen. quam ſequũtur Petr. Cyn. & Bald. aliàs ſi diceretur inefficax, remanerẽt decepti dicti pater & filia, & nõ eſſet nec ſeruaretur æqualitas, ubi ualeret, quod pater dat ex cauſa dotis filiæ fauore matrimonii. d. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. ercíſ. & l. dedi dotem. ff. de colla. cum ſimili. & nõ ualeret ꝙ pater daret filio matrimonii cõtemplatione, quam tamen (ne quid ſequatur iniuſtum) uolũt iura ſeruari. l. illud. §. ad hæc autem. C. de colla. & l. fin. C. commu. utriuſ. iud. præſertim in cõtractibus dotalibus: in auth. de æqualita. dotis & donationis propter nuptias. in rubro & nigro. in prin. col. vij. Præterea generalis conſuetudo & cõmunis obſeruantia habet tales donationes in contractibus matrimoniorum perſæpe fieri, & factos teneri, quæ pro lege debent obſeruari, & in hoc attendi: ut tenet & not. Bal. in ſimili. in l. pactum quod dota. C. de collatio. in ij. oppoſi. Nec prẽmiſsis obſtant in oppoſitione allegata, uidelicet incapacitas filii &c. qua obſtante nõ ualet donatio inter patrẽ & filium, ut iuribus ſuprà pro hac parte allegatis. Quia ſecũdũ iura antiqua quicquid acquirit filius, acquirit patri: ut l. placet. ff. de acqui. hære. Et propterea hæredẽ nõ habet regulariter: ut l. ij. ff. de caſtren. pecu. Tamẽ in certis caſibus etiam de iure antiquo ſibi acquirebat, ut in caſtrẽſibus, & in do-

te,

te,& in pluribus aliis caſibus no.
3 per Bart.in d.l.placet.*hodie tamen ſecundū iura noua acquirit ſibi ex omni cauſa aduentitia:ut l.cum oportet.in princ.C. de bon.quæ lib.Etiam ex profectitia,ſicut ob materiam non fictam uel ob cauſam rationabilem:ut in auth.ex teſtamen.cum ibi no.per Bar.C.de colla. Et in omnibus præmiſsis eſt capax,& habet hæredem.in auth.de hæred.ab inteſt.ueni. §.ſi quis igitur.& in §.conſequens. & §.ſi uerò.colla.ix. Et ita indiſtinctè ceſſare uidetur illa incapacitas, de qua ſuprà ita ponit gloſ.ſecundū unā opinionem in l.ij.C. de inoffi.don.Et ſi nō indiſtinctè,ſaltem in hoc caſu, de quo agitur, ceſſat contemplatione matrimonii ad inſtar dotis, per iura ſuprà allegata.Et quādo dicitur quòd longa eſt differentia
4 inter dotem &*donationē, de qua ſuprà in rhemate fit mētio: quia dos tranſit in aliā perſonā. Reſpondeò ꝙ non obſtante dicto tranſitu:eſt tamen ut dicitur propriū patrimoniū mulierū:ut l.deniq;. §.proinde.ff.de mino. nec ex dicta ſubtilitate ueritas dilata uel confuſa eſt.l.in rebus. C.de iur.dot.Et propterea dicit lex,ꝙ quamuis in bonis mariti dos ſit:mulieris tamē eſt.ita ponit text.in l.quamuis. ff.de iure
d dot.Et iſtud operatur[d] fauor matrimonii.conſimili ergo fauore locum habēte in donatione, de qua ſuprà in themate,conſimilis

eſſe debet iuris diſpoſitio:ut iuribus uulgatis.Et cum dicta donatio ualuerit per præmiſſa, nō licuit dicto patri donatori eam reuocare.l.ſi quis argentū.§.fin. C.de dona.& l.uelles necne.C. de reuo.don.in certis enim caſibus donatio ualida inter uiuos reuocatur.de quibus habetur l. fin.C.de reuo.do.inter quos caſus iſte,de quo hic agitur,non enumeratur.Et ſecundū ſuprà allegata fuit cōcluſum & determinatū per dictos dominos parlamenti in diffinitione dicti proceſſus caſtri rupiſchinardi inter
5 dictas partes.* Sed iuxta præmiſſa quæro,de alia q.Pater nō fecit donationē filio in ipſo cōtractu matrimonii:ſed per ante cōtractū cōtemplatione matrimonii cū aliqua muliere cōtrahendi,& nō exprimit ꝙ donationē faciat propter nuptias,an dicatur talis propter nuptias donatio.Credo ꝙ ſic,per l.ij.C.de bonis quæ lib.aliàs tex.eſt in d.l.illam.ibi,de collatione uerò dotis uel donationis ante nuptias &c.& l.ut liberis.uerſi.nulla diſcretione intercedēte &c.C.de colla.quarius & clarus tex.eſt in l.fin. C.cōmu.utriuſque iud.ibi, ſi quis etenim pro filio ſuo ante nuptias donationem conſcri-
e pſerit.gloſ.[e] id eſt,per ſcripturā
f dederit. [f] ſequitur uel dederit.
g glo.[g] ſcilicet ſine ſcriptura.licet aliqui in iure errātes uoluerint dicere,ꝙ talis donatio per patrē filio fieri nōpotuerit,niſi dū-

taxat à marito ſpõſæ uel à patre filio mariti ipſi ſponſę:iuxta l.ꝙ ſponſæ.& l.quum in teſta. & l.fi. C.de dona.ante nuptias.Et talis donatio eſt de iure ualida,ut ꝓbant dicta quatuor iura: ſic etiã tenent glo.Cy.& Bar.in l.ij.C.de inofficio. donati,etiam ceſſante quocunque iuramen.

a ¶ Cõtemplatione matrimonii. *Tu uide de hoc iſtum, conſilio ſuo duodecimo, incipiẽte,ex facti narratione.nu.j. uer.ad primum dubium. & per totum conſi.uol.j.*

b ¶ Valida. *Huiuſmodi autem donatio contẽplatione matrimonÿ in filiũ in poteſtate exiſtẽtem collata pro diuerſitate temporũ diuerſam ſortitur naturam,pro tempore enim conſtantis matrimonÿ cenſenda eſt donatio propter nuptias.& hoc reſpectu ualida eſt ipſa donatio. pro tempore ue rò finiti matrimonÿ dijudicanda eſt donatio ſimplex, & hac ratione non tenet: ſed morte cõfirmatur,uel reſpectu Ioãnetæ et matrimonÿ erit donatio propter nuptias. Reſpectu autem ipſius Alberti tantũ erit omni tempore ſimplex donatio:ita belliſsimè ſentire uidetur do.Oldr.cõſi. clj.incipien.ſi quis uerba donationis &c. enimuero ex his infertur talis reſolutio: uidelicet, quod dicta donatio eſt efficax et ualida,quatenus concernit cõmodum & fauorem dictarum Ioannetæ & matrimonÿ:in quorum nempe præiudiciũ non debet aliquatenus infringi. uerũ quidam eorundem commodo et fauore penitus ceſſantibus inquantum reſpicit perſonam tantũ prædicti Alber. prætacta donatio non eſt ualida, niſi morte donantis ea demum confirmetur.*

c ¶ Vnde cum. *Donatio inter patrẽ & filium an, et quando ualeat,uide Pau.de Ca.in cõ.cccxlv.in antiquis.*

d ¶ Operatur. *Tria enim ſunt quæ iſtud operantur, uidelicet, priuilegiũ dotis: quia proprium patrimonium mulieris: & quia dos non reſidet in filia: ſed tranſit ad maritum:et occultatur unus actus.do.Bal.in d.l.ij. col.ij.uerſi. contra primam partem. C.de inoffi.do.*

e ¶ Glo.*Super uerſicu. conſcripſerit, quod expo.*

f ¶ Sequitur.*Supple.in litera.*

g ¶ Glo.*Sup.in uer.uel dederit.quod interpretatur.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à patre filio in poteſtate conſtituto, an confirmetur iuramento.*

2 *Obligatio requirit duo extrema.*

3 *Pater quantum conferre poſſit filio.*

QVAESTIO CXLVI.

IMO & ſi dicta donatio, ſuprà in præcedenti quæſtione mentiõata, fuiſſet ſimplex donatio, & non ob cauſam matrimonii,
1 adhuc* ualuiſſet uigore iuramẽti in dicta donatione per dictũ donatorem præſtiti de nũquàm reuocando:licet facta fuerit inter patrem & filium[a] in poteſtate cõſtitutum ſecundũ determinationem recolendæ memoriæ domini Petri Papæ,patrui mei, prout in quodã ſuo conſilio reperio,q:a do. Pe.in hac materia pro deciſione huius quæſtionis ſic

ſic diſtinguit.quia dicit ipſe, aut donatio proceſsit à præcedenti conuẽtione ſine traditione, aut à pręcedẽti traditione primo ca ſu.aut loquimur (dicit ipſe) de obligatiõe naturali, aut de obligatione ciuili.de obligatione naturali certũ eſt, ꝙ ualet.quia inter patrẽ & filium poteſt con
b ſiſtere naturalis obligatio [b]. l. frater à fratre.in prin.ff.de con di.inde. & ita pater erit oblagatus filio naturaliter. Si uerò de obligatione ciuili, & tunc licet ciuilis obligatio nõ poſsit conſiſtere inter patrẽ & filiũ illa ratione:quia de iure ciuili eadem perſona reputatur.l.fi.in fi.C.de impu.& alis ſubſti.hinc etiã dicitur, ꝙ pater eſt caput filii, qui non dicitur integra perſona,iuxta no.in l.cum non ſolũ.§.ne-
2 ceſsitatem.C.de bo.quæ lib.*Et obligatio eſt unum quid, quod requirit duo extrema,ſcilicet extra modũ obligans ſeu agẽs, & extremum obligatũ ſeu patiẽs. Patet, quia nemo ſibiipſi poteſt eſſe obligatus.l.hæres à debitore.§.ꝙ ſi ſtipulator. & §. ſeruo tuo. ff. de fideiuſ. Et cũ de iure ciuili reputẽtur una & eadẽ perſona pater & fili⁹: nõ eſt ibi niſi unũ extremũ: & ſic ibi non poteſt cadere obligatio, quæ requirit duo. qđ ſecus eſt de iure naturali: quia illo iure non erat identitas perſonarum inter patrem & filium.ideò, nõ mirum, ſi ibi cadat obligatio naturalis, cum ſint diuerſa extrema.& illa ratione non poteſt conſiſtere inter patrẽ & filiũ ciuilis obligatio,quia quicquid quærit filius,
c quęrit patri [c].l.uulgata.[d] Omnia
d iſta ſunt introducta per ius ciuile,in fauorẽ & priuilegium patris,ſcilicet,ꝙ ſint eadẽ perſona, & pater ſit caput filii: & quicqđ quęrit filius, &c.Et ꝙ fili⁹ ſit neceſſarius hæres,& ſubeat onera hæreditaria,ut pater ſine hærede nõ moriatur. Sed quãdo aliquis cõtractu eſt nullus in fauorem ſeu prærogatiuã alicui⁹, ita quòd aliqua actio nõ oritur,qa quod nullũ eſt,apparere nõ poteſt.l. nã & ſi ſub cõditiõe.ff. de iniuſto rupto. & irrito teſt.Si tamen iuramentũ apponatur ſup tali cõtractu nullo ualidat,& ex eo oritur actio ſecundũ glo.in auth.ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer.uendi.ubi cõtractus eſt nullus, ſi deficiat decretũ in fauorẽ & priuilegiũ minorum.Certè, ſi opponatur iuramẽtũ, ualidatur & datur actio ex eo.ut ibi.Ergo dicamus idẽ in propoſito,cũ in fauorem patris ſit donatio nulla,per oppoſitionẽ iuramẽti cõualidetur:quia qs poteſt renunciare fauori ſuo.iura ſunt uulgata.& iſtud eſt primũ fundamẽtũ dicti do.Petri Papæ.Pręterea dicit ipſe,ꝙ ius ciuile uult ſeruari iuramẽtũ & religionẽ.l.j.C.de ſum.trin.& fi.ca. Si ergo uult iuramentũ ſeruari,ergo uult ueritatem ſeruari,quę eſt de ſubſtantia iuramẽti.c. & ſi Chriſtus.extrà de iureiur. ſi ergo uult ſeruari

uari ueritatem:ergo uult tolle-
re fictionem,ſcilicet, quæ eſt, ꝙ
pater & filius nõ ſunt niſi una ex
tremitas, in qua nõ poteſt cade
re obligatio,ut ſ.dixi.Ergo dica
mus, ꝑ per appoſitionẽ iuramẽ
c ti cũ fictio tollatur,[c] ꝙ ſint duo
extrema pater & filius,etiam de
iure ciuili propter iuramẽtũ,qđ
uult in ius ciuile ſeruari,in quo
iuramento nulla fictio cadit. &
ſic ſi ſint duo extrema de iure ci
uili,ergo ibi cadit obligatio ci-
uilis: & ſic pater erit obligatus
naturaliter filio:ut ſ.dixi.& ciui
liter ꝓpter iuramẽtũ.Secũdo ca
ſu, quando donatio proceſsit à
præcedenti traditione: & tũc di
cit ipſe do.Pe.Papę,cũ dominia
ſint de iure gentiũ.Sic eſt,ꝙ li-
cet illa,quæ ſunt iuregẽtiũ quę-
ſita p filiũ ab extraneo,nõ per-
f ſiſtant per momẽtũ[f] penes filiũ,
imò ſtatim faciũt tranſitũ in pa-
trem:tamẽ illa quę ſunt iuregẽ-
tium quęſita per filiũ à patre,in
ipſo filio permanẽt, & in eũ in-
corporantur.l.frater à frater. §.
quęſitũ.ff.de cõd.inde.Cũ ergo
dominia ſint iuregẽtiũ, dicam⁹
ipſo filio pmanere,& incorpo-
rari in eũ ſibi donata per patrẽ.
& iſtud eſt ſecundũ fundamẽtũ
dicti do.Petri.Prętereà dicit ipe
do.Pet. donatio fit nudo pacto.
l.ſi quis argentũ. §.pe. C.de do.
Sed in nudo pacto tantũ ineſt
g naturalis obligatio[g], quæ cõſi-
ſtere poteſt inter patrẽ & filium.
l.frater à fratre.ff. de cõdi.inde.
unde quod naturaliter agitur,
confirmari debet iuramento, ut
plenè ſ.dixi q.cxc.circa prĩ.Præ-
tereà & quartò,dicit ipſe do.Pe.
iuramentũ facit de minore ma-
iorem, & tollit obſtaculũ mino
ritatis:ut ꝓbatˀ in d.auth.ſacra-
menta. & ibi per doc. dicamus
ergo , ꝙ faciat de unitate duo
extrema.Prætereà & quintò,di-
cit ipſe,ꝙ illa quæ nõ ſunt ꝓhi-
bita:poſſunt ualidari iuramen-
to: ſed donatio inter patrem &
filium nõ ſunt perpetuo ꝓhibi-
ta. qa in certis caſibus permiſta
ualet donatio ob merita,dona-
tio ob cauſam dotis,& donatio
propter nuptias: ut ſuprà dictũ
eſt in præcedẽ. q̃ō.ideò non eſt
perpetuò prohibita,unde iura-
mento firmari debet, ut no.in l.
non dubiũ.C.de leg. & per Dy.
in c.nõ eſt obligatoriũ.de re.iu.
lib.vj.ita dicit ipſe Petrus Papę.
h Et hanc partem tenet[h] do.Pe.de
Muris,& refert do.Henricus de
Bouenco in d.auth.ſacramenta.
in ſua repetitione.Licet ipſe do
minus de Bouenco ibi dicat, ꝙ
non cõfirmatur talis donatio iu
ramento, ut ex ea oriatur actio
licet pater poſsit cõpelli ad ob-
ſeruandum talẽ donationẽ ui-
gore iuramẽti, iuxta c.cũ cõtin-
gat.extrà de. iureiurãdo. ita di-
cit ipſe ibi.Sed do.Pe. Papæ te-
net, quòd imò ex tali donatiõe
oriatur obligatio & actio: ut ſ.
dixi.& credo,ꝙ hæc fuit opi.di
cti Iac. Balduini in ſua repetitio
ne dictæ authẽ.ſacramenta.licet
per alias rationes:& ꝓ hac par-
te

te allegat ubi s. idem do. Iaco. Balduini tex. in auth. de immen
3 ſis dona. in prin. col. vij. Vbi* iure nouiſsimo pater poteſt cõferre donationẽ in unum ex filiis, dummodo moderatã donationem in eũ conferat: & dũmodo patri remaneat tantũ, ꝙ alius filius poſsit excludi à querela. C. de inoffi. do. l. ij. & ꝙ iſta donatio inter patrẽ & filiũ iuramento firmetur, tenet Bald. in l. ti. C. de uſucapionibus pro do. & ita fuit determinatũ anno M. cccclxj. de menſe Iunii. in reuiſione proceſſus dicti caſtri Rapiſchinardi dicto menſe diffiniti.

a ¶ Inter patrem & filium. *Vide de hoc ſcilicet, quòd donatio ſimplex inter patrem & filium firmetur iuramento, iſtum plenè, conſi. xx. inci. uiſo facto, ut ponitur nu. iij. uer. & ſi forte diceres. et conſi. ciiij. incip. præſuppoſitis. nu. iij. uer. ſed quid de donatione. & conſi. cclxiij. inci. honeſta mulier. numero ſecundo uerſicu. j. quia dicta donatio.*

b ¶ Naturalis obli. *Cõtrarium uidetur ſentire do. Bal. in l. ſi pater. in j. col. circa prin. C. de inoffi. do. Sed do. Bar. in d. l. frater à fratre. in pe. col. uer. vj. quæro. uidetur uergere in opi. authoris, quæ uidetur probabilior, quia patria poteſtas eſt de iure ciuili, ut inſti. de patria poteſtate. § ius autem poteſtatis. ſed ratio ciuilis, uinculum ciuile, nõ autem naturale poteſt tollere. §. fi. inſti. de le. agn. tutel. ergo &c. et hanc opi. tenet expreſſe do. Bal. in prælleg. l. frater à fratre. §. quæſitum. & do. Io. And. in addi. Specu. in ti. de teſt. in uerſic. pone filius fecit. in addi. quæ incip. in fine. Hubertus.*

c ¶ Quærit patri. *Hoc intellige de iure antiquo, excepto tamen peculio caſtrenſi, ſeu quaſi: ut inſti. per quas perſonas no acqui. §. j. & ibi glo. & doc. et de hac materia uide do. Bar. et Bal. in d. l. frater à fratre. in prin. & per doc. in c. j. extra de pecu. cler. & in Specu. de actio. poſſ. ueratem quòd eſt filiusfami.*

d ¶ L. uul. *Credo, quòd uoluit allega. præ. §. j. inſtit. per quas perſo. no ac. qui. ubi habetur quòd olim quicquid acquirebat filiusfami. acquirebatur patri, excepta cauſa caſtrenſi, uel quaſi. imo uerius l. j. in prin. ff. ſi à pa. quis ma. fue.*

e ¶ Fictio tollatur. *Vide de hoc iſtũ, conſi. xxxj. incip. in Ieſu Chriſti nomine amen. nu. iij. ſolut. primi dubij. uerſi. item licet donatio.*

f ¶ Per momentum. *Vt in l. placet. ff. de acqui. hæredi.*

g ¶ Naturalis obligat. *De hac naturali obligatione plenè, & de illius effectu loquitur iſte, conſi. xij. incip. ex facti narratione. nu. iiij. uer. præterea & ſi dicta conuentio. uolu. j.*

h ¶ Tenet. *Hanc in partem inclinare uidetur do. Io. And. qui dicit contractum patris cum filio in poteſtate initum firmari iuramento: ut in additio. Spe. ti. de teſt. uerſi. pone, quòd filius. in addi. incip. in fin. Hubertus de Bobio. ibi, quæ dicit &c. iuncto ibi iuret. Et expreſsè iſtud firmat per pulchra media dominus Bal. in l. iij. col. ij. uerſi. ſed quid ſi fuit. C. de uſuca. pro dona. Et quòd iuramen-*

tum ualidet contractum inter patrem & filium, qui alias non ualeret. uidetur tex. in c. quanuis. de pac. in vj. & in c. cum contingat in fine. extra de iureiuran. Et facit quia in prohibitis fauore personæ iuramentum illius, cuius fauorem reſpicit: facit ualere, quod non ualebat: ut dicit do. Io. And. in regula non eſt obligatorium. in prin. de reg. iur. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio, redeátne ad patrem eo mortuo.*

2 *Quæſita per filium, patri non quæruntur eo mortuo.*

3 *Verba in donatione apposita, ad habendum, tenendum, poſsidendum, permutandum, quid operentur.*

QVAESTIO CXLVII.

SED iuxta præmiſſa quæro, ſi mortuo dicto Alberto Alamandi donatario, ſuperſtite dicto Io. Alamãdi eius patre & donatore bona donata ad ipſum Io. Alamandi patrem donãtem redierint: uel an tranſierint ad dictum Claudiũ filium, & hæredem dicti Alberti donatarii, [a] dubium facit, quia ſicut ſoluto matrimonio patre dotante ſuperſtite dos ad ipſum redit: ut l. uulgata, dos à patre profecta [b]. ita donatio propter nuptias redit ad donantem, in qua dos & donatio propter nuptias æquiparantur, ut l. cũ multę. C. de do. ante nuptias. facit l. ſi liberis. cũ ibi no. per gl. & in auth. dos data. eo. ti.* 1 Et pariter dicendũ uidetur in donatione, de qua agitur, facta dicto Alberto: ut ſoluto matrimonio per mortem dicti Alberti donatio ipſa redierit ad eius patrem donãtem: attento pręſertim, ꝙ potiſsima ratio, propter quã dicitur donatio ipſa ualere: eſt argumentum iurium de dote loquẽtiũ propter quæ iura ſ. allegata à paritate rationis, dicitur ipſa donatio ualere contemplatione matrimonii: non ergo maioris efficaciæ debet eſſe dicta donatio, quàm dotis conſtitutio: nec tacitum q̃ expreſſum ſit, ꝙ ſoluto matrimonio redierit ad patrem donantem, ſicut dos redit de iure ad patrẽ dotantẽ. Præterea de hoc, q̄d donatio de qua agitur, redierit ad patrẽ: uidetur caſus in l. ij. C. de bo. quæ lib. His tamen non obſtantibus dicendũ eſt donationem prædictã de qua hic agitur, ſeu eiuſdẽ ipſi Alberto Alamandi cõpetẽs per eius mortem in dictũ Claudiũ eius filium & hæredem trãſiſſe: quia poſtq̃ dicta donatio fuit ualidata & efficax, p ea, quæ ſuprà dicta ſunt, ipſo altero decedẽte tranſierũt in dictũ Claudiũ eius filium & hæredem.* 2 Quia ſecundũ iura authẽticorũ illud eſt hodie expeditum, ꝙ ea, quæ perueniunt ad filiũ, patri non quærũtur: ſed tranſeunt ad deſcendẽtes ipſius filii. in auth. de hære. ab inteſta. §. j. col. ix. & in authẽ. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. hæredi. quæ ad huiuſmodi declarationem fuit facta ac edita. Ideó moriente filiofamiliàs patre & nepote

pote ſuperſtitibus relictis, nepos præfertur patri: ut ibidem habetur.& eſt ratio: quia prima cauſa ſucceſsionis eſt deſcēdentium. Secunda aſcendentiū. Tertia collateraliū: licet nepos non ſit ſuus reſpectu filii patris ſui prædefuncti, cū in ei⁹ poteſtate non exiſtat: in §. ſui. inſti. de hæred. quali. & diffe. & inſti. de pa. po. in §. j. nec ibi diſtinguitur in qua ętate trium uel quatuor aut plurium annorum talis filiusfa. uel nepos decedat: ideò nec nos diſtinguere debemus. l. proſpexit. ff. qui & à quibus manu. li. nō ſunt. Et iſtā concluſionem ponit
c gl.[c] in d. auth.[d] in prin. ibi[e] dum
d dicitur, & ſic no. hic &c. Præter-
e eà, quando filia de cōſenſu patris ſtipulatur dotē ſibi reddi & ſuis liberis: aut ipſe pater nomine filiæ ſtipulatur ipſi filię reſtitui, uel ſuis liberis: tunc ſoluto matrimonio ipſa dos redit ad patrem dotantē: ſed trāſit ad filiam, ſi uiuat: ut l. ſi cū dotem. in prin. & l. poſt dotē. ff. ſol. matr. & no. Bal. in l. quæ dotis. in l. Gai⁹. ff. ſol. matr. Et ſic mortua deuoluitur ad eius liberos tanquā hęredes: ut eſt text. in l. inter ſocerum. §. cū inter. ff. de pact. dota. ubi in caſu omiſſo, & non comprehenſo in ſtipulatione facta per patrem de dote ſibi reſtituenda, donare uidetur ipſi filiæ & ipſius ſolius eſt actio: ut l. cum dotem. in princ. ff. ſolu. matri. & tranſit ad eius liberos, tanquam hæredes ipſius filiæ. & ita intelligit dictum §. Bar. inſequendo Odofre. & Iac. de Bello uiſu in prædicta l. poſt dotem. in uerſi. quartò quæro. ubi dicit, ꝗ quando dos ex donatione tacita uel expreſſa acquiritur filiæ, ita ꝗ pater nihil habet in ea facere, tranſit ad filios & hæredes filię. Secus, ſi non donauit tacitè uel expreſsè: ut notatur ibi. Vnde cū uoluerit ipſe donator bona donata, de quibus agit, uirtute ipſius donatiōis dicto Alb. eius filio pertinere, nedū cōſtante matrimonio: ſed etiam diſſoluto: ut patet primò per illa uerba in dicta donatione appoſita, dedit dicto Albe. ſuo filio præſenti, ſtipulāti, & recipienti donatione appoſita, pura, ſimplici, & irreuocabili. quæ dicit inter uiuos ſine ſpe decæterò reuocāda &c. Si enim non duraret niſi cōſtante matrimonio, & per diſſolutionem eiuſdē cenſeretur eſſe reuocata, & finita nō eſſet perpetua & irreuocabilis, qualē tñ eſſe uoluit ipſe donator. Itē per uerba illarū clauſularū ſaluo & retento &c. Et ſaluis retētis &c. prædictas enim retentiones faciendo reliqua omnia in ipſa donatione cōprehendi uoluit: & nihil ulterius reſeruari: imò & reſeruationes, ſi quæ aliæ de iure communi eſſent, per hæc uiderentur eſſe ſublatæ. C. de pac. conuen. l. fi. in auth. de non alie. §. ut autem. col. ij. & l. quæſitū. §. idem reſpondit. ff. de fundo inſtru. l. cum pretor. ff. de iudi. &

di.& l.j.in fi.cũ ibi not.in fi.magnæ gl.ff.de re iũ.* Item per illa
3 uerba, ad habendum,tenẽdum, poſsidendum,permutãdum : ut in quencunque uoluerit trãsferendum in teſtamento,uel extrà &c. Per quæ manifeſtè apparet, quod uoluntas & in teſtamento ipſius patris donatoris fuit, ꝙ tã conſtante matrimonio q̃ diſſoluto ualeret dicta donatio: f
quia ſi fuiſſet intentio, quòd ſoluto matrimonio etiã per mortem dicti Alberti eius filii dicta donatio rediiſſet ad ipſum patrem, nõ eſt uериſimile, quòd ei dediſſet poteſtatem alienandi bona donata,& ea in quencunque trãsferẽdi,prout fecit. Poſtquã ergo apparet ex præmiſsis, dictum patrẽ uoluiſſe & fuiſſe intẽtionis,ꝙ dicta bona donata pertinerent dicto eius filio abſque limitatione temporis, & ꝙ donatio ipſa eſſet ꝑpetua & irreuocabilis &c.dicẽdum eſt per mortem dicti Alberti filii bona ipſi non rediiſſe ad dictum eius patrem:ſed trãſiuiſſe ad dictum Claudium filiũ & hæredẽ dicti Alberti. Sicut & dos in caſu ſimili tranſit ad liberos & ad hæredes filię,& non redit ad patrẽ dotantem:per ea,quæ ſuprà dixi.Ex his patet reſpõſio ad rationes & iura in oppoſitũ allegata. Quia illud quod dicitur, ꝙ dos & donatio propter nuptias æquiparãtur:& ſicut dos ad dotantem:ita & donatio ad donãtẽ redire debet &c. habet locũ: quãdo non apparet patrẽ dotãtem uel donantẽ uoluiſſe, quòd dos uel donatio, perpetuò, nedum conſtante matrimonio,ſed etiam diſſoluto pertineret filiæ uel filio. ſecus , ſi de hoc appareat per ea,quę ſuprà dicta ſunt. unde cũ in caſu iſto, de quo hic agitur, de hoc appareat &c. Et hanc opi. [f] etiam tenui dũ practicabã : ut patet, in quodã meo cõſilio incip.tribus ſatis &c. ſuper proceſſũ caſtri morgiarum facto. pariter etiã nõ obſtat l. ij. C.de bo.quæ li.quia loquitur in caſu,ubi nõ apparebat,quod pater uoluiſſet dotẽ uel donationem propter nuptias filio uel filiæ pertinere omni tẽpore etiã matrimonio diſſoluto.Et ita ſecundum hanc cõcluſionem fuit determinatũ ꝑ dominos meos in diffinitione dicti proceſſus caſtri Rupiſchinardi.

a ¶Dicti Alber.donatarii. *Vide iſtũ conſ.xvij.inci.ex facti narratione. nu. vj.uer.ad iij.uero dubium,uolum.j.*

b ¶L.dos à patre profecta.C.*ſolu. mat.& ibi gl.& doc. & de hoc plenè per d.Bar.in l.poſt dotem.vij. col. uer.v.quæro.ff.eo.tit.ſol.mat.* Adde, *quòd dicta illa l.dos a patre. intelligitur ſi filius, aut filia decedant ſine liberis,ſecũdum opi. Marti.quã ibidem glo.recitat,& dicit eã teneri de conſuetudine. Et ſic quæſtio præſens non habet difficultatẽ:quia ſatis ſuſtineri poteſt, quòd Claudius filius Alberti donatarij ſuccedit in dicta donatione,per d.l.dos à patre.C.ſol. mat. Et ſic poteſt dici domin.authori*

ri huius libri, quid nodum in ſcirpo?

c ¶ Gloſ. *In uerſic. ſi quis igitur. in fi.*

d ¶ In dicta auth. *Scilicet de hæredi. ab inteſta. uenien.*

e ¶ Ibi. *Supple in gloſ.*

f ¶ Opinionem. *Hæc uidentur clara, per ea quæ leguntur & notantur in ipſa auth. de hæred. ab inteſta. ueni. col. ix. iunctis hu, quæ ſcribuntur per do. Bar. in all. l. poſt dotem. in vj. col. in iiij q.*

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum an poßit uel uendicatione uendicari, uel agi confeßoria.*

QVAEST. CXLVIII.

IN proceſſu exiſtente in manibus Petri de Boliaco, ſecretarii curiæ parlamenti, & diffinito per dictam curiam die decimaſexta menſis Februarii, M. ccccl viij. inter Reuerē. in Chriſto patrem dominum, d. epiſcopū ſancti Pauli tricaſtrinę diœceſis, ad cauſam caſtri de balmis, agentem ex una parte, & nobilem Gabrielem de Berniciis dominum de targēs, ſe defendentem ex alia, fuerūt factę xxij. deciſiones in iure proximè ſequentes in camera conſilii, in qua erant undecim tam doctores, quàm licentiati, uidelicet domini Ioan. Bauilli pręſidens, utriuſq; iuris doctor. Ma. Thomaſsini in legibus licentia. miles. Guilel. guilhonis, decretorum doct. Ioan. de ſancto Germano leg. doctor, aduocatus fiſcalis. Ioan. de ſancto Germano in legibus licentia. præpoſitus eccleſiæ ſancti Andreæ Gratianop. Ioan. Vileta legum doctor. Pet. Anſelmi. Ioan. moteti. Franciſcus Chanterelli. Anto. Valerii legum doctores. & ego Guido Papæ. Licet aliqui fuerint in cōtraria opinione: attamen maior pars ita concluſit. 1 * Primò, nanque fuit quęſitum, an dictus dominus epiſcopus petēdo dictum caſtrum de balmis, potuerit intentare prout intētauit rei uendicationem, uel an debuerit intentare confeſſoriam prætextu iurium incorporalium dicti caſtri, cū petat ipſum caſtrū cum iuribus & pertinentiis: quæ pertinētię, uidelicet iuriſdictio, pulueragium, ius paſqueirandi, & ſimilia ſint incorporalia. Iſtā quæſtionē mouet dominus Inno. qui ponit exemplum quando petitur ciuitas, caſtrum, uel uilla, an competat rei uendicatio. Et poſt multa cōcludit, quòd hoc caſu potuit intentari rei uēdicatio, cùm ipſe dominus epiſcopus prætendat dominium dicti caſtri ſibi inſolidū pertinere. pro quo allegat ipſe in ar. l. ij. C. de fundis limitro. & l. ij. C. de bonis uacantibus. Secus autem dicit ipſe dominus Inno. Si dictus dominus epiſcopus prætēderet tantummodo in dicto caſtro ſibi pertinere aliquod ius, uideli a cet iuriſdictionē [a], uel aliquod ius incorporale; nam tūc eo caſu non competeret rei uēdicatio: ſed confeſſoria. quia rei uēdicatio non competit pro re in- b corporali [b], ut uidetur uelle gl.

in

in c.paſtoralis. ſuper uerbo uẽdicare. extrà de cauſa poſſeſſionis & proprieta. ita dicit ipſe dominus Innoc. quem ſequitur dominus Anto.de But.in c. cum uenerabilis. extra de religioſ. domi.Ita etiam dicit Io.Fab.in. ſtit.de actioni.§.§. præiudiciales. in viij.col.uerſ.ſatis uidimus.de actionibus,quæ competunt &c. & in §.omnium.e.tit.in x.col.& ibi latè de hoc. Et ita fuit conclusum inter dictos dominos, nemine diſcrepante.

a ¶Iuriſdictionem. *Vide ſuper hoc dominum Bald.in l.j ulti col. uerſic. queritur utrum.ff.ſi cer.pe.*

b ¶Rei uendi.pro re incorporali. *Hoc autem uerum eſt,quòd actio rei uendicationis non datur ad incorporalia.hac limitatione tamen adhibita: uidelicet, niſi incorporalia ueniant acceſſoriè ad rem corporalem: ut dicit domi.Alex.in addi.ad Bart. in l.uendicatio.ff. de rei uendic. alle. ad hoc l.j.§.j. & §.ſi fundus.ff. de ui & ui arma. ubi licet interdictum, unde ui non detur ad mobilia principaliter, tamen datur in conſequentia, quando accedunt rei immobili.& ita dicit tenere in not.per ibi no in c.examinata.extra de iudi.*

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſiæ ut alienentur, quid requiratur.*

QVAEST. CXLIX.

SECVNDA concluſio in dicto proceſſu caſtri* de bal-
1 mis fuit iſta, ꝙ pro forma alie-
a nationis rerum eccleſiæ[a] nõ requiritur forma requiſita & data in authen.hoc ius porrectum.C. de ſacroſan.eccle.ita tenent Cy. Bart.& Bal.& Ange.in dicta authent.hoc ius.idem tenent gl. & Inn.in c.dudum.de re.eccle.non alie.lib.vj.& Hoſt.Io.An.Henri. Bohic.& Ant.de Butri.in c. nulli.de re.eccl.non alie. Sed ſuffi-
b cit ſolennitas[b] & forma data in ſumma.xij. q. ij. in c. ſine exceptione.eadem cauſa & q.& in c. dudum.de re.eccl.non alie.quæ forma eſt quòd alienetur cũ tractatu pręcedenti & de conſenſu capituli:& ibi nõ dicitur requiri cõceſſum Archiepiſcopi.licet Bald.& Ang.in d.auth.hoc ius. dicãt illud reqri. idẽ dicit gl. in c.j.in uerbo,defenſore.in ti. de reb.eccl.nõ alie.li.vj. quòd reqratur conſenſus Archiepiſcopi quando epiſcopi uel archiepiſcopi alienãt. An autẽ reqratur in alienatiõe facta p epiſcopũ authoritas Archiepiſcopi & eius cõſenſus: Io. An.in d.c.j.de reb.ecc.nõ alie.lib.vj.ſe remittit ad ea, quæ notauit de his, quæ fiũt à prælato ſine conſenſu ca. & ibi cõcludit,ꝙ ſi epiſcopus iurauit non alienare,ſine conſenſu Papæ uel Archiepiſcopi, requiritur conſenſus Archiepiſcopi,aliter non ualeret alienatio. Aut non iurauit, & non requiritur conſenſus nec authoritas Archiepiſcopi,nec Papæ,cũ hoc iure cautum non reperiatur. ita ibi concludit,quem ibi ſequitur Innoc.& Hoſt.in c.j.de his,quæ fiunt à præla. ſine conſenſu ca.

Idem

Idem Henricus Bohic.in c. irrita.eo.ti.idem ibidem tenet do. Cardi.flor.referendo ibi ita tenere Archi. idem tenet & concludit Ant.de But.in c.j. de his, quæ fi.à prælato. Idem tenet Innoc.quem ſequitur Do. de ſancto Gemi.in c.j.de re.eccle.non alie. ita concluſerunt dicti domini doctor.in deciſione dicti proceſſus exiſtentes, licet do. Io. de Imola dicat, quòd tutius eſſet requirere conſenſum Papæ, uel Archiepiſcopi propter opiniones euitandas. in c. j. de his, quæ fiunt à prælat.ſine conſenſu cap. Sed quę ſolennitas ſit ſeruanda in alienatione rei fi-
c ſcalis: uide gloſ.in l.j.[c]C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſc.li.x.Sed
d quæ ſolénitas requiritur,[d] quãdo uenditur res priuati pro debito fiſcali.not.in l.ſi quos.C. de reſcin.uen.

a ¶Rerum eccleſiæ. *De materia alienationis rerum eccleſiæ, de qua in hac quæſt.cũ decẽ ſeq.& q.ccccc-xciiij.tãgit.uide in deciſ.tho.q.xcvij.*

b ¶Sufficit ſolennitas. *Et quòd hodie in alienatione rei eccleſiæ ſufficit conſenſus epiſcopi & capituli. tenet domi.Goſ.in ſumma de re.eccle.non alie.j.col.uerſic.prohibentur. Et ibi ſubiungit quòd ſi res modica ſit, & neceſſitas magna, non requiritur conſenſus capituli.alle.xij.q.ij.terrulas. Et quæ nam ſint cauſæ, propter quas de iure res eccleſiæ poſſunt alienari: ponit ubi ſuprà do. Goſ.dicens quatuor eſſe cauſas, ad quas ferè omnes aliæ reducuntur. uidelicet, cauſa neceſſitatis: ut cum debitum urget. cauſa pietatis: ut pro redemptione captiuorum uel alimonijs pauperum. cauſa utilitatis: ut in cap. ſine exceptione.xij.q.ij. cauſa incommoditatis uel minoris utilitatis: ut in d. c.terrulas. & de hoc quod prædixi, uide dominũ Innocen.in capi.fina. de re eccle.alienan.uel non.*

c ¶L.j. *Et ibi domi.Barto.*

d ¶Requiritur. *Vide gl.j.in l.ſi minori.C.de iure fiſ.lib.x.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio contra eccleſiam an incipiat currere à tempore Prælati malè alienantis.uide & nu.2.*

QVAESTIO CL.

TERTIA concluſio fuit in dicto proceſſu caſtri
a de balmis, quòd præſcriptio[a]
1 * contra eccleſiam non incipit currere à tempore prælati malè alienantis: ſed à tempore eius ſucceſſoris: & ſubducitur tempus quo uixit prælatus malè alienãs, per text.in c. ſi ſacerdos. xvj.q.iij.& ita tenent Innoc.in c. cum ex literis.in prin.de reſtitu. in integ.& gl.in fi.in c.j.de reſti. in integr.& uidetur ſentire Ioã. Fab.in l.h.C.in qui.cau.in integ. reſtit. non eſt neceſſaria. in fin.
2 * Notanter loquor de prælato male alienante: quia ſi prælatus aliquid alienauerit, quod potuerit de iure alienari, & cum ſolennitate ad hoc requiſita, de qua ſuprà dixi q.cxlix.tunc curret pręſcriptio de tẽpore pręallegati alienantis.ut uolunt doc. in locis pręallegatis.ita concluſerunt

ſerunt dicti domini docto. ibi
præſentes.

a ¶ Præſcriptio. *Quod contra eccle-
ſiam.nam currit præſcriptio uiuente
prælato in bonis alienatis. tenet do-
mi. Bald.in l.j.C.de bonis mater. j.
col.circa prin.uer.in text.ibi,nullam
præſcriptionem.*

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſiæ an præſumatur alienatæ
in utilitatem.*

QVAESTIO CLI.

QVARTA concluſio fuit
in dicto proceſſu caſtri de
balmis, quòd licet in inſtrumē-
to dicatur & narretur quòd ſit
a factū cauſa utilitatis [a]* eccleſiæ,
1 quod tamen non præſumitur,ni
b ſi aliter probetur. [b] text.eſt in l.j.
iuncta gl.& ita ibi tenet Domi-
nicus de ſancto Geminiano. de
re.eccle.non alie.li.vj.licet con-
trarium uoluerit ſentire gl. In-
no.Hoſti. Cardi.floren.iij.q.j.in
c.ea noſcitur. de his quæ fiunt à
prælato ſine conſenſu capit.ubi
dicit ipſe do.Cardi.floren.quòd
quando Abbas præſentat ali-
quem,licet non dicat quòd præ
ſentat de conſenſu capituli,præ-
ſumitur conſenſus capituli in-
teruenìſſe : cum de iure inter-
uenire debeat : de quo ibi per
eum.ita etiam dicit do.Anto.de
Butrig.maximè,quando inſtru-
mentum facit pro eo,qui eſt in
poſſeſsione non recenti , ſed
longinqua : in d.c. ea noſcitur.
de his quæ fiunt à prælato.

a ¶ Vtilitatis. *Vbi enim eſt forma ſer-
uata , & decretum ſuperioris inter-
poſitum, ſemper præſumitur factum
pro utilitate eccleſiæ ut dicit do. Bald.
in c j.in uerſic.quæritur .qui feu.da.
poſ.in uſi.feu.*

b ¶ Niſi aliter probetur. *Pro hoc
bene facit,quod dicit do.Bart.in l.ſi
forte.uerſic.ult.ibi, ego dico.& me-
lius ibi.& hoc dixi,ubi dicit,quod ſi
in inſtrumento uenditionis facta à
capitulo , alicuius eccleſiæ continen-
tur , præcedentibus legitimis tracta-
tibus &c. Iſta uerba inter eaſdem
perſonas non probant:ſed fortè ſecus
eſſet dicendum, ſi ſpecificaretur quæ
& qualis utilitas eccleſiæ interueni-
ſſet arg.eorum,quæ dicit do. Bald.in
authent unde ſi parens. circa princi.
uerſic.debet tamen.ibi,ergo quando
pater.C.de inoffi.teſtamen.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus , quo eccleſia fuit in com-
mendam conceſſa,an debeat ſubduci
de præſcriptione.*
2 *Eccleſia conceſſa in commendam,an
dicatur uacare.*
3 *Depoſitum quo caſu non debeat
reddi.*

QVAESTIO CLII.

QVINTA concluſio, quòd
de tempore præſcriptionis
1 non ſubducitur tempus , * quo
eccleſia data fuit in commen-
dam : quia tunc non dicitur ua-
a care.[a] ca.nemo.& ibi gl.de elec.
lib.vj.& Archi.Io.Mo.& Domi-
nicus de ſancto Geminiano. qa
illo modo habet legitimum de-
fenſorem:& eſt canonicus titu-
lus datio in commendā:de quo
in c.dudum.ij.de elec.& in c.qui
plures,xxj.q.j.& per Inn. & doc.
in

in c.ſi conſtiterit.de accuſati.& maximè per domi.Card.flo.qui omnes concludunt,ꝙ dicitur ca nonicus titulus:& facit fructus
2 ſuos.nec* tūc dicitur uacare eccleſia.nec obſtat,c.j.de depoſito:quia ibi dicitur ꝙ canonici & eccleſia nō tenentur de depoſito,ex eo,quòd pecunia nō fuit cōmendata,id eſt in depoſitum tradita eccleſiæ:ſed uiro belial: de quo non tenetur eccleſia:&
3 ſic nihil facit ad factum.nec* pariter obſtat tex.in c.ne quis arbitretur.ubi dicitur,ꝙ ſi tu mihi in cōmendam,id eſt, in depoſitum tradideris gladium tuū:& poſt efficiaris furioſus, ꝙ tibi reddere nō debeo. Non obſtat pariter c.j.iuncta glo.ſi.de præſcrip.quia ibi loquitur, quando prælatus eſt hæreticus:tunc contra eccleſiam non currit pręſcriptio:quia tunc dicitur quaſi uacare:nec eſt legitimus prælatus & ſponſus.Sed quādo datur in commendā,commēdatarius eſt bene legitimus prælatus:ut præ dixi ſuprà.& ſic non obſtat,

a ¶ Vacare. *Eccleſia commendata, censetur uacare de iure,non autē de facto.ita uidetur ſentire do.Archid. in c.qui plures.xxj.q.j.Et facit,quia commendatarius non habet ius in eccleſia,ſecundum do.Inn.in c.dudū.ij.col.j.in gl ſua,ſuper uer.conceſſionem.extrà de elect.,poteſt tamen ſumere alimenta,ut dicit do.Arch.in d.c.qui plures.& in c nemo.j.col.in uer.commendare.de elect.lib.vj.Et ſic uidetur,quòd eccleſia commendata,ſublata commenda remaneret uacans in curia Roma.facit quod not. Archid.in c.ii cui.circa prin.ibi,& quia Papa.eod.tit.lib.vj.Sed & fortè uerius uidetur,quòd commendatarius fructus ſuos faciat, & eccleſia commendata,non dicatur uacare:quia commenda eſt canonicus titulus,ſecundum glo.& do.Archi.& Io.An.& Pet.de Ancha.in d.c.nemo.& do.Card.in cle.ſi.pen.col.xij. q.de procu.Item quia commenda habet quandam attinentiam uel affinitatem cum prælatura:licet non ſit prælatura,per quam eccleſia non dicitur uacare,in qua dictumeſt,habetur titulus commendæ:quia titulus eſt cantus ad acquiſitionem fructuū. ita ſentit do.Io.And.in præall.c.nemo.in ij.glo.commendare.& ibidē poſt eum d.Pet.de Ancha.in uerſic. quæro.& pro hoc aliqui allegant Lap.in additio.ad Fede.in tracta, permu,quæſtio.xv,*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus rem repertam in menſa eccleſiæ, non poteſt alienare inconſulto Papa.*

QVAEST. CLIII.

SEXTA cōcluſio* quòd prælatus epiſcopus,nel alius quicunque ſit,nō poteſt rem eccleſiæ & menſæ epiſcopalis non ſolitam infeudari,de nouo infeudare[a] inconſulto Romano pontifice,obſtante iuramento præſtito per eos de non infeudando Romano pontifice inconſulto.per c.ut ſuper.de reb.eccl.nō alie.& c.ij.de feudis.& per text. in c.j.& ibi glo.fin. qui feudum

P dare

dare non poſſ.in uſibus feudorum.per tex.in c.j.epiſcopũ uel abbatem feudum dare nõ poſſe.& in c.j.de clerico qui inueſtiturã facit.& iſta eſt uera concluſio,quam tenet glo.iuris canonici pariter & ciuilis in locis præalle.Hoſti.Inn.Henr.Bohic. & Io.An.Card.flo.Inno. Ant.de Butr.& omnes doct.in d.c.ij.de feu.Bart.Bald.Ang.& Sal.in authen.quas actio.& in authen.ſi quas ruinas.C.de ſac.ſanc.eccl. & Andr.de Yſer.& Iaco.de Aluar.in feud.in ca.præallegatis.

b Sed ſi prælatus non iurauerit[b] non infeudare inconſulto Romano pontifice,non requiritur eo caſu authoritas Papæ:ut dixi ſuprà q.cxlix.& ita fuit concluſum in diffinitione dicti proceſſus caſtri de balmis:in quo proceſſu non reperitur quòd dominus epiſcopus Deodatus infeudans iurauerit nõ infeudare rẽ eccleſiæ inconſulto Romano pontifice,nec quòd aliud iuramentum præſtiterit.

a ¶Infeudare. *Clericus ſeu prælatus non poteſt infeudare ea bona, quæ tempore ſui ingreſſus reperit incorporata, in eccleſiæ poteſtatem & menſam,ſolita infeudari:ut dicit do. Iaco.de Aluarotis.in c.vij.in princi. iij.colum.uerſi.quæro.cum glo.ibi,ex quibus infertur.de his qui feu.dare non poſſunt.in uſi.feud.*

b ¶Iurauerit. *Omnes autem exempti,& qui aliquod beneficium ſeu aliquem gradum à Papa recipiunt, tenentur iurare de non alienando rei eccleſiæ,Romano pontifice inconſulto:ut dicit domi.Bald.in d.c.j.in princip.iij.col.uerſi.quæro,quæ ſint. de his,qui feud.alie.non poſ.& gloſ. in uerbo,ſacramento in præalle.c.ſuper.de reb.eccleſiæ alienan.uel non. Si tamen non iurarunt & alienauerunt rem eccleſiæ,tenet alienatio ſeu infeudatio, dummodo neceſſaria in alienationem rei eccleſiaſticæ adhibeatur.de quibus in cap.j.dominus Petr.de Ancha. de rebus eccle.non alienan.lib.vj.& ita notando ſentire uidetur do.Bald.in c.j.in uerſi. not.quòd archiepiſcopus.ibi,eum omnes epiſcopi.de cle.qui inueſti.fac. in uſib.feud.*

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus quo caſu rem eccleſiæ infeudare poſſit,& quo non.*

2 *Bona quando dicantur applicatæ menſæ eccleſiæ.& nu.3.*

4 *Menſa eccleſiæ,quid dicatur.*

QUAEST. CLIIII.

1 SEPTIMA concluſio,quòd licet res* eccleſię ſolita infeudari,poſſit per prælatum,ſi aperiatur feudum inconſulto Romano pontifice debitis ſolennitatibus requiſitis rem infeudare, per iura prædicta.tamen ſi aperiatur feudũ,& prælatus dictum feudum apertum & ſolitum infeudari nõ infeudet:ſed recipiat fructus.& ſucceſſor prelatus reperiat illud feudum inter bona menſę,non poterit incõſulto Romano pontifice infeudare,ſi tenuerit per annum inter bona menſæ ſuæ, & non infeudauerit.ita tenet Archidi,

in c.j.

in c.j.xxxv.quæſtio.viij.Bart.uero in l.ſi uacantia. C.de bon.uacan.lib.x.dicit,quòd tunc*dicatur applicata menſæ, & eſſe de menſa:quando per officiales ad hoc deputatos deſcripta ſunt in libro aliorum bonorum menſæ:uel quādo prælatus hoc declarauerit,gloſ.uerò,in cle.j.de exceſsib.prælato.in uerbo,men ſam.poſt Inno.in c.ut ſuper.[a]de rebus eccle.alie.uel non.dicentis,quòd bona intelliguntur de menſa,quando percipit epiſcopus non ſolum directum dominium,ſed etiam utile.& tūc infeudari non poteſt:ſecus quando ſolum percipit dominiū directum.Sed dominus Cardi.floren.dicit in c.ij.extrà de feudis, quòd ſi per annum prælatus tenuerit feudum apertum in menſa ſua,quod deſinit eſſe feudū, ſolitum infeudari, & amplius non poterit inconſulto Romano pontifice:quia poſtquàm tenuit per annū,ſatis uidetur innuere quòd uoluerit applicare menſæ ſuæ:niſi ex alia cauſa diſtulerit infeudare:de qua appareat:puta ut poſſet reperire bonum uaſallum propitium eccleſiæ.Et de hoc proteſtetur, quòd licet teneat & non infeudet infra annum,eſt tamen deliberatus infeudare:dummodo inueniat uaſallum propitium. gloſ. etiam in c.qui feud. dare poſſunt.hoc idem ſentit, uidelicet, quòd prælatus bona eccle.ſiue quæ reperit tempore ſui ingreſſus de mēſa eccle.licet aliàs ſint ſolita infeudari, non poſsit infeudare,niſi duntaxat bona ſolita infeudari,quæ tempore ſuo aperiuntur.Sed illa gl.communiter reprobatur,per c.j.in fin. de clerico,qui inueſtituram facit:ubi dicitur,quòd archiepiſcopus Mediolaneñ. id quod tempore ſui ingreſſus reperit in eccleſia non infeudatum, nō poteſt infeudare:licet ſit ſolitū infeudari. Alii uerò epiſcopi ea quæ ſunt ſolita infeudari,licet tempore eorum ingreſſus reperiant in bonis eccleſiæ,ſi ſint ſolita infeudari,poſſunt infeudare. & hoc ibidem tenet Bald.[b]dicens ad hoc ut poſsit non infeudare,requiritur quòd probaretur incorporatio facta menſæ eccleſiæ ſecundum ea, quæ dicit Bart.in l.j.[c]C.de bon. uac.lib.x.& ſecundum Bald.ibidem.hoc quaſi uidetur ſentire Inno.in c.ut ſuper.de reb.eccle. non alie.& gloſ.poſt eum in c. eccleſia frequens.in uer.ad mēſam.extrà de exceſ.præla.ubi dicunt,quòd*bona intelliguntur de menſa,quādo epiſcopus percipit utile & directum dominium.Sed dictus dominus epiſcopus Deodatus,qui dictum caſtrum de balmis infeudauit baſtardo de quæralio percipiebat directum & utile dominiū dicti caſtri de balmis, tempore dictæ infeudationis:ergo intelligitur de menſa.do.Iac.de Aluarotis uerò,in c.qui feudum

dare poſſunt.tenet idem quod Bal. uidelicet quòd licet prælatus tempore ſui ingreſſus reperiat bona eccleſiæ aliàs ſolita infeudari,poterit infeudare, ſicut feciſſet prædeceſſor ſuus, per rationes ibidem poſitas per Bald.Niſi(ut dicit)eſſent incorporata eccleſiæ & facta de menſa,ut dicit ipſe.habetur per doc, in c.ut ſuper.extrà de reb,eccle. non alie.& per glo.in cle.præalleg.in quibus dicunt docto.ꝙ quando percipit epiſcopus utile dominium,dicitur de menſa. ut ibi:quia tunc inconſulto Papa infeudare non poſſet.ita ibi dixit Andr,de Yſer,in d.c.j.qui feud,dare non poſ.ubi tenet,ꝙ licet prædeceſſor non dediſſet in feudum illud, quod ſolitum fuit infeudari:nihilominus poſſit ſucceſſor dare;argu,nota.in l.cum de conſuetudine.ff.de legib.niſi à prædeceſſore immediatè fuiſſet illud feudum receptum in mẽſam ſuam,per triginta annos,quoniam tunc eſſet inducta conſuetudo nõ dandi,& iſtæ ſunt opinio.docto.in hac materia ſcribentium. Sed ſi dicta dominorum doct,& iura quæ ipſi allegant,certè conſiderentur,uidentur omnes ſentire id,quod ſonat gloſ.Archidia.& domini Cardi.floren,uidelicet, quòd ſi illa bona ſolita infeudari reuertantur ad eccleſiam, & nouus prælatus reperiat de mẽſa eccleſiæ ſuæ,licet ſint ſolita infeudari, & tenuerit per certum tempus ſaltim per annum, ſecundum Archid.& Cardi.floren. imo etiam ſine temporis præfinitione, dummodo fuerit reducta ad menſam & ſcripta cum aliis bonis de menſa,ſecũdum Bart.Bal.& Iac.de Aluarotis in loco præalleg.& tunc non poterit illud nouiter infeudari. Et dicuntur & præſumuntur in dubio eſſe de menſa eccleſiæ,ſecundum Inno.Hoſt,do.Car.floren.& doc.in c.ut ſuper prælle ga.quo caſu nõ poteſt incõſulto Romano põtifice epiſcopus infeudare:ita omnes ſentiũt.Et in iſto caſu in quo ſumus:quia apparet ex diſcurſu dicti proceſſus,ꝙ dictũ caſtrũ de balmis ſit ſolitũ infeudari:ſed apparet ꝙ dictus epiſcopus Deodatus de ſtagno, epiſcopus tricaſtrineñ. infeudans tenebat in menſa & cũ aliis bonis eccleſiæ ſuę:dicẽdum eſt,ꝙ dictus dominus epiſcopus Deodatus nõ potuit in- d feudare[d] dictũ caſtrũ de balmis dicto baſtardo de quæralio incõſulto Romano pontifice:per tex,in d.c.ut ſuper,de reb,eccle. 4 alie,uel non.*Quę dicatur mẽſa,& quid appellatione menſæ cõtineatur,uide tex.gl.& Bar.in l.cũ pater.§.menſæ, ff.de leg.ij. Quæ res dicantur eſſe de mẽſa epiſcopi uel abbatis,uide Inno. in d.c.ut ſuper.& ponit remittẽdo Barto,in auth,qui rem.C.de ſacroſan.eccle.& uide gl.& Ioã. An.in clemen.de exceſsi.præla. e uerbo,ad menſam.[e]

¶Inno.

a ¶Inno.dicit. *In praalleg.c.ut ſuper. in glo.ſua.in uerſi.de menſa.dicit ipſe do.Inno.quod cum epiſcopus iurat non alienare ea, quæ ſunt de menſa,intelligitur,ut non ſolum teneatur non alienare,quæ antiquitus aſsignata ſunt menſæ:ſed etiam quæ de nouo:ſecus autem eſt in illis rebus,quæ eccleſiæ ſunt:ſed alijs datur utile dominium, etiam quando ad eccleſiam reuertuntur.& dat exemplum in feud.& ſic not.quod res,in quibus eccleſia habet directum dominium,& alius utile; non poſſunt dici de mēſa,cùm alius fructus percipiat:hoc eſt,quòd rerum feudaliū etiam ad eccleſiam reuerſarum fieri permittitur noua infeudatio:ut in d.c ij.de feud.res enim,quæ apud eccleſiam ſunt,ita ut in bonis & utilitate eius perſeuerent, cenſendæ ſunt de menſa. & de illis ne quid exeat de menſa,nō licet alienare ſeu infeudare Romano pontifice inconſulto,obſtan.iuramēto. hæc quidem colligūtur ex ſcriptis eiuſdē do.Inno. in loco praalleg.& d.Bal.in praalleg.c j.de cleri.qui inueſtit facit.*

b ¶Ibidem tenet Bald. *Videlicet in praalle.c.j.in princip in v.colum.in uerſi.conſuetudo. ibi, ea enim, quæ non ſunt,uel uerius in d.c.j.puta in ulti.not.de cle.qui inueſtit.facit.ubi dicit notando,quòd eoipſo, quòd eccleſia reperitur in poſſeſſio.feudi nō ideo præſumitur incomparatū eſſe, niſi hoc probetur; quod dicit menti fore tenendum.& remittit ad not. per domi.Bart.in l.ulti.C.de bon.uacan.lib.x.& per do.Ioan.And.in c.j. de reſcr.in cle.*

c ¶Bart.in l.j.*Vult allegare Bar.in l. ulti.in iiij.not.*

d ¶Non potuit infeudare. *Hoc eſt intelligendum,ſi iuraſſet nō alienare ſeu infeudare,iuxta ea,quæ dicta ſunt ſupra in quæſtione proximè præcedenti.*

e ¶Glo.& Ioan.And. *Super uerſi.e. menſam.Illa glo.bene declarat, quæ ſint eccleſiæ ſeu res de menſa. Eccleſiæ autem illæ dicuntur de menſa, quæ ſunt ita unitæ, quòd non habent rectorem perpetuum:ut dicit domi. Cardi.in prædi.clementi.j.in uerſi.præſentatos.ij.colū.iij.q.de exceſſi.prælato.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus feudalis,uel permutatio an dicatur, quando in infeudatione reperitur quid datum in rei compenſam.*

2 *Feudū gratia,nō præmio cōceditur.*

QVAEST. CLV.

ET ITA ut in proxima præcedenti* deciſiōe cōtinetur, fuit concluſum per dictos dominos doc.in caſu,in quem dictus contractus de cuius reuocatione in dicto proceſſu agebatur, fuiſſet mere feudalis.Sed aliqui ex dictis dominis doct.opinando dixerunt,hoc caſu dictū contractum non fuiſſe feudalem, ſed potius fuiſſe contractū permutationis cū pro dicto caſtro de balmis dictus baſtardus de quærario tradiderit in compenſam dicto epiſcopo Deodato bona, quæ habebat in ſancto reſtituto,& in certis aliis locis.

2 *Quia ſecundum naturam feu-

di non conceditur feudum prę-
a mio, ſed gratia:[a] ut ſunt iura
uulgata.& cum natura feudi, de
qua in ipſo cõtractu fit mentio,
alterari & conuerti potuerit in
contractum,& naturam permu-
tationis.arg.l.ubi ita donatur.ff.
de dona.cau.mor.& per conſe-
quens nõ fuit opus conſenſu Pa
pæ, qui requiritur in infeudatio
ne rei eccleſiæ, non ſolita infeu
dari: ut dixi ſ.q.cliij.in prin.Sed
hoc caſu ſufficere debuit tracta
tus & conſenſus capituli, prout
in quacunq; alia alienatione: ut
plenè ſcripſi ſ. q.cxlix. Et iſtud
fuit unum fundamentum, quare
fuit lata ſententia abſolutoria
ſuper dicto proceſſu pro dicto
domino de targereo.

a ¶ Sed gratia. *Hoc tenet do. Bal. in
l.quoties. in ulti. col. uerſi. ex his. ibi,
& per quos. & glo. in c.j. & ibi do.
Ia. de Alua. de beneſi. fra. & tex. ex-
preſſus in c.j. in ſi. de feu. da. in uic.
l.commiſ. ſed ueritas eſt, quòd feuda
poſſunt acquiri per pecuniam indi-
ſtinctè: ut tenet concluſiuè do. Iac. de
Alua. in præalleg. c. in ij. col. in uerſi.
ex qua glo. elicit duas concluſiones.
ibi, ſed tu melius & ſubtilius. de be-
neſi. fra. in uſi. feud. & ex hoc patet
ſolutio præſentis quæſtionis. nam da-
re pecuniam uel rem aliam pro feu-
do acquirendo, non eſt contra ſub-
ſtantiam contractus feudalis. & ſic
non tranſit in alium contractum,
obſtante quoque uerborum ſignifi-
catione, quæ id non patitur. facit
quod legitur & ſcribitur, in l. cum
precario. ff. de preca. ubi de do. Bar. in
l. ubi ita donatur. prima oppoſitione.
ff. de donatione cauſa mortis.*

SVMMARIVM.

1 *Res inutiles & oneroſæ eccleſiæ, poſ
ſintne alienari ſine ulla ſolennitate.
& numero 2.*
3 *Iuramentum non debet extendi ad
grauamen eccleſiæ.*

QVAESTIO CLVI.

ALIA concluſio fuit in di-
cto proceſſu, quod licitum eſt,
1 tam ſecundum* tex. glo. & doct.
alienare res eccleſiæ minus uti-
les, uel quæ ſunt oneroſæ eccle-
ſiæ, & quæ plus incõmoditatis
afferunt, quàm cõmoditatis, etiã
a ſine aliqua ſolennitate[a], ſecun-
dum diſpoſitionem uniuerſita-
tis, Cõcilii Agatatenſis, relati in
c.terrulas. & in c.itẽ domus. xij.
q.ij. & in c.fugitiui. & in ca.cum
liceat. eadem cauſa, & q.gl.j.in
ſumma. eadem cauſa & quæſtio
b ne. & idem Hugo. & Archidi.[b]
Idem tenent Inno. Hoſt. Henri.
Bohic. do. Fran. de Zarab. Card.
floren. in c.nulli. extrà de rebus
eccle. non alien. idem Hoſti. in
ſumma. eo. ti. §. ex quibus. uer. v.
cauſa incommoditatis. idem gl.
in c.j. extrà de his, quæ fi. à præ-
latis. nam gloſ. ſequitur ibidem
2 Hoſti. & Cardi. flo. dicentes,* quod
epiſcopi poſſunt alienare do-
mos etiã in ciuitatibus exiſten-
tes, quæ ſunt maioris oneris,
quàm utilitatis, & maioris incõ
modi, quàm commodi. idem te-
nuit Fede. de ſenis in ſuo conſi.
cccciij. in quo conſilio dixit &
conſuluit (ut refert Cardi. florẽ.

in

In cap.j.extrà de his quæ fiunt à prælat.) ꝙ prælatus qui iurauit non alienare inconſulto Papa, poteſt alienare dãdo in emphy
3 teuſim rẽ exigui ualoris.* Quia iuramentum non debet extẽdi ad grauamen eccleſię:nec ad id qđ eſt indeterminatũ eccleſiæ. idem tenet do.Anto.de butri.in b c.j.extrà de his,quæ fiunt à prælа. ubi dicit ꝙ doct. dicũt & tenent,ꝙ epiſcopus poteſt alienare domos eccleſiæ,quæ ſunt minoris ſumptus, quàm reditus ſine alia ſolennitate. idem tenet Hoſti.in ſumma.de his,quæ fiũt à prælа.ſine conſenſu c.in §. & in quibus.etiam dicit non requiri conſenſum ſui capituli in alie- 1 nandis rebus eccleſiæ, quæ ſunt magis oneroſæ, quàm utiles: & ſic cum dictum caſtrum de balmis probetur per teſtes, ꝙ tempore dicti contractus erat magis oneroſum,quàm utile,bene potuit per hũc alienari.& ſuper 1 hoc aliqui ex dictis dominis doctoribus, opinando circa diffinitionem dicti proceſſus, dixe- a runt dictum contractũ ualuiſſe.

a ¶ Sine ſolennitate. *Alienatio rei eccleſiaſticæ facta ſine iuris ſolennitate,ualet:ſi ſit utilis eccleſiæ: ut per doc.et dominum Abb.Sicu. in c.j.de his quæ fiunt à præla. & eſt in electione eccleſiæ an uelit ſtare huiuſmodi contractui: ut in c.j.per glo.in uerſi.ſede uacan.aliquid Inno.& d. Imo.in prædicto c.j. de his quæ fiunt à prælat. ubi autem res eſſet parua, alienatio facta per prælatum ſine conſenſu capituli,ualeret indiſtinctè: ut uidetur innuere d.Inno.in præal. c.j. de his, quæ fiunt à prælat.ſed ſecundum do.Abb.uidetur exigi tacitus conſenſus in alienatione perpetua rei paruæ: ut ipſe ſentit in iam d.c.j.in fi.de his, quæ fiunt à prælat. & in c.ij.eo.ti.*

b ¶ Archidi. *Iſtud uidetur eſſe uerum,in rebus inutilibus,paruis,longè poſitis:ſecus autem in magnis rebus,licet inutilibus,uel longè poſitis, quæ quidem citra debitam ſolennitatem alienari non poſſunt:niſi fortè magna imminente neceſſitate: ut ſentire uidetur do. Archid. in c.terrulas. duodecima. q.ij.*

SVMMARIVM.

Tempus an debeat inſpici in contractibus alienationis rerum eccleſiaſticarum.

QVAEST. CLVII.

NOTANTER ſuprà in præcedenti queſtione dixi,de tempore contractus: quia in*cõtractibus huiuſmodi alienationum factarum per eccleſiam, inſpicitur tempus contractus:a An eccleſia ſit læſa tempore contractus uel ne.Et nõ inſpicitur an poſt contractum res ſit reducta ad magnã fertilitatẽ diligentia acquirẽtis, multũ utilis & fructifera.ita decidit gl.iuncto tex.in ꝓpria materia in c.ad aures.de reb.eccl.nõ alie.& gl. iuncto tex.in c.cũ dilecti.in propria materia.de empt.& uendi. facit gl.no.in c.dudum.extrà.de elect.etiã tenet Inn. in c.dilecti. & Hoſt.poſt eũ,extrà de emp.&

uend.idem tenet Hoſt.in d.c.ad aures.ubi dicit, ꝙ tẽpus contractus inſpiciendum eſt, ſi eccleſia dicat ſe læſam propter alienationem, quã facit: ita ꝙ ſi res alienata ſit multũ meliorata, hoc nõ conſiderabitur, ne agricultores 1 & emptores ſuã diligentiã & laborem deperdãt. facit text.cum ibidẽ no.per eundẽ Hoſt.in c.j. de reſti.in integ.ita etiam tenet Cardi.flo.& do.Ant.de Bu.in d. a c.ad aures. & in c.cũ dilecti.extrà de emp.& uen.Idẽ etiã tenet Raymũ.in ſumma ſua,de caſib⁹ in tit.de uſu. Et iſta eſt cõmunis opinio canoniſtarũ in reb. eccl. & idem in rebus prophanis. & plene p doc.in l.ij. C. de reſcin. uen.& facit gl.in c.cum cauſam. extrà de teſti. quam gl.ibi commendat ſingulariter dñs meus do.Io.de Craſsis, prout ſub eo reportaui in ſuis lectionibus,dũ legeret Taurini dictũ c.cũ cauſam. Et ideò licet dictum caſtrũ de balmis ſit nunc & utile, per diligẽtiam dicti domini margere,ut dicunt teſtes: nõ tamen propter hoc debet conſiderari illud tempus præſens, ſed tempus contractus.& in hac opinione fuit maior pars dictorum doctorum,quę in deliberatione dicti proceſſus interfuerunt.

a ¶ Tempus contractus. *Iſtud expreſſe tenet do.Inno.in c.ad aures.in glo.ſua in uer.tunc poſſunt.extra de rebus eccle.alienandis uel non.*

SVMMARIVM.

1 *Terræ eccleſiæ incultæ poſſunt per prælatum ſine ſolennitate dari in emphyteuſim perpetuũ, uel feudum.*

QVAEST. CLVIII.

ALIA & xj.concluſio fuit facta p dictos dominos docto.in deciſione dicti proceſſus 1 *caſtri de balmis,ꝙ terræ eccleſiæ quæ ſunt incultæ & hermes, poſſunt per prælatũ cum ſolennitate,de qua dixi ſ.q.cxlix.dari in feudũ & emphyteuſim perpetuã.iſte eſt tex.in c.ad aures.[a] extrà de reb.eccl.non alie.& ita etiam dicunt & tenent Inno. & Hoſtiẽ.in d.c.ad aures.ibi dicit Hoſt.ꝙ æquũ & iuſtũ eſt,ꝙ talis alienatio fieri poſsit ne alii à ſimilibus retrahãtur, ſed potius inducantur ad meliorandũ res hermes eccleſiæ:ita tenet etiam Cardi.flo.& do. Anto.de But.in d.c. ad aures. dũmodo tradatur res hermis & inculta,ut reducatur ad culturam, & quæ inculta non afferebat tãtam utilitatem, ſicut quãdo eſt culta: quia ſi inculta afferret tantam utilitatem eccleſiæ,ſicut poſt culturam,nõ poſſet alienari:ut ibi p eos &c.

a ¶ In c.ad aures. *Caſus autẽ prout hic ponitur,uidetur eſſe de indubitato: uel ſaltẽ deciſus per ea,quæ dicta ſunt ſuprà in q clvj.ſed prætalle.c.ad aures. ponit caſũ magis dubitabilẽ, uidelicet eccleſia dedit ſyluam reducendam ad culturam,& ea reducta ad culturã concedetur reducenti in emphyteuſim.in hoc quidẽ dubio reſpondetur ibi,in litera,id fieri poſſe.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei eccleſiaſticæ ſolenniter*

ter facta, ex qua tamen eccleſia eſt læſa, an ſit efficax.

2 *Alienatio per prælatum ſine conſenſu Capituli facta, quando ualeat.*

QVAESTIO CLIX.

DVODECIMA concluſio facta fuit in deciſione dicti proceſſus.* ꝙ alienatio rei 1 eccleſiæ, facta cum ſolennitate, de qua in ca. ſine exceptione. & in c. dudū. licet cauſa alienationis non ſubſit, uel ex ea alienatione eccleſia ſit læſa: tamen tenet contractus, *licet poſteà reſcindatur per reſtitutioné in integrum. ita tenet gl. in ſumma. in ti. xij. q. ij. ita etiã tenet gl. iuncto tex. in c. j. extrà, de reſtitutione in integrum. facit tex. in c. ad noſtrã. iuncto gl. ibi Inn. Hoſti. Cardi. flo. & Anto. de But. extrà de rebus eccleſiæ non alienan. quando uidelicet in contractu alienationis eccleſiæ ſeruat̃ forma, licet enormiter lędatur ex illo contractu: tamen tenet cõtractus. & ſic cum in iſto contractu alienationis dicti caſtri de balnis fuerit ſeruata ſolennitas ad hoc requiſita, de qua dixi ſ. q. cxlix. dicendum eſt contractum tenere: imò plus dicunt doct. in c. j. & in c. iij. extrà de his, quæ fiunt à prælato *. ꝙ alienatio per prælatum facta ſine cõſenſu capituli, non eſt ipſo iure nulla, ſi eccleſia uelit poſteà eam ratam habere. ita tenet Innoc. in c. j. & iij. præallegatis. & Hoſti. in c. ſi. ne ſede uacante. & in c. j. ij. & iij. extrà de his, quæ fiunt à prælato. ubi recitat opiniones. & tenet, ꝙ ualet contractus per epiſcopum ſeu prælatū factus ſine conſenſu capituli: quia aliter nõ reſcinderetur, & tamẽ reſcinditur in c. ſi qua de rebus. xij. q. ij. idẽ tenet ipſe Hoſtiẽ. in c. j. extrà de his quæ fiunt à prælato. ubi dicit, quòd alienatio per prælatū facta ſine conſenſu capituli, nõ eſt omnino irrita. quia ſic non poſſet ratificari. Et tamen ratificari poteſt per c. j. & iij. extrà de his, quæ fiunt à prelato. idem tenet de Zarabellis & Anton. de Butrio in c. j. & iij. & c. cum nos. extrà de his, quæ fiunt à prelato. & idem dominus Anto. de But. in d. c. j. ne ſede uacan. dicentes ꝙ conſiderato tempore cõtractus eſt nullus, ſed habendo reſpectum ad tempus futurum, in quo capitulum poteſt ratificare, non eſt nullus. & ibi proſequuntur per longa uerba, de quo ibi plené per eos. Plus dicit Hoſti. quem ſequitur dominus Anto. de Butrio, quòd alienatio per prælatum ſine conſenſu capituli facta, adeò tenet, quòd præſtat cauſam prę ſcribendi, & confert titulum præſcribendi, per textum, extrà de iure patr. ubi bonus caſus iuncta gloſſ. quæ uult quòd ex alienatione facta per laicum de rebus eccleſię ſine authoritate epiſcopi & conſenſu capituli non poteſt donatarius retinere, niſi ex præſcriptione longa ſit titulus: ergo ille titulus inualidus, ſicut ibi ſentit gl.

b dat cauſam præſcribendi.[b] & ibi dat tres ſolutiones glo. & Inno. addit duas, & Hoſtié. eas ſequitur, & do. Cardi. flo. & Anto. de Butrio, qui addit unam ſolutionem, quam tenuit & diſputauit Florẽtiæ, ut ipſe refert. & ibi eſt maxima difficultas in ſoluendo contrarium per gloſ. formatum & inferendo text. dicti c. acura. Et iſte eſt uerus intellectus illi[9] c. cura. de iure patrona. per doctores cõmuniter approbatus, quòd licet ad transferendũ plenum ius non ſufficiat ſolus conſenſus epiſcopi: ſed requiratur conſenſus capituli: tamen ad cauſandum præſcriptionem, ſufficit conſenſus epiſcopi, quem intellectum ſequitur Innocen. Hoſtien. Ioan. And. & Henricus Bohic. & Anto. de Butrio in d. c. cura. Sed in iſto contractu facto de dicto caſtro de Balmis non ſolum interuenit conſenſus epiſcopi alienantis, qui ſufficit ad cauſandũ præſcriptionẽ, ut proximè dixi, ſed etiã interuenit tractatus & conſenſus capituli: ut patet in inſtrumẽto dicti cõtractus. ergo ſufficit dict[9] titulus ad cauſandũ præſcriptionem. Sed iuxta premiſſa quæro, nunquid emptor habet actionẽ contra prælatum alienantẽ rem eccleſię indebitè ad repetitionẽ

c prædii. uide Inno.[c] in c. ſi quis. de reb. eccl. non alie. uide etiam ꝗ. quę. ccv. de illo qui tenuit rem feudalem tanquam allodialem, an perdat pretium.

a ¶ Tenet contractus. *Vt pleniùs liqueat de huiuſmodi iuris articulo, eſt dicendum, quòd alienatio de reb. eccle. facta cõtra debitam formam, eſt nulla ipſo iure, licet facta fuerit in caſu cõceſſo: ut xij. q. ij. ſine exceptione. Sed ſi facta forma ſeruata, et in caſu cõceſſa tenet de iure. ar. extra de his, quæ fi. à præla. ſine conſen. ca. cum nos. & de emp. & uen. cùm dilectus. & c. cũ cauſa. ſed ſi damnoſa fuerit eccleſiæ, reſcinditur per beneficiũ reſtitutionis. ut extra. de in integ. re c. j. ſed ſolus cõſenſus dat cauſam contractui: puta, dolo inducitur eccleſia, ut uendat et uenditura non erat, tunc ipſo iure non tenet contractus. ut ff. de dolo. l. eleganter. ar. xij. q. ij. quiſquis epiſcopus an ſi. & de rerum permu. cum uniuerſorũ. ſi uerò dolus incidat in contractum: ut quia eccleſia ſpõte uendidit: quia uenditura erat: ſed circumuẽta eſt in pretio, quia minori pretio uendidit, quàm res ualeret, & hoc per circumuentionem emptoris, tũc tenet contractus. ſed agitur ut eccleſia nõ decipiatur, ut ff. de act. empt. & uen. l. iul. §. ſi uenditur. ubi autem eccleſia decipe retur ultra dimidia iuſti pretii, agitur de iure cõmuni: ut extra, de emp. & uen. cum dilec. & c. cum cauſa. & C. de reſcin. uend. l. rem maioris. ita formaliter inquit do. Gofre. in ſumma. de rebus eccle. alie. uel non. in ij. col. in uerſi. & not. quod ſolenniter ibi, alienatio facta.*

b * Cauſam præſcribendi. *Adde nunquid titulus inualidus à principio, præbeat cauſam præſcribẽdi. Pe. de Ancha. in ca. cura. hic allegat. Et quando*

quando titulus inualidus confirmetur per prælationem poſteà ſecutam: & quantum tempus requiratur, uide de Barto. in l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. & licet titulus ex inutili contractu transferat poſſeſſionem, non tamen eſt iuſtus. ita tenet Bart. in l. poſſideri. §. ex pluribus cauſis. ff. de acquirenda poſſeſſione.

c ¶ Innoc. *Qui in d. c. ſi quis. format hanc quæſtionē, & reſpondendo, dicit, quòd emptor habet actionem ex contractu, aduerſus prælatū uendētē ad pretium reddendum, ubi tradit modum & formam petendi.*

SVMMARIVM.

1 *Alienationes rerum eccleſiæ, cum cōſenſu capituli, ualent modò uocentur præſentes.*

2 *Abſentes quot & quibus caſibus debeant uocari in alienatione rerum eccleſiaſtic.*

QVAESTIO CLX.

ALIA & decimaquarta deciſio fuit in dicto proceſſu

1 caſtri de balmis facta,* uidelicet, quòd in alienationibus rerum eccleſiæ, in quibus requiritur cō ſenſus capituli, & canonicorum capituli, ſufficit uocare præſen-

a tes. [a] Nec eſt neceſſe receptare conſenſum abſentium, ſed ſufficit conſenſus præſentium. ita cō cludunt Inn. & Hoſti. in c. j. extrà de his, quæ fi. à prælato ſine cōſenſu capituli. idem ibidem tenet Henr. Bohic. idem dominus Cardi. flor. in d. c. j. in ultima ſua quæſtione, qui ſequitur Anto. de Butr. per regulam poſitā per gl. in c. pręſentiū. extrà de teſti. quę

2 dicit, quòd abſentes* non debēt uocari niſi in tribus caſibus ibidem expreſſis. inter quos nō eſt ita. & ſic non fuit neceſſe quòd in dicto contractu caſtri de balmis uocati fuerint canonici abſentes, ſed ſufficere debuit conſenſus tunc ibi præſentium.

a ¶ Præſentes. *Quòd autem conſenſus tantum partium & nō abſentiū ſit requirendus in alienatione rei eccleſiaſticæ, uidetur expreſſè ſentire d. Inn. in præalle. c. j. & ibi d. Abb. de his, quæ fi. à præla. ſine conſenſu ca.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus contrà eccleſiam præſcribendi, quantum requiratur.*

2 *Præſcriptio quadraginta annorum currit cōtra Eccleſiā, excepta Roma.*

QVAESTIO CLXI.

VLTERIVS in diffinitiōe dicti proceſſus caſtri

1 de balmis fuit alia deciſio* facta ſuper eo, uidelicet aliq uiſi fuerunt tenere, ꝙ in materia feudali cōtra eccleſiam in præſcribendo rem eccleſiæ, quæ datur in feudum, requiratur tātum tēpus, cuius initii memoria non exiſtat in cōtrarium. ut tenet gl. quarta. qui feudū dare poſſunt. Alii ut Azo, quòd ſufficiunt xxx.

2 anni. [a] Alii ut Iac. de Bel. uiſu. in c. j. qui feud. da poſſ. dicit, quòd requiruntur xl. anni. Alii ut Nicolaus de Neapoli. d. c. qui feu. da poſ. dicit, quòd ſufficiūt xxx. anni. cum infeudatio non ſit omnino alienatio, cū remaneat dominium directum, per quod utile pōt conſolidari & reuerti ad

ad eccleſiam:ſed poſteà ſuperuenerunt Bal. & Iaco. de Aluarotis doctor nouiſsimus,àctu legens de preſenti in uniuerſitate Paduæ,qui in dicto c. j. qui feu. dare poſſunt.iſtas uarias opini. cõcordare uoluerũt: ſic diſtinguẽdo:aut infeudatio ſeu alienatio rei eccleſiæ eſt manifeſtè damnoſa eccleſię:& tunc requiritur tantum tempus,cuius initii memoria nõ habetur. Et ita intelligatur dicta prima opinio, ſecundum glo.s̃.in prin.allegatã. aut eſt manifeſtè utilis,& ſufficiũt xxx.anni,& procedat opinio Nicolai de Neapol. Aut eſt dubium. & tunc requiruntur xl. anni. Sed omiſsis iſtis difficultatibus & ſubtilitatibus uera cõcluſio tam antiquorũ quàm mo-
1 dernorum *eſt iſta,ſcilicet quòd cõtra eccleſiam, niſi ſit eccleſia Romana, currit præſcriptio xl. a annorũ.Ita dicunt & tenent do-
b ctores in authen.quas actiões.[b] C.de ſacroſanct.eccle. per illam auth.& Canoniſtę in c.de quarta.& c.ad aures.& c.illud.& c.qa
c iudicãte.[c] extrà de preſcriptionibus.& in ca.curia.extrà de iure patrona. Et iſta eſt uera concluſio,etiam in materia feudali, licet aliqui uoluerint dicere, ꝙ cõtra eccleſiam in materia feudali ſufficiunt xxx. anni. per c.ſi quis per xxx. ſi de feudo fuerit cõtrouerſia.ubi ſi uaſallus poſſederit per xxx. annos feudum, dominus poſtea ſibi non poteſt mouere controuerſiã.ſed feudi conſuetudines locum habẽt in rebus eccleſiæ.ut in c.j. & ij. extrà de feudis.& ita ibi tenẽt doctor.Hoſtien.& Cardi.flo. Bald. & Iacob.de Aluarotis in c.j.qui feudum dare poſſunt. Tamen quicquid ſit, communior opin. eſt quòd requirũtur xl.anni.Sed per dictum proceſſum apparet, quòd deducto tẽpore [d] quo uixit dominus epiſcopus Deodatus, infeudans, dictus dominus de targe,reus, dictum caſtrũ tenuit & poſſedit tã per ſe , quàm per eius prædeceſſores , à qbus in hac parte cauſam habet dictũ caſtrũ de balmis , quadraginta, imò quadraginta quatuor annis, & ultra ante litem huiuſmodi motam:igitur &c.De preſcriptione contra eccleſiam Rom. & eccleſias ſibi immediatè ſubiectas,uide que ſcripſi s̃.q.xxxvj.

a ¶ xxx.anni.*Huiuſmodi autem præſcript.xxx.ann. etiam in priuato nõ haberet locũ,ſi modò is cauſam ignorauit : quia ciuiliter poßediſſet. ita ſentire uidetur d.Io.An.in addi.Spe. de feu.in prin.j.col.in uer.Iaco.ue.*

b ¶ In authen.quas actiones. *Et in l.fi.& ibi doct.& d.Bar.eo.ti.C.de ſac.ſan.ecc.*

c ¶ Et c.quia iudicante. *Et in c. ad audientiam.& ibi doc.eo.ti. de præſcri.& iſtud eſt uerum quod xl.ann. præſcriptio, & non minor requiritur,& ſufficit contra eccleſiam, niſi lata ſententia etiam iniuſta uictor poßediſſet xxx.annis.xvj quæſtio. iij.inter cætera. §. item ſi de rebus. & ibi dominus Archid.in gloſ. imò præſcri*

præſcriptio.

d ¶Deducto tempore. *Hoc ideo dicit: quia tempore prælati malè alienantis non currit præſcriptio, ſed poſt eius mortem incipit currere: ut formaliter dicit dominus Archidi. xvj. quæſtio. iij. poſt quingentos.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus an poßit feudum alienare ſine conſenſu domini.*

2 *Vaſallus ſi uendat rem feudalem, irrequiſito domino, & poſteà recuperet, an euitet pœnam commißi.*

QVAESTIO CLXII.

FVIT etiam concluſum in diffinitione dicti proceſſus 1 caſtri de balmis, * quòd licet iure antiquo, nouo, & nouiſsimo uaſallus ſine conſenſu domini poſsit feudum ſuum alii infeudare: ut eſt text. in c. j. ſi de inueſti. feu. controue. fue. §. fi. & in c. j. qualiter olim feudum poterat alienari. §. j. & in c. ſcilicet per quos fiat inueſtitura. §. ſed etiã res. & c. beneficium. ſi de feudo controuerſia fuerit. & de lege Corradi. c. ij. §. ſimiliter. & c. imperialem. de prohi. feu. alie. per Federi. §. illud quoque præcipi- a mus. & ita tenet glo.[a] Iac. de Bel. uiſu. Nicolaus de Neapoli. Bal. & Iac. de Aluarotis in locis prę allegatis. Ita etiam tenent gloſ. Hoſt. Vincentius, Ioan. An. Hen. Bohic. & communiter doc. in c. quæ in eccleſiarum extrà de cõſtitutionibus. tamen uaſallus irrequiſito domino rem feudalẽ uendere non poteſt, licet olim de iure antiquo poſſet neceſsitate ſuadente, uſque ad mediam partem, etiam ignorante domino: ut in c. j. quibus modis feudũ amittatur. in §. rurſus. hodie tamen uaſallus nec partem nec totum feudũ irrequiſito domino poteſt alienare. Quod ſi uendat domino irrequiſito, cadit ipſo iure à feudo: & aperitur feudum domino: ut dicit text. in c. imperialem. §. habito. de prohib. feu. alie. per Fede. & in c. imperialis. de prohi. feu. alie. per Lothariũ. b & ita tenẽt Canoniſtæ poſt gl.[b] Inno. Hoſt. Car. flo. & do. An. de But. in c. ij. extrà. de feu. & doc. in c. quæ in eccleſiarũ, extrà de cõſti. & in modo; quia tunc tit. de feu. §. quoniã. uerſi. xxx. & ibi Io. An. in add. idem tenent Legiſtę, uidelicet Ia. de Aluarotis. in c. ſi quis miles. de feudo ſine culpa non admittẽdo. ubi dicũt, quòd cadit ipſo iure, nec requiritur aliqua ſententia. Idem tenẽt gl. Ia. Ardizone, Nicolaus de Neapoli, Bald. & Iac. de Aluarotis in c. j. de prohibita feudi ali. p Lotharium. & in c. imperialem. de prohibita feu. ali. per Fed. quod uerum puto, ſi prętextu talis uẽditionis ſequatur traditio: aliter non aperitur feudum, ut probat tex. de prohibita feud. alien. per Fed. in c. imperialem, in §. callidis. ibi dũ dicitur, & in alios trãſferũt &c. & ita etiam tenẽt Pet. Iac. in tit. de act. in rem. quæ pro re feudali competit, & idem puto in re emphyteutecaria, quæ ſi uendatur, & nõ ſequatur traditio,

ditio, nõ committitur, ut plenè
2 dixi ſ.q.cj. *Sed quid ſi uaſallus
alienat & tradit, & poſteà recu-
perat ſe, an euitet pœnam com-
miſsi? doct. ubi ſuprà dicũt quòd
nõ. de materia iuris emphyteu-
ticarij in aliis terminis etiam te
tigi, ſ. quæſt. ccccclxxv. & q. xlvj.
a ¶ Gl. *Puta qui feudũ alie. quòd in-
tellige uerum, dummodo nõ infeudet
eccleſiæ, quia tunc deterioratur con-
ditio prioris domini, ut dicit d. Fel. in
d. c. quæ in eccleſiarum. in xxvij. col.
in gl. in uerſi. fendum. circa prin.*
b ¶ Poſt gl. *Videlicet in uerſ. alienare.
& ibi d. Odo. in ſum. tit. de feudis. in
uerſi. amittatur.*
c ¶ Poſteà recuperat. ꝙ nõ. *De hoc
eſt tex. rotũdus in c. j. quid iur. ſi poſt
aliena. feu. uaſal. ad recupe.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus rem feudalem, irrequiſito
domino, quo pacto euitet pœnam cõ-
miſſi. uide & numero 2. & 3.*

QVAESTIO CLXIII.

SED ſecundum iura feudorũ
1 tradunt doc. *remedium ua-
ſallo ad euitãdum commiſſum,
ſi uẽdat rem feudalem domino
irrequiſito: puta ſi uaſallus uen-
dens dicat in inſtrumento uen-
ditionis hæc uerba, uẽdo uobis
tale feudũ, ſaluo iure domini, &
a non aliàs: nec alio [a] modo: quia
tunc licet uendat & tradat, non
cadit à iure feud. ita limitat Bal.
& poſt eum Iac. de Alua. in c. j.
quæ fuit prima cauſa beneficii
amittendi. quos ſequitur d. Car.
flo. in c. ij. extrà. de feud. in iij. op
poſitio, ubi dicit, quòd illa uer-
ba important, quòd non inten-
dit alienare, niſi poſsit: & æqui-
tas ſuadet maximè in caſu iſto,
ubi agitur de pœna alienantis,
ut fiat mitior interpretatio, iuxta
c. in pœnis. de re. iu. lib. vj. & c. eã
te. extrà de iureiu. ubi plenè per
Card. flo. Et facit ratio ſecũdum
eũdẽ do. Card. flo. in d. c. ij. quia
iſto caſu quando uenditur cum
clauſula, ſaluo iure domini, non
uidetur dominus cõtemni: quia
illa clauſula habet, niſi domi-
nus cõtradixerit. idem tenet Iac.
de Aluarotis in c. imperialẽ, de
prohibita feudi alie. per Fed. ui-
delicet, quòd nõ priuetur. iuxta
no. in ſimili in l. ſi quidem. C. de
exceptionibus. & per Bar. in l. j.
C. de his, quę pœnę nomine. Idẽ
etiam tenet Po. in titu. de actio-
ne in rem pro re feudali. in uer.
item eſt notandum, quòd ſi ua-
ſallus &c. reperitur etiam alia li
mitatio in hac materia, uideli-
2 cet, *ſi uaſallus uendat & trãsfe-
rat ſub cõditiõe, ſi põt hoc face-
re de iure ſine amiſsiõe iuris &
precii, tunc etiã hoc caſu nõ cõ-
mittitur, ut dicunt Iac. de Ardi-
zone, & poſt eum Iac. de Alua-
rotis, in c. j. de ꝓhi. feu. alie. per
Fede. ar. ff. de acquir. poſ. l. ſi me
in uacuam. & ita ibi etiam tenet
3 Bart. Item etiam ſi * dicat, ſi do-
b mino placuerit. [b] Ita determinat
Iac. in ſum. ſua ti. quibus mo. feu.
amittatur. ſub rubricella, ſi uen-
dat ſub conditione. Idem Bal. in
§. hoc quoque. c. j. de ſucceſ. feu.
per l. ſi quis locuples. de manu.
teſtam,

teſtam. Idem Iaco. de Aluarotis in c.imperialẽ.in queſtione ſua, quæ incipit, Quæro, quid ſi uaſallus uẽdat.& ideò cum inſtru-
1 mento uenditionis dicto in caſtro de balmis factę per dominũ de Queralio, dicto domino de Targe reo, fuerunt appoſita illa uerba, ſaluo iure domini &c. cõ-
1 cluſum fuit, quòd ex hoc dictum caſtrum nõ eſt commiſſum, nec apertum dicto domino epiſcopo actori de iure feud. De hac materia & de forma libelli ſuper commiſſo rei feud. uide j. q.ccccliiij.

a ¶Non alias, nec alio. *Bene addun tur hæc uerba: quia illa uerba, ſaluo iure domini, non ſufficerent ad euitandum pœnam commiſſi. quod innuere uidetur dominus* Ioan. Andr. *poſt* Hoſti.*in c.eam te.ij.col.in uerſi. afferes.extrà de iureiu. & iſtud expreſſè dicit dominus* Bal.*in c.j.in §. fin.in ul.co.in uer.ſed pone, quòd pater.quæ fuit prima cauſa bene.amit. quod equidem cum grano ſalis eſt intelligendum, uidelicet, niſi aliqua captio domini poßet interuenire per corporalem traditionem, puta caſtrum, quod uix dominus recuperare poterat. ita pulchrè dicit dominus* Bald.*in c.j.§.hoc quoque.v.col.uerſicu. ſed pone, quòd uendidit. de ſuc. feud. uel niſi de facto fuißet cogitatum.domin.* Bald.*in l.j.xvj.q.C.de his, quæ pœn.no.*

b ¶Si domino placuerit. *An uaſallus alienans feudum reſeruando beneplacitum domini, euitet commiſſum: uide iſtum, conſil. quinquageſimo octauo, incipien. ex facti narratione.numero ſecundo.uerſicu.ad ſecundum dubium.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi non præſtiterit fidelitatem domino infra annum, & diem, perdit feudum. Et quod ita, nu.2*

QVAEST. CLXIIII.

ALIA concluſio in dicto proceſſu* caſtri de balmis facta fuit, quòd ſi uaſallus ſteterit per annum & diem, quòd nõ petierit renouationẽ inſtituere, nec præſtiterit fidelitatem, amittit feudum: per tex.in c.j.in prin.quę fuit prima cauſa beneficij amittendi.& in c.j. §. nulla. & ibi gloſ.pulchra.per quos fiat inueſtitura.& in c.j.§. prætereà. Et ibi glo.de prohi.feu.alie. per
2 Fed. Et ratio, quia* petere inueſtituram, eſt quaſi quidam conſenſus recognitionis & reuerentiæ, quæ debet præſtari domino, alias res cadit in commiſſum, ſecundum Andr.de Iſernia. Bal.& Iac.de Aluarot.in c.j.quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi.idem tenet Hoſti. in ſum. de feud. §. quòd ius acquiratur uaſallo.uerſi. propter iniuriam. idem tenent glo. Hoſti. dominus Car.flo.& Panor.in c.ij. extrà de feud. & iſta eſt ueritas ſecundum diſpoſitionem utriuſque iuris: ſed hoc caſu non priuatur uaſallus feudo, ſi contrarium faciat, uidelicet, ipſo iure,
a ſed per ſententiam.[a] ita tenet Hoſtienſis in ſumma de feudis. §.quibus ex cauſis.uerſicu. poſſet

ſet autem quæri &c.& dominus Cardin.floren.in cap. ij. de feudis.in vij.q.& Andr. de Yſernia. Bald.& Iacob.de Aluarotis in c. j.quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi.dum dicunt quòd poteſt mora purgari ſic, ut dicam j.q.clxvj.ſic ergo non ipſo iure, ſed per ſententiam.nec obſtat qđ ſ.dixi.q.clxij. circa finem. quòd res cadit ipſo iure abſque ſententia,in commiſſum.Quia hic loquimur in diuerſo caſu, uidelicet quãdo cadit in commiſſum propter non petitam inueſtituram infra annum & diem, quo caſu non cadit, niſi per ſententiam.quia tex.in c.j.quæ fuit prima cauſa beneficii amittẽdi.dixit,damnetur. & in ca. imperialem.dixit,amittat.& ſic per ſententiam &c. ibi uerò loquimur, quando in commiſſum ex alienatione facta ſine cõſenſu.Quo caſu textus non loquuntur per uerba futuri,ſed pręſentis temporis. ideò ibi ipſo iure [b] abſq; ſententia declaratoria cadit in commiſſum &c.

a ¶Per ſententiam.*Iſtud ſatis apertè innuit dominus Iac. de Alua. in c. ſi.ij.co.uer. & ſecundum iſtum modum.ibi, & tunc priuabitur uaſallus iure ſuo,per quos fiat inueſtit.*

b ¶Ipſo iure.*Ita no.dominus Inno.in c.ex parte.extrà de feu.idem uoluit dominus Bal,in c.j. §. uel ſi cum filia.quibus modis feu.amit uerſ.porrò.licet contrarium uideatur notare domi.Bald.in c.j. §.fin.quæ fuit prima cauſa bene.amit.uerſi.not. quod ille.ſed ſi ipſius domini Bald.uerba ſedulò attendantur, uidentur notare idem,quod do. Inn.prout etiam ſentire uidetur dominus Iac.de Alua.in præalleg.c.j.§.fin.ij.col.ibi.carituru.*

SVMMARIVM.

1 *Annus & dies datus emptori rei feudalis,quando incipiat currere.*

2 *Vaſallus qui non poſſidet, non tenetur domino ad onera feudalia.*

QVAESTIO CLXV.

SED iuxta proximè dicta in præcedenti quæſtio.[1] Quæro quando incipiant currere annus & dies qui dantur emptori, uel alias in re feu. ſuccedenti. dico quòd non à die emptio. ſed à die adeptæ poſſeſ. non fecerit ſe inueſtiri à domino,infra annũ & diẽ cadit à iure ſuo, & aperitur feudum domino, aliter non. ita tenet Gulielmus de Cu.in l.ſolẽnibus. C. de rei uen.per l.forma.§. ſi cũ ego. ff.de cenſibus.& per l. quo quiſque.ff.de acqui.re.do.¶Præterea ratione [2] dicit ipſe Guliel. de Cun. ad hoc ut uaſallus amittat feu.requiritur dolus,ut in c. fin. de prohi.feu.alie.per Lothariũ. ſed non poteſt ſibi dolus imputari,quandiu non poſſidet,quia ex quo non habet cõmoda feudi,non tenetur ſubire onera.Itẽ & quia non debet ſibi imputari tempus illud quandiu nõ eſt in poſſeſsione; ut C,qui admit.ad bon.poſſeſ, ita dicit ipſe dominus Guliel.de Cun. quem referunt & ſequuntur doct.moderni per rationes prædictas:primò

Bal.

Bal. Sal.Raph.Fulg.in d.ſolennibus.& And.de Yſer.in c.j.de capitulis Corradi.in prin.ubi dicit ꝙ ſolũ ille qui poſsidet, priuatur feudo ex eo ꝙ nõ petiit inueſtiturá infrà annũ & diem,& ad hoc adducit tex.in c.j.in princip.per quos fiat inueſti.quæ loquitur de poſsidẽte.etiã in §.prętereà.de prohib.feu.alie.per Fede. præſupponit uaſallũ poſsidere,ex quibus cõcludit, ꝙ eſt neceſſe ꝙ poſsideat antequam cõmittatur.idẽ refert & tenet Ia. de Alua.in c.j.quæ fuit cau.benefi.amit.in q.quæ incipit,quęro quid ſi uaſallus.itẽ tenet do. Card.flo.in c.ij.in vij.quæ.extrà de feud.quos ſequitur Bal.in c.j. de capitulis Corradi. ubi dicit ꝙ iſtud tẽpus nõ currit filio uel hæredi.nõ ſe immiſcuit uel adiuit hęreditatẽ,cũ nõ ſit in poſ.& ultra præmiſſa uenerabilis & egregius do.Gul.Guillionis decretorum doctor & conſiliarius Delphi.pro hac limita.adducit tex.notabilem. in ca.j.extrà de feud.ubi dicit ipſe, uidetur caſus pro hac limitatione:qa quãdo* uaſallus non poſsidet, nõ tenetur ad onera feudalia, nec alia præſtanda domino,quæ requiruntur de natura feudi præſtari domino:& incumbebat dicto domino epiſcopo tricaſtrino onus probandi,ꝙ dictus dominus de targe ante petitã inueſtituram poſſediſſet dictum caſtrum de balmis, per annum & diem.ita dicit Bal.quẽ ſequitur domi.Iac.de Aluar.in c.quæ fuit prima cauſa benefi.amittẽdi.quod non probauit idem dominus epiſcopus ſancti Pauli. igitur &c.iſtud fuit unum aliud fundamentorum in iure pro dicto domino de targe reo.

a ¶Ratione.*Et pro hoc facit, quia alienatio rei feudalis demum punitur,ſi uallata fuerit traditione et nõ aliàs:ut not.per do. Cy & alios.in l alienatum.ff.de uerb.ſig.ita dicit d. Bal.in c.j.§.ſi liuellario.uerſi.ſequitur.quib.mod.feud.amit.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi non petierit inueſtiturã infra tempus debitum,an & quando poſsit moram purgare.*

QVAEST. CLXVI.

SED quia ſuprà quæſtio.clxiiij.dicitur,quòd ſi uaſal.infra annum* & diem nõ petierit inueſtiturã,priuatur feu.quæro an poſsit mora purgari.Et quãquam Iac.de Alua.& quidã alii, in c.j.quæ fuit prima cau.benefi.amit.dixerit, ꝙ nõ, cum lege feu.hoc expreſsè nõ caueatur: & ideo clementiores lege eſſe nõ debeamus,tamẽ do.Ardizo. in ſumma, quib.mod.feu.amit. tenet quod poteſt purgari,ª dũmodo celeri ſatisfactiõe ſibi cõſulere ſtuduerit. argu.extrà de loca.c.potuit.& c.ſi quis presbyterorũ.extrà de reb.eccl.nõ alie. & dicunt do.Bal.& Iac.de Alua. in c.j.quæ fuit cau.benefi.amit. quòd iſta opinio eſt æqua, licet l.nõ probetur:& dicitur celeriter prouiſum, ᵇ ſecun.Hoſtiẽ.in

q ſum,

ſum.de loca.§.potuit.& §.quid ſit de naturæ. uer.quod ueri.& ſequẽ.& ſecundum Inno.Cardi. floren.Anto.de But.quãdo prouidet antequam uocetur in iudicio:& ideo cum dictus dominus de targe reus,antequam uocetur in iudicio per dictum domi.Epiſcopum tricaſtriñ.obtulerit uelle præſtare homagium ipſi domino epiſcopo, poteſt dici dictus reus purgare moram,licet probatur,quòd poſſe diſſet per annum & diem antè, quàm obtuliſſet dictum homagium:& ita in diffinitione dicti proceſſus fuit cõcluſum per prædicta:& hæc locum habent in re feudali:ſed quando in re emphyteutæ,mora poſsit purgari,uide quæ ſuprà dixi, infrà quæſtio.cxxiij.

a ¶Poteſt purgari.D.*Bald.uidetur tenere cõtrariũ per tres ratiões,quibus mouetur,ut in c.j.in princ.quo tẽp.mil.inue.pe.deb.opi. tamẽ ipſius d.Iac.de Ardizo.uidetur ſanior,propter æquitatẽ,cui innititur.*Nec *obſtãt rationes do.*Bal.*quæ ſibi locum uẽdicare uidẽtur in caſu, quo feudũ reuertitur ipſo iure ad dominũ,quod nõ eſt in hac ſpecie:ſed in caſu alienationis,iuxta no.de probib.feu.ali. per* Fed. *§.callidis.in glo.ipſo iure, & quæ ſuprà dicta ſunt q.clxiij.et quæ dicit do.*Bald.*in c.j. §.fin.circa fin.per quos fiat inueſti.*

b ¶Celeriter prouiſum. *In hoc enim caſu cenſetur quis celeri ſatiſfactione ſibi cõſuluiſſe:qui exactus in iudicio uel extra iudiciũ,ſtatim, & ſine ullo termino homagiũ præſtat. ar.eorũ,quæ dicit do.Inn.in gl.ſua. in uerſi.niſi celeri.circa fin.extrà de loca.Et quod ritè ſumitur argu.de emphyteuſi ad feudum,præſertim in huiuſmodi iuris articulo,probãt ea, quæ dicit do.*Bal.*in c.j.in princip.in uerſi.petere.inueſtitu.quæ fuit prima cauſa bene.amit.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſallo ſufficit petere inueſtituram ad euitandum commiſſum.*

2 *Laudimia an debeantur pro re feudali.*

QVAEST. CLXVII.

LICET aliqui uoluerint dicere,quòd nõ ſufficiat ua-
1 ſallo petere inueſtituram, *niſi
etiam offeratur fidelitas:tamen ueritas eſt,ꝙ ſufficit petere inueſtiturã:licet nõ offeratur fidelitas:quia petẽdo inueſtiturã ſatis uidetur offerre fidelitatẽ,ita
a tenet gl.in c.j.[a]per quos fiat inueſti.& c.j.quo tẽpo.miles.& ita etiã tenet And.de Yſer.quẽ ſequtur Iac.de Alua.in c.j.quæ fuit prima cau.bene.amit.gl.& Bal. in c.j. §.nulla.per quos fiat inueſti.& ideò uiſa oblatiõe per dictũ do.de targe,in qua petiit in ueſtiturã,licet nõ obtulerit fidelitatẽ,ſufficit,ita fuit ibi deter-
2 minatũ.Sed an*debeãtur laudimia pro re feudali, ſicut pro re emphyteuticaria,uide quæ ſcripſi infrà quæſti.ccccxv.in fine.

a ¶Glo.in c.j.*Scilicet in §.fi.in uer. à fidelitate.quæ glo.eſt multum ſolennis.& ponit practicam & formam,quomodo fidelitas ſit pollicenda*

da,& inueſtitura petenda.& quomodo & qualiter uaſallus debeat dominũ adire:& adeũdo honorare præſentibus partibus curijs & alijs magnis & honorabilibus uiris:& an dominus ſi nolit inueſtiturã facere,priuetur fidelitate:& qualiter fidelitas ſit facienda,& quibus uerbis,de iure.

SVMMARIVM.

1 *Dominus proprietate ne priuetur,ſi uaſallo deneget inueſtituram. uide & nu. 2.*

QVAEST. CLXVIII.

SED iuxta præmiſſa,quæro,
1 quid ſi uaſallus* petierit inueſtiturã infra tẽpus debitũ, & dominus noluerit eũ inueſtire, an debeat dñs priuari proprie-
a tate? gl.[a] in c.j.in fi.per quos fiat inueſt.& And.de Yſer.in c.ij.in §.j.de l.Corradi.& Iac.de Alua, in c.j.quæ fuit pri.cau.bene. amit.tenẽt ꝙ ſic.Idẽ etiã tenẽt Iac. de bello uiſu,Nico.de Neap.&
b Bal.[b] in c.j.§.nulla.per quos fiat inueſti.dicẽtes,ꝙ ſi dñs diſtule
2 rit facere inueſtiturã uaſallo* petẽti infra tẽpus debitũ, certè priuatur proprietate feudi:niſi ſit aliqua iuſta cauſa, ex qua ipſe dñs ſit motus ad differẽdũ,cum ad paria iudicetur:ut in c.j.de for.fide.in fin.Et iſta eſt opi.quã oẽs ſequuntur:& ideo cũ d.dñs epiſcop⁹ tricaſtriñ.renuerit aut aliàs diſtulerit inueſtiturã bon. de targe ſine cauſa legitima, de qua appareat per ꝓceſſum,certè quãdiu ipſe dñs eps uiueret, ueniret priuãdus ꝓprietate:ſed nõ eccleſia.ar.not.in c.cum ueniſſent.extrà de inſtitu.De hac materia uide quæ dixi infrà q. cccciij.& q.ccccxv.

a ¶ Gloſſ.*Puta iam dicta.in uerſi.à fidelitate.*

b ¶ Bald.*Videlicet in fin. col. uer.quæritur quid ſi uaſallus.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus ſi melioraucrit feudũ,dominus non poteſt illud uẽdicare,niſi refectis expenſis meliorationum.*

QVAEST. CLXIX.

SED quid ſi uaſallus melio-
1 rauerit feudũ,puta qa ibi do mũ ſiue* caſtrũ fabricauit prout fecit d.dñs de targe reus:ex quibus feudũ eſt melioratũ:uel domũ de lapidibus fecit,quæ antè erat de tabulis:uel aliàs fecit feudũ utile,qđ erat inutile:uel ſeruitutẽ ibi acqſierat:uel libertatẽ nõ ſoluẽdi ibi per homines tallias ſiue ſubſidia Delph.ꝓut fecit d.dñs de targe in d.caſtro de balmis:quia affrãchiri fecit homines in d.loco de balmis habitãtes per dominũ noſtrũ Delphi.de nõ ſoluẽdo ibi ſubſidia Delphi.ut patet in camera cõputorũ Delph.Et aperiatur feudũ domino alia quàm ex delicto:ut puta quia feudũ erat datũ agnatis,qui deficiũt,certe dñs nõ poterit feudũ uẽdicare,niſi ſolutis expenſis meliorationũ & acquiſitionũ:quia in feudo permiſſa eſt retentio, propter expenſas meliorationis in eo factas, ſiue in faciendo de nouo,ſiue in reficiendo,donec per facientẽ tol-

q 2 latur

latur aut ſoluatur per dominũ: & ſi interim agat dñs ad feudũ uendicandũ, poterit per exceptionem doli repelli. Ita uoluit text.iuncta glo.quæ hoc decidit ad literã, in c.j.§.ſi uaſal.in ti.hic finitur lex.deinde incipiunt regni cõſuetud.& ad hoc facit tex. qui ſimiliter hoc decidit in alia materia, quàm feu.in §.certe. & ibi gl.& Io.Fab.inſt.de re.diui. ubi qui bo.fide ædifi.in fundo alie.licet ædificiũ cedat fundo: dñs tamẽ fundi nõ poteſt uẽdicare fundum:niſi prius offerat preciũ ædificii:aliàs exceptione doli poſſet repelli,ita tenẽt Andre.de Yſer.Bald.Ia.de Alua.in d.c.j.§.ſi uaſal,præall.& per illũ §.idẽ tenet Hoſt.in ſum.de feu. in §.apud quẽ.uerſi,præterea. quos ſequitur Bal.& Iac.de Alua.in d.§.ſi uaſallus.& dicũt ibi dẽ dicti doc.ꝙ ita ſeruatur de conſuetudine,de hoc etiã habetur per Bal.in auth.excipitur.C. de bon.quæ liber.& in l.fin.§. emp.C.commu.de leg.& ſuper rub.C.de iur.emphy.Circa hanc

a materiã dicũt Bal.[a]& Ang.quos ſequitur,& refert Inn.in l.ſi Seruius.§.Marcellus.ff.de leg.j.qd ſi emphyteuſis fuerit finita culpa emphyteutę,ut quia ſoluit canonẽ:uel nõ fuit debitè inueſtitus:quòd tũc nihil poterit detrahere de meliorامentis:ſed cõmodum meliorationis pertine-

2 bat domino.* Quæro ſi res emphy.fuerit alienata incapaci,an dominus directus poterit petere poni in manibus capacibus, b dic quòd ſic:[b] ut per Spec.in ti. de loca.§.nũc aliqua.uerſi.cxvj. & ſequen.idem Bal.in l.cũ quæſtio.C.de leg,uide de hoc quæſtio.ccccxxxviij.& ideò in diffinitiõe d.proceſſus aliqui ex dominis docto.opinando uoluerunt dicere, quòd d.dominus epiſcopus tricaſtriñ.poteſt repelli exceptione doli,cum non obtulit precium ædificii & meliorationis feudi d.domino de

c targe reo. Tamen dubitaui[c] in hac opinione reſidere, cum ea quæ ſuprà dicunt doctores, loquantur,quãdo feudũ aperitur domino,aliàs quàm ex delicto, puta defectu agnatorum:ut recitaui ſuprà,circa princi.Sed in caſu pręſentis proceſſus dictus dominus epiſcopus prætendit apertionem feudi ex delicto ſiue dolo:quia dictũ caſtrum de balmis fuit uenditũ:per d.de quæralio, d.domino de targe,ſine conſenſu ipſius epiſcopi. Et ex eo etiã quia ipſe de targe reus nõ fecit ſe inueſtiri à d.domino epiſcopo infra annum & diem, igitur &c.Et uide quæ circa hęc dixi infrà q.ccccxxxvj.

a ¶ Bald.*Videlicet in §.ſi uaſallus.& ibi do.Iac.de Alua.in uer.quaro ad extrà.& ut ipſi dicũt eſt ratio:quia text.praalleg. §.ſi uaſallus. loquitur quando per defectum generationis amittitur feud.ſecus aũt propter delictũ & culpã:quo caſu ſi amittitur principale,amittitur etiam acceſſorium:ut per l.ij.C.de iur.emphy.*

¶ Dic,

b ¶Dic quod ſic. *Et iſtud uidetur
habere rationem, ne quidem domi-
no directo ius ſuum detrahatur: ut
inſtitu. de his, qui ſunt ſui uel alie.
iuris. in §. dominorum quidem. ibi,
nec cuiquam hominum ius ſuum de-
trahi. non obſtat. lib. vj. de immuni.
eccle. c. j. §. ſanè. ibi, uel extra manũ
ſuam ponant huiuſmodi acquiſitis.
Quia loquitur in alio caſu diuerſo,
uidelicet collectarum & taliarum.
hęc autem loquitur de oneribus na-
turalibus ipſius rei, quod immunita-
te non congruit, etiam per præmiſſa.*
c ¶Dubitaui. *Et rectè propter indu-
ctionem præmiſſorum.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quando dicatur enormiter
læſa.*

QVAEST. CLXX.

ALIA deciſio fuit facta in
cõcluſione dicti proceſſus
1 *caſtri de balmis, quòd tunc in
alienatione rei eccleſiæ dicitur
a eccleſia enormiter læſa, [a]quan-
do apparet de læſione ultra di-
midiã iuſti precii, iuxtà ea, quæ
leguntur & notantur per glo. in
c. ad noſtram. extrà de reb. eccl.
non alie. & in c. j. extrà de reſti.
in integ. & in c. cum dilecti. & in
c. cum cauſam. extrà de emptio.
& uendi. & ibi gloſ. & doct. ſed
ex iſto contractu, de cuius reuo
catione agitur, conſiderato tem
pore contractus, qui debet con
ſiderari, per ea quæ plenè dicta
fuerunt ſuprà, quæſtio. clvij. &
conſideratis depoſitionibus te-
ſtium dicentium, quòd dictũ ca
ſtrum de balmis illo tunc erat
magis oneroſum eccleſiæ quàm
utile: & conſiderato, quòd quaſi
omnes teſtes dicunt ꝙ dictum
caſtrum erat tunc ruinoſum &
hermum: & conſideratis etiam
bonis datis in recompenſam: ac
etiam conſideratis oneribus in
cuſtodia dicti caſtri ac retentio-
nibus in inſtrumento dictæ in-
feudationis declaratis per dictũ
dominũ epiſcopum Deodatum
infeudantem factis, non poteſt
dici dicta eccleſia enormiter læ
ſa. & in hac opiniõe fuit maior
pars dictorũ dominorũ docto-
rum, & licẽtiatorum, qui in de-
ciſione dicti proceſſus interfue
runt. Et inde fuit lata ſententia
abſolutoria pro dicto domino
de targe reo dicta die xvj. men-
ſis Februa. M. cccclviij &c.
a ¶Enormiter læſa. *Dicitur enim
enormis læſio, quando eſt ultra dimi
diũ iuſti precij. Iuſtũ autẽ precium
intellige, id eſt, æquũ, ſecũdũ æquita-
tem iudicis, attento eo, quod uidetur
cõmuniter æquũ ſecundum opi. uul-
gi, uel ſecundũ æſtimationẽ diſcreta
rum perſonarũ: ut dicit do. Bal. in l.
ij. col. j. in iiij. & ult. no. C. de reſcin.
uẽd. & quia ad talẽ læſionem nõ re-
ſtituitur eccleſia, ſed ei ſubuenitur iu
re cõmuni & etiã cuilibet: ut præ. l.
ij. C. de reſc. uen. ſed ubi eſſet infra il
lã læſionẽ cœpta tũc iure minoris ec
cleſia reſtituitur, ſi reperiatur enor-
miter læſa: ut per gl. hoc ideò dicit in
c. pe. extrà de reb. eccl. nõ ali. Enor-
mis autẽ læſio, æſtimabitur arbitrio
iudicis, inſpecta quãtitate cauſæ, &
qualitate perſonarũ, gl. in uer. diffi-*

*nierit.inſt.de emp.et uē.in §.preciū.
do.Bar.in l.ſcio.ff.de in integ.reſti.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an commiſſum
ſimul & penſionem petere poſsit.*
2 *Moræ purgatio quando admittatur
uſque ad litem conteſt.*
3 *Solutio eſt facti.*
4 *Dominus recipiēdo canonē ſine pro-
teſtatione, an renunciet commiſſo.*
5 *Compenſatio non fit ipſo iure in pœ
nalibus.*
6 *Canonis remiſsio an fiat propter
guerram. diſting.*

QVAEST. CLXXI.

REPERIO in quodā con
ſilio recolendæ memoriæ
dñi Petri Papæ patrui mei, inci-
piente, an lapſu triennio &c. ꝙ
ipſe multū amplè & not. decla-
rauit in iure iſtud dubiū, uideli-
1 cet,* an lapſo triēnio dominus
directus poſsit efficaciter pete-
re cōmiſſum & penſionē nō ſo-
lutā, cū proteſtatione ꝙ recipiē
do unū non ſibi præiudicet ad
aliud. Et uidetur dicere ipſe do.
a Pet. Papæ, ꝙ ſic,[a] per l. ſi ꝑ em-
ptorem. aliàs eſt §. in l. fundo. ff.
de lege cōmiſ. & Bar. no. per illū
tex. ꝙ utrūq; poſsit peti, ut ibi-
dē dicit Bar. cōtrariū tamē tenet
ipſe d. Pet. Papę, per ea, quę not.
Spe. in tit. de loca. in §. nūc ali-
qua. in uerſi. xxiij. & xxvj. & quæ
not. in c. potuit. extra de loca. &
in l. ij. C. de iur. emphy. Præter-
eà, dicit ipſe do. Pe. ꝙ utrūq; poſ
ſit peti. facit ratio, quia pœna cō
miſsi eſt conditionalis, ſcilicet
ſi nō ſoluatur penſio per trien-
niū: ut patet, per l. ij. circa princ.
C. de iur. emphy. ſi bene inſpi-
ciatur. & extrà de loca. c. potuit.
ubi gerundiuū, æquipollet ab-
latiuo caſui, qui ablatiuus reſol
uitur in cōditionē. l. ſi quis ita.
§. ſi duo. de ſtat. lib. & de cōdi. &
demon. l. à teſtatore. modò ſi do
minus directus petat pēſionē &
cōmiſſum, ſi emphyteuta ſoluat
penſionē, etiam poſt trienniū,
deficit cōditio cōmiſsi. Cùm er-
go deficiat cōditio cōmiſsi, pa-
tet ꝙ nō pōt petere cōmiſſum.
nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ iſte em
phyteuta fuit in mora quolibet
anno: quia nō ſoluit de ſtatuto
inter ipſos cōtrahētes. Et ſic nō
poſsit mora purgari, per l. ma-
gnā. C. de cōtrahē. & cōmit. ſtip.
qa dies interpellat pro homine,
ut ibidem. & c. potuit. in fi. extrà
de loca. quia illud eſt uerum, ꝙ
nō poſsit mora purgari, qñ dies
& pœna ſunt appoſiti ab hoīe:
qa tūc nō admittitur purgatio
moræ, ut d. l. magnā. & eſt ratio:
qa qñ apponitur per cōtrahētes
dies & pœna, debitor pōt ſibi
ꝓuidere, ne currat dies, & ideo
ſi dimittat labi, ſibi imputetur,
ut clarè patet, per d. l. magnā. in
2 fi.* Sed qñ dies eſt appoſitus ab
hoīe, ſed pœna nō eſt appoſita
ab homine, ſed à lege, ut in caſu
noſtræ qōnis, tūc bene admitti-
tur purgatio moræ uſq; ad litis
cōteſta. ut not. per Dy. in l. ſi ita
quis. §. Seia. ff. de uerb. oblig. &
per Bar. in l. ſi inſulam. ff. eod. tit.
& in l. j. ff. de penu legata. Et eſt
ratio,

ratio, quòd admittatur purgatio moræ in hoc caſu, quādo eſt oppoſitus dies tantū ab homine, & nō pœna: licet debitor potuerit ſibi prouidere. Tamen qa lex ſubrogat ſibi pœnā cōmiſsi, ſi nō ſoluatur die ſtatuto ab homine, & per l. Ex æquitate intro ducta eſt purgatio moræ: ut l. ſi ſeruum. §. ſequitur. circa mediū ipſius §. Ideò non mirū ſi pœnā quam lex ſubrogat, ſi etiam tollatur per purgationē, quam lex etiam introduxit, & ſic una lex per aliam legē tollatur. ar. Inſti. de leg. agna. tute. §. fi. Cum ergo in caſu quęſtiōis noſtræ dies ſit appoſit' ab hoīe, & pœna ſubrogeť à lege, patet ex pdictis, q̄ debet admitti purgatio morę: put de hoc ēt tetigi ſ. q. cxxiij. Cū ergo poſsit emphyteuta purgare morā, etiā poſt trienniū, ſaltim uſq; ad litis cōteſt. ut ſ. dictū eſt, uel uſq; ad modicū tēpus poſt triennium: iuxta no. in c. potuit. extrà de loc. patet q̄ non poteſt dominus petere pœnā cōmiſsi: quia quoties lex ſubrogat aliquam pœnā alicui factā: ut puta
3 ſolutioni, uel alicui facto:* quia ſolutio eſt facti, iuxta l. conſilio. §. fi. ff. de cura. furioſ. talis pœna ſubrogata per legē non pōt peti. ut no. per glo. expreſsè in l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. qa intereſſe, dicitur eſſe pœna reſpectu ſoluētis, ſicut cōmiſſum. ut ff. de eo, per quē factum eſt. l. j. §. ſi plures. Præterea, dicit ipſe do. Pet. quando eſt in poteſtate alicuius annullare aliquē actū, ſi ex illo actu recipiat cōmodū, non poterit poſteà annullare. ut l. poſt lætū. ff. de his quib. ut indig. ubi filius exhæredatus poteſt per querelā annullare teſtamentum, ſi tamē recipiat aliqđ commodū ex illo teſtamēto, nō poterit poſteà annullare: & ita ibi in propoſito. poſt triēnium in poteſtate domini directi eſt, annullare contractū emphyt. Si ergo aliquod cōmodū accipiat ex emphyteuſi, nō poterit petere annullare: & ita non poterit petere cōmiſſum: & ſi petat cōmiſſum, & annullet cōtractū, nō poterit poſteà petere penſionē. Præterea, dicit ipſe do. Petrus, poſito q̄ talis pœna poſsit peti in libello, tamen adhuc utrunq; non poſſet peti, ut utrunq; cōſequatur, quādo dicit ipſe, tātum operatur tacitū, quantū expreſſum. l. cum quis. ff. ſi cer. pet. ſed ſi inter contrahentes fuiſſet expreſſa pœna cōmiſsi, ſic dicēdo, ſolues tantū, & ſi nō ſoluas per trienniū, q̄ res cadat in cōmiſſum per expreſsionē pœnæ cōmiſsi, transfuſa & nouata eſſet præcedēs diſpoſitio: ut l. ita ſtipulatus. in fi. ff. de uerb. obli. & l. obligationū ferè. §. fi. ff. eo. tit. & de penu legata. l. j. Ergo patet, q̄ utrunq; nō poſsit petere, cū una transfūdať in aliā. Præterea & quintò, dicit ipſe, mitius agitur cū lege, quàm cū homine. l. Celſus. ff. de arbi. & no. in c. delētes, in fi. extrà de celebra. miſſa. ſed

ſi iſta pœna eſſet appoſita ab
homine,non peteretur utrunq;,
ut dictum eſt. ergo nec petatur
utrūq;,quoniā pœna apponitur
à lege,ut in caſu præſentis quæ-
ſtionis.ita dicit ipſe do.Pet.Pa-
pæ. Et ſecundū hanc opinionē
4 uidi determinari. ¶ *Iuxta hanc
materiam quęro,an domin⁹ re-
cipiendo canonē ſine proteſta-
tione,renūciat cōmiſſo?gl.uide
tur uoluiſſe,ꝙ ſic.in l.ij. C.de iu
re emphy.& in c.potuit.de loca.
cum qua pertranſit Io. An.in d.
c.potuit. dū remittit ad ea, quæ
dicit Spe.in tit.de loca. §.nunc
b aliqua.in uerſ.xxviij.& xxv.[b] ui-
de tamē diſtinctionē, quam fe-
cit Imo.in d.c. potuit.in ſua re-
petit.in xxvij.col.poſt Card.flo.
5 *Sed iuxta hāc materiā q̄ro:ceſ-
ſaui in ſolutiōe canonis dom⁹
meę,dominus directus uult age
re ad cōmiſſum:replico ſibi, ꝙ
ípſe tantundem debet mihi. An
hoc caſu habeat locū cōmiſſum?
c dic ꝙ non,[c] quia in pœnalibus
fit ipſo iure cōpenſatio,ut pœ-
na euitetur.ar. C.de cōpē.l.etiā.
aliàs regulariter nō fit cōpenſa
tio ipſo iure,niſi opponatᶜ. iſta
ſunt uerba Pe.Ia.in tit.de act.in
rem,quę pro re emphy.quę ce-
cidit in cōmiſſum,cōpetit.circa
prin.ibi itē eſt notādū ꝙ ſic &c.
¶ Si emptor rei emphyteutica-
riæ nō dicat uerū precium do-
mino directo:fortè ut ipſe em-
ptor minus ſoluat de laudimiis
domino : uel ut fortè dominus
directus non capiat.ita faciliter
iure prælationis res committi-
d tur:& cadit emptor à iure ſuo[d].
ita Pe.Ia.in ti.de act.in rem. ge-
neralis libellus ibi effectus,quia
emphyteuta &c. Et ſic eſt hic u-
nus caſus, in quo mendaciū pu-
e nitur. ¶ An propter guerrā[e] fiat
remiſsio canonis?doctō.cōmu-
niter dicunt,ꝙ ſic.aliqui tamen
f diſtinguunt,[f] aut durauit modi-
co tempore,aut duobus uel tri-
bus annis, ut plenè tractat de
Imo.in c. potuit.de loca. in ſua
repetitione.xxxj.col.
a ¶ Quod ſic. *Et hæc opinio eſt uera
& optima ratione fundata,quod ſic
oſtēditur.Nā in hac ſpecie ſunt duo,
quorum quodlibet onus ſuū, unū.ſ.
quòd emphyteuta percipit fructus,
uel per eū ſtetit quominus percipe-
ret,propter quod ad pēſionē tenetur:
aliud quod fuit in mora et in reten-
tione penſionis ſoluendæ per triēniū,
& ob hoc meretur expulſionē,ſi do-
mino placet. Res ergo et pœna pro-
pter diuerſas cauſas exiguntur, nec
pœna ſuccedit loco rei ut ff.de arb.ſi
quis rē.Vtrūque igitur exigitur.quia
cum pœna expulſionis, ſit pœna lega
lis, exigi potuerit res pœna.ſicut eue
nit in re furtiua & pœna furti.ff.de
cōdi.fur. ſi pro fure.ij.reſpōſo.In pœ
na autē conuentionali nō ſic.ff.de act.
emp.l.prædia Iſtud proculdubio pro
cedere uidetur, quādo dominus pri-
mò deiecit emphyteutā,quod tūc po
teſt penſionē petere.ff.lo.l. colonus.et
col.ij.in authē.de nō alie.aut permu.
re.ec.§.ſcire autem emphyteutas.ſed.
quando prius penſionem recepit:&
tunc aut temporu poſteriorū,et non
eſt*

eſt dubium quin emphyteuta expelli non poſsit, cum dominus recipiendo penſionem poſterioris temporis iuri ſuo, quo ad hoc renũciare intelligatur. et ita loquitur Spe. in ti. de loca. §. nũc aliqua. uer. xxiij. et xxvj. Aut uerò tpis præteriti: et tunc ſi recipiat penſionem ſimpliciter, & non expellet, quaſi purgata ſit mora. ff. ſi quis cau. l. ij. facit. ff. de publi. & uectiga. l. ſi. et de eo, quod certo loco. l. ſi. Sin autem recipiat cum proteſtatione ſui iuris, & tunc deijcere põt. ff. quibus modis pig. uel hyp. ſolu. l. ſi debitor. & hoc ſentit Spe. in præalle. §. nunc aliqua. q. xxv. Sanè quantũ ad fructus perceptos ab eo tempore, quo res incidit in cõmiſsum expulſo emphyteuta à re emphyteutica dominus in re experitur. Specu. in d. § nunc aliqua. q. x. Et quod utrũque uidelicet commiſsum & penſio temporis præteriti, peti poſsint pariter & dãnum in re datum, tenet d. Spec. in ſæpe d. §. nunc aliqua. uer. xj. ibi. alij tamen dicunt. quam quidẽ opi. ibidem format do. Io. And. in addi. quæ incipit, hoc placet. et pro hac opinione facit, quod dicit Spe. in uerſi. xxxv. ibi Ia. contra et bene. &c. et hanc opinionẽ à parte uidetur tenere in uer. xxv. ibi, nam et ſi eũ expellere uellet &c.

b ¶ Xxviij. & xxv. Voluit allegare in uerſi. xxvj. & xxvij. & facit quod habetur in uerſi. xxix. & xxiij. licet ibi loquatur in alio caſu, uidelicet, quando recipitur penſio poſterioris temporis.

c ¶ Dicꝙ nõ. Ita tenet expreſsè Spe. 1 in præ. §. nunc aliqua. uerſicu. lxxix.

d ¶ A iure ſuo. Et eſt ratio, quia perinde eſt ac ſi non denũciaſset, ut dicit Spe. in d. §. nunc aliqua. in uer. xcij.

e ¶ Propter guerram. Videtur diſtinguendum, aut emphyt. ſuſcepit in ſe periculũ caſus fortuiti, aut nõ. Primo caſu, tenetur: ſecundo, non. Vel ſi cenſus debebatur ex fructibus, non tenetur: aliàs ſic. do. Io. And. in addi. ad Spe. in præalle. §. nũc aliqua. uer. cxxxvij. in addi. quæ incipit, quid ſit ſterilitas. ubi arguit, pro & contra. & prope finem dicit, quod præmiſi.

f * Diſtinguunt, Sed quòd emphyteuta qui propter guerras nõ potuit fructus ſeu reditus percipere, poſsit petere remiſsionem mercedis, & ſic effectualiter, nõ teneatur, uoluerunt Ia. de Are. Cy. Bart. et Saly. in l. j. C. de iure emphy. ar. l. cũ unius. §. ulti. iuncta l. iij. §. Labeo. et in l. interdũ. §. j. ff. de acqui. poſs. & per l. in uenditione. §. j. ff. de peri. & commo. rei uend. Idem tenuit Pe. de Anch. in c. potuit. in xj. q. de loca. Et licet Anto. in d. c. potuit. diſtinguat, an guerra duret per triennium uel minori tempore, tamen eũ damnat. ibi Io. And. de Imola. in d. c. potuit. tenens ſimpliciter opi. Iac. de Are. & ſequacium, quæ eſt communis opin. legiſtarum, prout dicit Ab. Sicu. in d. c. potuit. in fi. licet dicat, quòd Flo. & conſilium Paduanum contrarium conſuluerit. uide tamen, quod eleganter conſulendo tenuit Philipp. Corne. in conſilio clxxxj. inci. uiſis nonnullis actis. col. xiij. uerſi. nam ad hoc. in ij. uol.

SVMMARIVM.

Proteſtatio domini an ualeat, quòd utrunque petere poſsit, pẽſionem & commiſsum.

• *Proteſtationis uſus.& nu.4.*

3 *Lex quando ſubrogat loco obligationis aliquam pœnam, uel aliquid aliud, illa ſubrogatio dicitur alternatiua.*

QVAEST. CLXXII.

VNVM aliud tetigit dictus dominus Petrus Papæ in dicto ſuo conſilio, in præcedenti quæſtione mentionata.* Videlicet ſi dominus poſt triennium recipiat ſolutionem canonis ſeu penſionis cũ proteſtatione, ꝙ poſsit petere commiſſum, & ecõtrà, ſi recipiat cõmiſſum ſub proteſtatione, ꝙ poſsit petere penſionẽ, an ualeat iſta proteſtatio. & uidetur ꝙ ſic. & no. per Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. uer. xxv. & no. extrà de locato. ca. potuit. in glo. magna. & pro hoc facit dictũ generale, ꝙ proteſtatio* conſeruat ius in futurum, ut iuribus uulgatis. contrarium tamẽ tenet ipſe do. Pet. Papę, ꝙ imò nõ ualeat talis proteſtatio: quia dicit ipſe, ſi bene inſpiciatur in materia proteſtationis, eſt una regula, ꝙ proteſtatio cõſeruat ius in futurũ, tũc cùm tale ius futurũ eſt poſsibile de iure exerceri per ipſum ꝓteſtantẽ, ſeu cõſiſtit in poteſtate ipſius proteſtãtis. Sed ſi tale ius futurum eſt, impoſsibile de iure exerceri per ipſum proteſtantẽ ſeu nõ cõſiſtit in poteſtate proteſtantis, tunc talis proteſtatio non ualet, nec conſeruat ius in futurum. iſta regula ꝓbatur. ſic dicit ipſe do. Pet. Papæ. Certum eſt enim, ꝙ impoſsibile eſt de iure, ꝙ monachus habeat proprium. extrà de ſtatu monachorum. in c. cùm monaſteriũ. modò pone, ꝙ talis recipitᷓ in monachum, cũ proteſtatione, ꝙ habeat proprium, nũquid ualet talis proteſtatio? certè nõ. ut not. ff. de uſu & habitatatione. l. per ſeruum. §. j. & ibi eſt tex. & facit l. cũ precario. ff. de preca. & not. per Io. And. Hoſti. & alios doct. in c. cum M. Ferrariẽſis. extrà de conſti. Ad idẽ certum eſt, ꝙ poſt litis conteſta. impoſsibile eſt de iure, aliquid addi, diminui, uel mutari in libello: iuxta not. in l. edita. C. de eden. Modò pone ꝙ ille qui tradit libellũ, proteſtatur ꝙ poſsit addere, diminuere, uel mutare, uſq; ad ſententiã, nunquid ualet iſta proteſtatio? certè nõ ualet: ut habetur & no. extrà de fide inſtru. in c. inter dilectos. in gl. dicunt quidã &c. Et ita patet probata dicta regula, & faciunt ea, quæ ponit Bart. in d. l. edita. uer. quæro dixi &c. circa finem ſuæ repetitionis. & ibi notabiliter probatur per eum. hæc regula ſic eſt in propoſito pœna commiſsi conditionalis. ut dixi ſ. in procedenti queſtione. ſ. ſi nõ ſoluatur per trienniũ, ergo ſoluatur etiã poſt triẽniũ, ut in præcedẽti queſtione dixi, deficit conditio. Si ergo eſt impoſsibile de iure habere aliquã actionem ad cõmiſſum, patet ꝙ proteſtatio nõ ualet, nec conſeruat ius in futurũ: per prædictam regu

regulam. Item ſi recipiat commiſſum dominus directus, impoſsibile eſt de iure eum habere aliquam actionem ad penſionem nō ſolutam.* ¶ Et eſt ratio,
3 quia quando lex ſubrogat loco obligationis aliquam pœnā, uel aliquid aliud, tunc illa ſubrogatio dicitur alternatiua, perinde ac ſi debitor eſſet obligatus alternatiuè. pro hoc bene facit l. miles. §. decem. j. reſponſo. ff. de re iudi. & no. per Bar. in l. ſtipulationes nō diuiduntur. vij. q. ff. de uer. obl. Sed ſic eſt, ꝙ in obligatione alternatiua ſi creditor recipiat unum, impoſsibile eſt de iure, ꝙ poſsit petere aliud. l. ſi non ſortem. §. ſi dotē. ff. de condi. inde. cum ſi. Si ergo impoſsibile eſt de iure petere ſolutionem penſionis propter recipientium cōmiſſum, patet ergo ꝙ proteſtatio ſuper ſolutione penſionis, non ualet, per prędictam regulam. Præterea, ꝙ dicta proteſtatio non ualeat, probat ipſe do. Pet. Papę: quia quotieſcunq; aliquis habet neceſſariò ceſſare à petitiōe alicuius rei, talis proteſtatio non ualet: ut no. in l. alimenta. C. de neg. ge. & per doct. in c. gratiæ. de reſcri. in cle. quia mulier habet neceſſario ceſſare à petitione alimentorum datorum filio infra triēnium. ideò ſi proteſtetur, nō ualet. Sic in propoſito dominus directus habet neceſſariò ceſſare ſup petitiōe pœnæ cōmiſsi, cū deficiat conditio, ſub qua cōmiſſum debetur, ſcilicet ſi ſoluatur penſio. Item habet neceſſariò ceſſare ſuper petitione penſionis, ſi receperit pœnam cōmiſsi, ſicut dicitur in alternatiua. ut ſ. dixi. Ad hoc faciunt no. per Pet. de Bella pertica in l. ſi. ff. de eo, quod cer. lo. ubi dicitur, ꝙ ſi creditor recipiat ſortem tantū, & proteſtetur ꝙ poſsit petere intereſſe, iuxta materiam illius l. quòd talis proteſtatio non ualet. & eſt ratio, ſecundum Pe. de Bella pertica: quia recipiendo ſortē, ſublatum eſt principale. ergo & acceſſorium, qđ uenit officio iudicis mercenario. Si ergo ex iuris neceſsitate uideatur remittere, patet ꝙ nō ex uolūtate uidet remittere, ideò ſua proteſtatio nihil releuat, ut ſ. dictū eſt. Præterea dictus do. Pet. Papæ dicit: certum eſt, ꝙ in pœnis legalib⁹ proteſtatio nil operat: ut not. p Bart. in l. fraudati. ff. de publi. & uecti. & cōmiſ. Et pōt eſſe ratio: quia nemo pōt facere quin leges locum habeāt in ſuis geſtis. Ex ar. in l. nemo pōt. ff. de leg. j. & no. extrà de foro cōpe. in c. ſi diligēti. in prin. primæ gl. de teſta. c. tua. in ſi. ſic in ꝓpoſito pœna cōmiſsi, eſt pœna legalis, ergo patet ꝙ ꝓteſtatio per eū facta ſuper pœna legali nō ualet. Iſta ſunt uerba formalia dicti domi. Pe. Papę in dicto ſuo cōſilio, manu ſua ꝓpria ſcripto, & ſignato. Et ita etiam uidi determinari in iudicādo de hac proteſtatione in hoc caſu. uide plenè per

Imo

Imo. in c. potuit. de loca. in ſua rep. in xxvj. col. poſt Car. flo. Sed quia ſ. de proteſtatione, ſcripſi iuxta hanc materiã proteſtationis, quæro: aliquis cõparet coram iudice, à quo appellauit, & proteſtatur, quòd eius appellatio ſibi ſalua remaneat, an ualeat talis proteſtatio. Inno. dicit, quòd ſic. in c. quæſtio. [a] extrà, de appell. & uide plenè quæ dixi ſ. q. ccclxiiij. Et *de materia proteſtationis, uide plenè per Bart. in l. non ſolum. §. morte eius. & in l. de pupillo. §. ſi procurator. ff. de ope. no. nun. Sed uide aliũ caſum, in quo quis non renunciatſue appellationi comparendo coram iudice à quo. de quo tetigi infrà quęſtio. ccccxxxvj. in uerſiculo lxj. quæro &c.

a ¶ Inno. in c. quæſtioni. *Videlicet in gl. ſua ſuper uerſicu. iuramento.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ſoluens inſtitori domini, de cuius mandato non conſtat, an ſit liberatus. diſtin. nume. 3.*

2 *Procurator falſus, quis dicatur.*

4 *Creditore inuito & contradicente, nemo poteſt recipere ſolutionem à debitore.*

QVAEST. CLXXIII.

IN dicto ſuo cõſilio ſuprà proximè mentionato, dictus do. Petr. Papæ mouet aliud dubium ſatis ſingulare, *uidelicet an emphyteuta fuerit liberatus per ſolutionem factam geſtori ſeu receptori domini, de cuius mandato uel ratihabitione non cõſtat: & uidetur primò (dicit ipſe d. Pet. Papæ) quòd nõ ſit liberatus: quia ſoluit ꝓcuratori falſo. &* dicitur falſus, [a] qui nunquam mandatum habuit: [b] ut not. in l. ſi procuratori. ff. de condi. ob cau. in j. gl. Et quòd non ſit liberatus, probatur per dictã l. ſi ꝓcuratori. in ij. reſponſo. cum ſi. & ut dicit Bar. in iam d. l. ſi procuratori. debitor non liberatur, ſiue ſcienter ſiue ignoranter ſoluerit illi, qui non habet mandatum. Non enim debet eſſe debitor ita credulus, & ſi ſecus, ſibi imputetur. ut l. quòd ſi ſeruus. §. ſed ſi ſic accipit. ff. de in rẽ uerſo. in c. p tuas. ij. extrà de ſimonia. In contrarium faciunt not. per Bart. in l. Celſus. ff. de uſuc. ubi dicit quòd aſſertio aduerſarii debet credi: & aſſertio aduerſarii inducit titulũ. & ita patet quòd emphyteuta ſoluendo illi, qui ſe gerebat pro tali, ſit liberatus. Dictus tamẽ d. Pet. Papæ pro declaratione & deciſione præſentis materiæ ſic diſtinguit: * Aut talis geſtor publicè in loco uel uilla habebat̃ ꝓ recuperatore, ſeu ꝓcuratore domini, & tunc dicit ipſe emphy. ſibi ſoluẽdo eſt liberatus. [c] ar. l. iij. in princ. ff. ad Mace. & l. Barbarius. ff. de off. pręt. & j. q. v. turbatur. & faciunt no. extrà de reg. iur. in c. ad probandum. in j. glo. quia cũ in communi opi. pro tali habetur, uidelicet ꝙ agit, ut ibi dicitur. & quod no. ꝑ Inno. in c. j. extrà de fi. inſtru. in gl. itẽ bona eſt argumentatio ex eo, quod fieri conſue

conſueuit,ut habetur & not.extrà.de ſen.excom.in c.ad hæc. & ff.de publi. & uect. l. ſi publicanus.§.fi.& not.in l.liberorum.§. quòd tamē Caſsius.ff.de leg. iij. & l.ſi ſeruus pluriū.§.fi.de leg.j. ſed ſi communiter cōſueuit fieri,q; publici recuperatores non conſueuerunt demōſtrare mādatum, quod habent à dominis directis.ar.notatorū per gl. Inn. & doc.in c.cum in iure.extrà de offi.deleg.& faciūt optimè, quæ dicit Bar.in l.ſi qs uxori.§.apud Labeonem.ff.de furt. ſed ſolum ſcribunt in papyro ipſorum emphyteutarum confeſsionē ſoluti,ergo &c.Et ita uidi in iudicādo determinari. Aut talis geſtor publicè in loco uel uilla nō habebatur ꝓ recuperatore ſeu ꝓcuratore dicti domini directi: & tunc aut dominus directus ſcribebat iſtum geſtorem recipere ſolutionem pēſionis,& nō cōtradicebat,& tūc emphyteuta eſt liberatus.& ꝓ hoc facit l.fin. ff. quod cum eo. & faciūt etiam notata p Io.Fabri inſtitut. quod cū eo.§.j.& eſt ratio : quia quādo aliquis ſcit aliū gerere actū, qui nō poteſt inuito eo geri,talis ſciens & non contradicēs, ui

d detur cōſentire. [d] l.fi.ff.quod cū eo.& faciunt no.in l.Caius.ff.de pigno,actio.& faciunt not.extra de his quæ fiunt à prælato. in c. quanto.& extrà,de reb,eccl. nō alie.c.ſi quis presbyterorū. Sed

4 certum* eſt, quòd nemo inuito & contradicente creditore poteſt recipere ſolutionē à debitore.l.inuito.C.de ſolut.& ca.eā. & extrà de iureiu.imò nec aliud pro alio inuito creditore pōt ſolui.l.ij.§.j.in fi.ff.ſi cert.pet. ita alteri ꝓ altero:ſcilicet creditore inuito eo ſolui nō poteſt,iuxta materiā legis, uero ꝓcuratori.ff.de ſolu.Si ergo dominus directus ſciuit,& non contradixit,patet per prædicta,quòd uidetur cōſentire.& ita ratum habere.facit illud,quod dicitur de domino ſciēte & non prohibēte ſeruum delinquere:quia tunc inſolidū tenetur, qui ſi ignoraret, liberatur dādo ſeruum pro noxa : ut iuribus uulgatis. Aut dominus ignorat iſtum geſtorē recipere ſolutionem penſionis: & tunc dicit ipſe d.Pet.Papæ emphyteutam non eſſe liberatum, p iura ſ.alleg. De materia iuris emphyteuticarii. cōmiſsi & iuris præl.tetigi etiā ſ.q.cccccclxxv.

a ¶Dicitur falſus. *Is autem funditus dicitur falſus procurator, qui nunquam habuit mandatum: ſed is qui mandatum habuit: licet reuocatum, non dicitur funditus falſus procurator. & not. differentiam inter hunc, & iſtum, ut colligitur ex ſcriptis d. Bar. in l. falſus procurator. uer. oportet. dicta l. cum quis. in fin. C. de furtis. Et in l. procuratori falſo in gloſ. j. ff. de condi. cauſa data cauſa non ſecu. traditur caſus in quo non eſt differentia.*

b ¶Nunquam mandatum habuit. *Vel habuit, ſed eſt reuocatum: ut in glo. j. hic alleg. & in glo. j. in l. falſus.*

C.

C.de furtis.

c ¶Eſt liberatus.*Tu dic quòd libera bitur ſcilicet cedendo creditori actio nem quam habet contra ipſum falſum procuratorem. Caſus eſt in l.cū b fundus.§.ſeruum tuum imprudens. ff.ſi cer.pe.d.Bar.in l.ſi procuratori. in v.col.in uer.j.caſu quæro.ibi,puto tamen ff.de condi.cauſa da.cauſa nō ſecu.& in l.falſus.ij.col.uer.opp.de l. cum quis.* C.*de furtis.*

d ¶Videtur conſentire.*Iſlud eſt re gulariter uerum.ut in regula, is, qui tacet.in glo.j.circa medium.ibi quid ergo in his,&c.de regu.iur.lib.vj.*

SVMMARIVM.

1 *Partē cenſus qui ſoluit,an euitet cōmiſſum totius rei emphyteuticariæ.*

2 *Minor ſi ceſſauerit triennio in ſolutione canonis,an tempus ſibi currat.*

QVAEST. CLXXXIIII.

VLTERIVS & quartò,dictus dominus Petrus Papę in dicto ſuo conſilio quærit de 1 alio*dubio,uidelicet ſi emphyteuta ꝓ re emphyteuticaria debeat pro canone bladum & pecuniam,& ſoluerit bladum triēnio, ſed ceſſauerit in ſolutione pecuniæ:an tota res dicatur cōmiſſa pro parte pecuniæ nō ſolutæ? dictus dominus Petrus Papæ ibi determinat, quòd nec in totum, nec in partem cōmitti- 2 tur. [a] pro quo bene facit, dicit ipſe,l.cōmiſſoriæ.C.de pact. inter empto. & uendit. & extrà de pœnis.c.ſuam. Præterea ad hoc, quòd committatur, requiritur quòd per totum triennium nil ſoluerit. ſed ſi nos compenſemus illud, quod ſoluit in primo, ſecundo, & tertio anno, uidebimus quòd totum triennium nō eſt lapſum: ſed compenſatione facta [b] non erit fortè niſi biennium, uel unus annus, pro quo biennio uel anno non eſt ſolutum, ſed ceſſatio per biennium in priuato uel per annum non facit incidere in cōmiſſum. ergo &c.Prętereà,particularis ſolutio inuito creditore nō eſt ſolutio:ſed ipſo uolēte particularis ſolutio,eſt ſolutio.l.tutor. §. Lucius. ff. de uſu. ſed l. ij. C. de iur.emph.dicit,quòd ſi non ſoluerit per totum triennium, cadit in commiſſum. Sed eſt certum,quòd iſte ſoluit, licet partē cenſus.quia uolente domino directo,ergo ſoluit.Si ſoluit,ergo non cadit in commiſſum. Prætereà,dicit ipſe do. Petrus, certum eſt quòd illud, quod debetur nobis ex prouiſione noſtra, fortius nobis debetur, quàm illud,quod debetur nobis ex prouiſione aliena.ff. de cap. & poſt li.reuerſis.l.ſi qui in bello.& ibi not.& ff.de fideicom.l.ſi filius.§. erit.faciunt ibi no.per doc. in c. nullus.de elect.libr. vj. Sed certum eſt,quòd ſi uenditor apponat pactum legis commiſſoriæ in contractu uenditionis, & ſic iſtud pactum eſt ex prouiſione ſua, & poſteà poſt diem præſtitutum legis commiſſoriæ petat uenditor partem pretii,uel uſuras,renunciare uidetur pacto legis commiſſoriæ, per ipſum &

ex

ex prouiſione ſua appoſito.ut l.
commiſſoriæ. C. de pact. inter
empt.& uendit. Item, ſi creditor
apponat pœnam, ſi nõ ſoluatur
principale , & ſic iſta pœnæ ap-
poſitio eſt ex prouiſione ſua. Et
poſteà creditor recipiat partem
principalis, renunciare uidetur
toti pœnæ, per ipſum, & ex pro-
uiſione ſua appoſitæ: ut c.ſuam.
extrà de pœnis. Si ergo ſic eſt,
quòd uideamur renunciare id,
quod uenit ex prouiſiõe noſtra,
cũ magis debeatur nobis, ut ſu-
prà dixi: multò fortius uidemur
renunciare id, quod debetur no
bis ex prouiſione aliena , ut in
caſu propoſito: quia pœna com
miſsi nõ debetur nobis ex pro-
uiſione noſtra , ſed ex prouiſio-
ne aliena, ſcilicet per legem : &
ita patet ex prædictis, quòd re-
nunciare uidetur ipſi pœnæ cõ-
miſsi. & ita nec totum nec pars
commutatur. ita dicit & tenet d.
Petr.Papę.& ſunt uerba ſua for-
malia. pro hac parte tanquã ma
gis ęqua uidi iudicari.& de hac
materia tangit Spe.in tit.de ar-
bitris.§.ſequitur.uer.quid ſi plu
2 ra capitula &c.* Quid ſi minor
ceſſauerit triennio in ſolutione
canonis, an tempus ſibi currat?
uide quæ plenè dixi ĩ. q. cccc-
xxxv. Itẽ qd ſi emphyteuta ceſ-
ſauerit in ſolutione cẽſus pecu-
niæ, & dominus eidem emphy-
teutę in tantum teneatur, an lo-
cum habeat cõmmiſſum? dic q,
nõ : quia in pœnalibus fit cõpẽ-
ſatio iure: ut dixi ſ.q. clxxj. in ſi,

a ¶Nec in parte committitur. Dũ
*enim dixit, nec in totũ, uidetur pba-
bile ſecundum Spe. in ti. de lo. §. nũc
aliqua. uer. xxx. ſed d. Io. An. in add.
ad Spe. in iam d. uerſ. ſi. in addit. quæ
incipit, dic quod ſuperior uerſi. tenet
cõtrarium. ſcilicet quòd propter ceſ-
ſationẽ in parte canonis, cõmittitur
in totum. & ibidem ſub compendio
pulchrè reſpondet ad contraria.*

b ¶Sed compenſatiõe facta. *In ca-
ſu penè ſimili hæc quidem ſubtilitas
primo aſpectu placuit do. Io. And. ſed
plenius meditando eidem diſplicuit,
propter conſequẽtiam abſurditatis,
& inconueniẽtiæ: ut in addi. ad Spe.
in d. §. nũc aliqua. in uer. lxxj in ad-
ditione poſita ſuper uerſ. ſi unus.*

SVMMARIVM.

1 *Literæ ſine teſtium ſubſcriptione, nõ
probant. Limit. nu. 2.*

QVAEST. CLXXV.

LITERAE quantumcunq;
a habeãt ſigillum[a] publicum,
1 habẽs * authoritatẽ à publico, nõ
probant niſi habeant teſtiũ ſub-
ſcriptionem , uel niſi per nota-
riũ curiæ apud acta ſint ſcriptæ:
uel cõſuetudo hoc approbet. ita
b tenet Io. And.[b] in c. poſt ceſsio-
nẽ. extrà de probatio. in ſequẽ-
do opinionem Archidia. in c. ut
circa. de elect. lib. vj. quos ſequi-
tur Sal. in l. ad inſtructionem. C.
de epiſ. & cle. ita etiã fuit decla-
ratum in concluſione proceſſus
Carmelitarũ Belliuiſus in Ro-
manis, & Prioris ſonne, in mani
bus Cathalani Chãterelli Delp.
ſed quando ſigillũ dicatur auth.
uide Bald. in l. ſi qua per calum.

a C.de epi.&cle.in q.pen. Sed li-
teræ,quæ emittuntur in cancel-
c laria regis Franciæ, c& domini
noſtri Delp. bene probant, ſine
teſtiũ inſcriptione,quando:ſunt
ſigillatę ſigillo authentico can-
cellarię.& hoc operatur cõſue-
tudo,quæ in hoc ſibi locum uẽ-
dicat:ut dicit Salyc.in d.l.ad in-
ſtructionẽ.Et ſimiliter literæ iu-
diciales, quæ emanãt à curiis tẽ
poralibus , & ſpiritualibus præ-
ſentis patriæ Delph.fidẽ faciunt
cum ſigillo ſine teſtiũ ſubſcri-
ptione, & iſtud operatur actus
iudiciarius:quia tales literæ cõ-
ceduntur in iudicio, quo caſu
etiam probãt,ut dicit Sal.ubi ſ.
¶Sed quæro. circa hoc, domi-
nus Ia. Marchi legũ doc.quon-
dam iudex terræ caſſenuantici
uno ſemel dũ eſſet in uilla coſte
ſancti Andreæ ꝓ aliquibus aliis
negotiis conceſsit literas patẽ-
tes, non in figura iudicii, quæ
fuerunt ſignatæ manu Io. Berã-
gerii notarii dictæ ſuæ curiæ
abſq; teſtibus, & ſigillatæ ſigil-
lo dicti domini iudicis:in qbus
literis inter cætera ipſe do. Iac.
Marchi faciebat locum tenentẽ
ſuum d. Odonem Ancellini, in
legibus licentiatum, quondam
ad inchoandum & complẽdum
coram eo inuentarium tunc in-
choatum pro Maria uxore Ant.
Actacherii. An fidem faciãt di-
ctæ literæ locũ tenentis,uel ua-
luerit dictum inuentarium corã
dicto do. Odone Ancellini in-
choatum & completum? credo
quòd non,in ſequendo opinio.
Archid. Ioann. Andr. Salicet.in
locis ſ. allegat. nec in hoc caſu
uidi contrarium ſeruari de cõ-
ſuetudine. De ſigillo, quẽ effe-
d ctum d habeat,uide Bal.in l. quã
ipſe fecit,quę incipit imperialis
clementiæ.circa prin.ſuper uer-
bo ſigillo. & de hac materia ſi-
gilli , uide quæ dixi in tractatu
de preſumptionibus,ꝑ me Gui-
do. Papæ cõpilato.in §. reperiẽ
aliquod &c. De materia ſigilli
etiam tetigi ſ.q.ccccIxxxj.
a ¶Literæ quantumcũque habeãt
ſigillum.*De hoc uide ꝑ d.Rotæ de-
ci.xxij.in deci.Tholo.q.xxiij.*
b ¶Io.An.*Speciale autem eſt in actis
iudiciorum, quòd credatur tabellio-
ni ſine ſubſcriptione teſtium:ſed lite
ris & ſigillo epiſcopi ſine ſubſcri-
ptione teſtium non creditur:imò nõ
uidetur plenè prouiſum:licet ſit ſub-
ſcriptio teſtium:quia poßet apponẽs
furtiuum ſigillum ſubſcribere teſtes
mortuos,nunc tũc uiuẽtes. Item dicit
Io. An.in c.poſt cõfeßionem.iij.col.in
uer.& ibi ſubſcriptione,iũcta vj.col.
in uer.item cum ipſe Inn.de prob.&
quod hic dicitur de conſuetudine,te-
net Spe.in ij.parte.tit.de ꝓb.§.fi.uer.
x. ibi, ſtatur enim in hoc. ubi, dicit,
quod conſuetudo facit ſigilla authẽ.*
c ¶A cancellaria regis Frãciæ. *&
iſtud tenet Spec. in d.uer.ibi,ſigillũ
autem cancellarij Pariſienſis.*

SVMMARIVM.

1 *Confeßio facta per creditorem ex-
tra iudicium,quidnã operetur.*
2 *Confeßio extra iudicium ſine cauſa
facta,non inducit obligationem.*

Quæſt

QVAEST. CLXXVI.

IN deciſione proceſſus diffini b
1 ti in ſententiis* prolatis in ui-
gilia ramiſpalmarũ anno domi
ni M.cccclıiij.inter nobilẽ Ban
donium adhemarii agentem ex
una parte,& dominum Gorde-
reum ex altera,in manibus Ioã.
Botuti ſecretarii Delphi.fuit fa
cta concluſio, ꝙ confeſsio per a
creditorem extra iudicium fa-
cta,etiam parte abſente, uideli-
cet quo ad probationem libera b
tionis inducendam,per l.Publia
Meuia.§.fin.ff.depoſiti.& ita di
cit etiam Ioan.Fab.inſti.de acti.
in §.item ſi quis.in iiij.colũ.Sed
quid de confeſsione debiti,ex-
traiudicialiter facta,quid ſuper
hæc operetur iuramentum? Vi-
de Henri.de Bouenco in ſua re-
petitio.in materia de cauſa for
2 mali.C.ſi aduer.uen.* Confeſsio
3 enim extra iudiciũ ſine cauſa[a]
facta,nõ inducit obligationem.
caſus eſt in l.cum de indebito.
§.fin.ibi, ſinautem cautio.ff.de
proba.idem tenet glo.in l.j.gl.
fin.ubi ut ergo hoc uideas ple-
nius.ff.de inter.acti.idem tenet
Cy.in l.generaliter.in j.ij.& iij.
quæſtio.C.de non nume.pecu.
Idem Bart.in d.l.cum de indebi-
to.maximè ſi fiat in partis abſen
tia:ut in c.ſi,ibi,in abbatis abſen
tia.extrà de ſucceſ.ab inteſtato.
l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de
confeſsione. ſecus tamen eſt in
confeſsione iudicialiter facta,
quæ etiam ualet ſine cauſa:ſicut a
ponunt Bar.& Cy.in locis præ-
allega.nec etiam ualet promiſ-
ſio ſine cauſa[b] facta:ut tenet gl.
in d.l.j.in fin.ff.de interroga.a-
ctio.Etiam ſi ſtipulatio interue-
niat obſtante exceptione doli,
quæ poteſt apponi.l.ij.§.circa.
ff.de excep.doli.De confeſ. ex-
traiudiciali,plenè tractat Io.An
dre.in add.Spe.in tit.de eo.§.j.

¶ Sine cauſa. *Vel cum cauſa:ſed in-
diſcreta:ut no.do.Bal.in l.cũ de in-
debito.§.ſinautem cau.ff.de proba.*

¶ Promiſsio ſine cauſa. *Hoc intel
lige,quando præceſſit confeſsio &
ſubſequitur ſtipulatio.uerbi gratia,
Meuius confitetur ſe debere centum
Titio,quæ per ſtipulationem reddere
promittit,ſed ubi non eſt confeſsio,
ſed promiſsio ſine cauſa diſcreta,uel
ſpecifica,uidetur facta animo donan
di.omnes doct.concludunt in l.cam-
panus ff.de oper.lib.refert do.Alex.
in addi.ad Bart.in d.l.cum de inde-
bito.in §.ſed hoc.in addi.qua inci.
ſed pone,*

SVMMARIVM.

*Creditor ſi partim debiti recipiat,
ſine proteſtatione,an poſsit poſteà
agere ad reſiduum,*

QVAEST. CLXXVII.

FVIT etiam concluſio facta
in deciſiõe dicti proceſſus,
ꝙ ſi actor* petat minorem ſum
mam,& ad illam fuerit reus cõ-
demnatus,uel ſoluerit ſine con
demnatione,ꝙ talis actor pote
rit iterum agere ad reſiduũ ſe-
cundum Ioan.Fab.inſtit,de ac-
qui.in §.ſi minus intentione.in
vj.col.[a] j.q.quid ſi actor &c.qđ
intelligo,etiam ſi actor in pri-

ma petitione non fuerit proteſtatus de agendo ad reſiduum. quia ibi loquitur Ioã.Fab.indi-
b ſtinctè,[b]igitur &c.Et hoc uerũ, niſi petierit actor in prima peti
c tione,pro reſta[c]&c.Quia tunc uidetur tacitè fieri ſolutio reſidui non petiti. ita ſeruat hæc curia parla.in iudicando. ſed ſi petitio facta per partẽ,ꝓbetur, & pro alia nõ,an pro parte probata poterit ſententia ferri pro actore:uide quæ dixi ſuprà quęſtio.xxvij.

a ¶Sexta co.*Voluit allegare v.colũ. quæ eſt ult.*

b ¶Indiſtinctè. *Ita etiam loquitur do:Dyn.in §.ſi minus.in uer.ſine pe riculo.& in uerſicu.ulterius quæro. inſti.de actio.*

c ¶Pro reſta. *Et pro hoc facit, quòd dicit do.Antõ.de Are.in præalle.§.ſi minus.in j.not.ubi idem ſentit de di ctione taxatiua,quod hîc dicit de di ctione,ſcilicet,reſta.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus poteſt cognoſcere, & punire de periurio.*

2 *Iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere de clerico periuro, adultero uel ſacrilego.*

3 *Princeps ſecularis an poſsit diſpenſare ſuper iuramento.*

4 *Periurus qualiter puniatur.*

5 *Tranſactio facta inter duos priores, uel curatores, an ſit perſonalis, uel realis.*

QVAEST. CLXXVIII.

a
1 DE periurio [a] poteſt iudex laicus*cognoſcere & puniri re:quia eſt crimen commune: ut in auth.de mandatis prin.§.ſi uerò.& not.per Ioã.And.in c.li-
b cet.extrà de iureiu.[b]in nouella. & not.in l.nulli.C.de teſtib.& ibi Bal.& in l.ij.C.de fide inſtr. Ita tenet Bal.in extra.imperial. clemen.de pace Cõſtan.in glo. ſuper uerbo,tam uaſalli.ibi,ſed hic quæro.ubi etiã tenet,ꝙ per iuriũ eſt crimen cõmune, & ꝙ iudex ſecularis poteſt punire de periurio.Et facit l.ſi quis maior. C.de tranſact.Nec obſtat c.ue-
c nerabilis.[c]extrà de ele.& quod not.in c.cum ſit generale.extrà. de foro comp.quia loquũtur in clerico.hic autem loquimur in laico.& idem de laico ſacrilego uel adultero.ita intelligitur
2 d.l.ſi quis maior.& alia*iura ciuilia,de clerico uerò adultero, periuro,uel ſacrilego iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere. Et ita loquuntur cõtraria. & ita tenendo ius in quolibet foro ſuo,nihil eſt contrariũ. tenet gl. in d.c.cum ſit generale. ubi gl. enumerat caſus,in quibus cogni
3 tio ſpectat ad eccleſiam.¶*Sed an princeps ſecularis poſsit diſpenſare ſuper iuramento? Credo,quòd ſic,per l.fin.in prin.ff. ad municip.& uide quę plenius dixi ſuper hoc,infrà quæſti.cxc-
4 iiij.Sed qualiter*puniatur per-
d iurus[d],alibi dicitur,ꝙ pœna capitali. xxiij.quæſti.v.c.rex.quod intellige uerũ de teſte, qui fert falſum teſtimonium in cauſa criminali.talis enim morte morietur.ff.de ſicar.l.j.§.j.& dixi plenius,

nius ſuprà q.xliiij. aliàs enim ſi in contractibus quis periurus eſt, notatur infamia: ut in l. ſi quis maior. C. de tranſac. & plenius de hoc tetigi in tracta. quē feci ſuper materiam d. l. ſi quis maior. in princip. aliàs ſolū Deū habet ultorem[e]. l. ij. C. de rebus cred. quod intellige uerum, ſi in alterius nō cedit præiudicium. ita dicit gloſ. in c. quicunque. vj. q. j. Et eſt periurus fuſtigandus fuſtibus, ſi iuret per genu principis. ff. de iureiur. in l. ſi duo. §. ulti. & de pœna teſtis, qui deierando deponit falſum in cauſa criminali, uide quid iudicatum fuit in hac curia parlamenti Delphinalis, ſuprà, quæſtio. xliiij. & dotati ne ipſius cōuentus dotadota, * An autem tranſactio facta inter duos priores uel curatores, ſit perſonalis uel realis? Dic ꝙ perſonalis. Sed ſi Papa cōfirmet, erit realis. uide tex. no. in c. ueniens. extrà de tranſ. &c.

a ¶ De periurio. *Vide quis iudex puniat periurum, & quæ ſit eius pœna: iſtum conſ. xxix. incip. ille incarceratus. nu. 1. uer. item etiam dictus. ubi remittit ad ea, quæ ſcripſit cōſil. lxxxix. in j. dubio: uer. j. circa primū. & in q. Tholo. q. xvj. j addi.*

b ¶ De iureiurā. *Videlicet lib. vj. & ibi in d. c. licet. in uer. multū facit. dicit do. Io. And. e c litera, petere iudicē ſecularem de periurio, uel iura cognoſcere poſſe, & diffinire. Et idem uidetur ſentire do. Pet. de Ancha. in præalle. c. licet. in v. not.*

c ¶ Nec obſtat. c. uenerabilis. *Tu dic, quòd illud c. uenerabilis. loquitur in caſu quo dubitatur an iuramentum ſit licitum & ſeruandum néc ne: in quo quidē caſu eſſet remittendum ad iudicem eccle. Ita dicit d. Io. And. in c. cum laicus. ſuper ult. gl. de for. compe. lib. vj.*

d ¶ Qualiter puniatur periurus. *Super hoc uide do. Cy. C. de reb. cre. in l. iuriſiurādi. in uer. iuxta hoc. & ibidem do. Bald. qui tangit octo modos puniendi periurium.*

e ¶ Deum habet ultorem. *Dicunt aliqui, quòd periurus poteſt extraordinarie puniri, licet ſolum Deum habeat ultorem. & alleg. domi. And. in auth. ſceni. non ſolum ſi fideiuſſor. præſtent. colla. v.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an poſſit dare laico in compenſationem, aliquam penſionem, ſine conſenſu capituli.*

QVAEST. CLXXIX.

AN prælatus in recompenſam alicuius meriti poſſit laico dare penſionem ſine conſenſu capituli. * Et an poſt mortē ſuam poſſit ſucceſſor hoc reuocare. circa hoc poteſt diſtingui: quia aut cōceditur perpetuò dicta penſio, aut ad tēpus. Si perpetuò, nō ualet ſine conſenſu capituli. Aut ad tempus, & tūc ualet talis conceſſio: & nō poteſt per ſucceſſorem remoueri. Ita dicit Archid. xvj. q. j. c. poſſeſſiones[a], & in c. j. in tit. de reb. eccl. nō alie. lib. vj. Ita fuit cōcluſum in uiſione proceſſus carmelitarum belli uiſus in Romanis; in quo proceſſu carmelitæ petebant

bant quandã penſionẽ l.florenorum dudũ circa cc.anni ſunt lapſi per olim priorem Sonnæ impoſitã perpetuò ſuper d.prio ratu Sõnæ,& ſolui promiſſam domino noſtro Del.pro ponte capella & hoſpitali Sonnæ eidẽ priori per dominum tunc Delphinum dicto priori Sõnæ,ſuis ſucceſſoribus perpetuò traditã & quæ penſio fuit,per do.Hũb. Del.dicto conuentui in fundatione & donatione ipſius conuen.donata. An autem tranſa- a ctio facta inter duos priores uel curatos,ſit perſonalis uel realis? Dic quòd perſonalis,ſi Papa cõ b firmet,erat realis, [b] uide tex.not. in c.ueniẽs.de tranſ.

a ¶Archid.c.poſſeſsiones. *Puta in uer.clericis.ibi,& quod dicit &c.et alleg.xvj.q.vj.illud.*

b ¶Erat realis. *Hoc intellige uerum, quando Papa confirmaret huiuſmodi tranſactionem cum cauſæ cognitione,& nõ in communi forma,quæ nihil iuris addit.ita dicit do.Inno.in c.ueniens.in ſua glo.ſuper uer.confirmatum.extrà de tranſ.*

SVMMARIVM.

1 *Felonia uaſalli contra dominũ,qualiter probetur.*

QVAEST. CLXXX.

1 AD probãdum feloniã per *dominum contra uaſallũ requiruntur quinq; teſtes omni a exceptione maiores, [a] ut probatur in li.feud.in c.uno.ſub rubr. quot teſtes ſunt neceſſarii ad probandũ feudi ingratitudinẽ. & ita fuit concluſum in camera conſilii die xx. menſis Martii, M.ccccl viij.in diffinitione proceſſus nobilis Baudoini domini ſancti Germani actoris ex una parte,& domini guardæ rei, ex altera, in manibus Io.Botuti,ſecretarii Delph.in quo proceſſu dictus domin⁹ guardæ op ponebat contra dictũ Baudoinum eius uaſallum de felonia: licet gloſ.in d.c.uno.dubitauerit an dictus text.pro lege debeat obſeruari.

a ¶Quinq; teſtes omni exceptione maiores. *Et huius deciſionis eſt ratio ut cautius ageretur cum uaſallis,ne de facili fortè per uiles & redemptos teſtes aut paucos poſſent domini priuare uaſallos ſuos feudis. Ita pulchrè inquit do.de Aluarotis. in uſi.feud.in ti. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandũ feud.ingra.in c.uno.in uerſicu.& fuit ratio decidendi.Verum,quòd ille text.debeat ſeruari pro lege,optimè probat ibi domi.Iacob.de Aluarotis per plures rationes.*

SVMMARIVM.

1 *Stylus curiæ ſancti Marcellini habeátne locum in inſtrumento debiti,non etiam ſigillato.uide & nu.2.*

3 *Et,indicat repetitionem qualitatis præcedentis.*

4 *Submiſſus curiæ ſancti Marcellini,poſsítne ante litem conteſta.papitere.*

QVAEST. CLXXXI.

IN uiſitatione proceſſus celeſtinorum de columberio, in regno agentium,ex una parte, & Anton.Neireti ciuis Gratio-

nop,

ſop. ſe defendentis ex altera parte, diffiniti die xxiiij. Martii, M.ccccLviij. in manibus Ant. de Molena ſecretarii Delphi. Circa ſtylũ dictæ curiæ ſancti Marcellini in dicto proceſſu pro parte dictorum dominorum celeſtinorum, productum fuit inter dominos meos parlamẽti in camera conſilii determinatum* & cõcluſum uerbis ipſius ſtyli bene penſatis & cõſideratis, quòd quis nõ uidetur obligatus rigori dicti ſtyli, etiam ſi in inſtrumẽto obligatorio reperiatur expreſſa ſubmiſsio ad dictam curiam, niſi tale inſtrumẽtũ etiam fuerit ſigillatum ſigillo dictę curiæ. & hoc probant uerba dicti ſtyli ibi, quòd inſtrumenta quæ reperientur ſigillata ſigillo dictæ curiæ &c. A quibus uerbis nõ eſt recedendum, arg. in l. nõ aliter. in prin. ff. de leg. iij. maximè in re dubia, ut l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito. Dictus enim ſtylus ſtatuendo, quòd contra tertium poſſeſſorẽ in actione perſonali fiat executio, eſt contra iuris diſpoſitionem, in l. 3 j. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. & in l. fi. ff. de contrahen. emp. & uend. cum ſimilib. maximè nõ diſcuſſo principali, iuxta authen. hoc ſi debitor. cũ materia. C. de pig. acti. etiam in eo ꝙ non amittit tres exceptiões excludẽdo præſcriptionem, & alias exceptiões de iure admiſsibiles. Et ideo ſtrictè intelligendum eſt, uidelicet, ut non ſufficiat ſimplex ſubmiſ-

1

a b

ſio ad ipſam curiam ſancti Marcellini: ſed requiratur etiam ſigillatio talis inſtrumenti obligatorii, iuxta l. conſtitutionibus. ff. ad municipales. iuncta l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerbo. obligatio. ¶ Sed iuxta præmiſſa, quæro*, aliquis ſe obligauit, & ſe ſubmiſit uigori ſtyli & ſigilli curiæ ſancti Marcellini, prout etiam in dicto inſtrumento obligatorio, per dictos dominos celeſtinos in dicto pceſſu producto hæc uerba deſcribuntur: an hoc caſu requiratur ſigillatio inſtrumenti obligatorii, & uidetur, quòd nõ, per uerba dicti ſtyli in aliis documentis & membrãneis quibuſcunq; ad uires dicti ſigilli confectis, in qua clauſula non repetuntur illa uerba, ſigillata ſigillo &c. Sed fuit tũc per dominos meos cõtrarium determinatum in dicta, cauſa celeſtinorum: & credo quòd bene: quia licet ibi nõ repetantur illa uerba, ſigillata ſigillo &c. tamen cenſetur repetita[a]: cum copula &, indicat* repetitionem qualitatis præcedẽtis: ut dicit Barto.[b] in l. Seia. §. Caio. ff. de fundo inſtruct. & inſtrumento legato. & dixi latius infrà quæſtione ccccxxvij. Et facit pro hac parte. cap. ſecundò requiris. de appellatio. ubi clauſula, appellatione remota adiecta in princ. commiſsionis, cenſetur in medio repetita. Sed de quo operabitur ſimplex ſubmiſſio ad dictã curiã in inſtrumẽto

obligatorio non ſigillato deſcriptam, credo ꝙ operabit, ut debitor etiā alterius territorii ad dictā curiā ſancti Marcel. poſsit
c conueniri[c], iuxta l.j. & ij. de iur. om. iud. & l. ſi conuenerit. ff. eo. titu. Sed contra eū procedetur ſecundum iuris cōmunis diſpoſitionē, nō autē ſecundū diſpoſitionē dicti ſtyli à iuris cōis diſpoſitione exorbitātis, cū rigori ipſi' debitor nō reperiat, nec cēſeri debeat obligat': nec p cōſequēs ſimplex ſubmiſsio ad dictū rigoroſum ſtylū extendi. ar. eorum quæ legūtur & no. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. ff. ſi qs cautionibus. Si enim uoluiſſet debitor dicto rigori ſe obligaſſe, bene expreſsiſſet: ut dicitur in ſi-
d mili[d], in l. una. §. ſin autē ad deficien. C. de cadu. tol. & ita etiā in hoc caſu ſeruat in d. curia parla. ¶ De materia ſtyli d. curiæ ſancti Marcellini, uide quę dixi ſ. q. xv. in quodā alio caſu.
4 * Sed iuxta præmiſſa, q̄ro, an ſubmiſſus d. curiæ ſancti Marcel. ante litē cōteſtatā poſsit pœnitere. dic ꝙ ſic de iure. l. ſi cōuenerit. cū glo. ff. de iuriſ. om. iu. Sed de ſtylo d. curiæ nō admitteret pœnitētia, ut ſcripſi ſ. q. lxxxvij. Sed qd de præſcriptione, quę nō pōt opponi de ſtylo in d. curia ſancti Macel. uide q̄ dixi j. q. cccxix. ¶ Sed quid, debitor ſe ſubmiſit oībus curiis Delph. an intelligat facta ſubmiſsio ad curiā ſancti Marcel. cabeoli uel parui ſigilli mōtiſpeſſulani, q̄ curiæ ſunt rigoroſæ? Credo ꝙ nō cōprehēdantur
e ſub illa generalitate[e]. arg. l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. ff. ſi quis. & in l. filiusfa. §. ſi. ff. de dona. & uidetur caſus in cle. non poteſt. de procura. & ita ſeruatur in iudicando in hac curia parlamenti.

a ¶ Cenſetur repetita. *Pro hac opinione uide optimum textum in §. illud. in fin. ibi, quòd prima parte eo uerbo uſa eſt. inſti. de l. Aquil.*

b ¶ Bar. *Dicit enim ipſe d. Bar. quòd uirtus copulatiuæ qualitatem præcedentis legati repetit in ſeq.*

c ¶ Poſsit conueniri. *Hoc fortè uerum, niſi priuſquam adiretur ipſe iudex mutata fuerit uoluntas: ut habetur in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. omnium iudicum.*

d ¶ In ſimili. *Facit c. ad audientiam. in ſi. cum ibi nota. extra de decu.*

e ¶ Sub illa generalitate. *Nā in cōceſsione generali non ueniunt ea, quæ quis non eſſet uериſimiliter in ſpecie conceſſurus. ut in ca. in generali. de regulis iuris. libro ſexto.*

SVMMARIVM.

1 *Poſitione negata an poſsit quis ſe iuuare.*

QVAEST. CLXXXII.

AN quis poſsit ſe iuuare poſitione per eum negata?
1 * dominus Archi. in c.j.[a] de confeſsis. lib. vj. argumentum pro & contra: & finaliter determinat, quòd nō. ita etiā tenet do. Bart.
b in l. poſt legatū[b]. digeſtis de his, quibus ut indig. & iſta eſt communis opinio, niſi pars peteret errorem corrigi. dicit Arch. ubi ſ. Et ita determinauerūt & concluſer

cluſerunt domini mei de parlaměto in diffinitione proceſſus appellationis Bartholomei Sacherii appellantis, & Claudii di uiſiõis appellati diffiniti de měſe Martii die ſeutentiarum, M. ccclviij. in manibus Ioã. Cabodi ſecretarii Delphina.

a ¶Dominus Archi. in c. j. *Scilicet col. ij. uerſi. nunquid ergo ut ipſe huius dicti aſsignat rationem dicens, quia ſuam turpitudinem allegaret: quia contra ſuum dictum ueniret, ſcilicet ponens contra ſuam aſſeuerationem, & reſpondens cõtra ſuam negationem. & ſic innuit idem ius eſſe in utroque: uidelicet, ponente & reddente, quod dicit eſſe uerum: niſi probaret ſe erraſſe: & iſtud limita eſſe uerũ, quando error reuocaretur ſtatim, per tex. l. j. C. de erro. aduo.*

b ¶Dominus Bartolus in l. poſt legatum. *Scilicet in principio in ultima col. in uerſi. quaero aduerſarius fecit unam poſitio.*

SVMMARIVM.

1 *Penſio annua ſuper feudis Delphinalibus impoſita.*

2 *Penſio an poſsit imponi in re emphyteuticaria.*

QVAEST. CLXXXIII.

REPERITVR in camera computorum Delphina. ꝙ dudũ anno M. ccclxxxix. & die xxvj. menſis Octobris. do. Iaco.

1 * de Mõte mauro tũc guberna. Delphin. ſtatuit & ordinauit, ꝙ ſuper feudis aut rebus emphyteuticariis Delphin. non poſsit nec debeat imponi penſio: & ꝙ impoſitæ à xl. annis tunc proximě lapſis tollantur, quæ ordinatio ex poſt fuit confirmata per curiam parlaměti, & dominum Ma. fuſo tunc gubernatorě, anño M. cccc xxvij. & die xxvj. menſis Aprilis. Reperitur etiã in camera computorum alia ordinatio confirmatoria præcedětium facta per do. Radulphũ de Gaucour. tunc gubernatorě Delphi. M. cccc xxiiij. & die xj. Decěbris. & ſecundũ dictas ordinationes fuit iudicatum in manibus Ioã. Botuti ſecretarii Delphin. anno M. ccccl ij. inter Petrum Mourodi, de turre pini ex una parte, & certos homines, de dictis penſionibus tunc conquerentes: & quæ pěſiones fuerunt dicto anno per ſententiam parlamenti ſublatæ & reuocatæ: ut latius in ſententia cõtinetur. Sed expoſt anno M. ccccl viij. & die xxiij. menſis Decembris fuit contrarium iudicatũ in manibus Petri de Bolliaco, ſecretarii Delphin. in cauſa Abbatis, & cõuětus ſancti Andreę monachorum Viennę, in qua Io. Pugeti aliás collomat ciues Lugduni fuit condemnatus ad ſoluendum quãdam annuam penſionem duorũ ſcutorũ auri: licet probaretur fuiſſe impoſita ſuper feudo Delph. & à tempore dictarum ordina-

2 tionum citra.* Et de hac materia an poſsit imponi penſio in

a re emp. tãgit Bar. in l. fi. in fi. [a] ff. de contrah. emp. & uendi. & Io. Fab. inſti. de acti. §. item Seruia-

b na [b]. & Spe. in ti. de loc. §. nunc

aliqua.uerſicu.lxxxvj.& uerſicu.
c cxviij.[c] & uide quæ ſcripſi ſ.q.
cccclxxv.Et de materia penſio-
nũ ſuper certis rebus aſsignata,
uide in l.lega.ff. de an.le.in §.j.

a ¶Bar.in l.fi..in fi.*Voluit al. Bal.in d.l.fi. in addi. illius ing. aduer. quia loquitur in alijs terminis.*

b ¶Io. Fab.§.item Seruiana. *Scilicet in ix.col.uer.quid de iuriſ.cauſa.tamen quia loquitur in alio caſu.*

c ¶Verſic. lxxxvj. & uerſic.cxviij. *Voluit allegare uerſi. cxxv.et uerſi. clxvj. quibus locus tangitur de emphyteu.dante alteri rem emphyteu. in emphyteuſim.*

SVMMARIVM.

1 *Maſculi cenſeantúrne inuitati ad bona teſtatoris, ex tacita mente teſtatoris,excludendo filias.*

2 *Liberi maſculi filij teſtatoris an cenſeantur ſubſtituti,ex uerbis teſtatoris,ſi filij mei deceſſerint ſine maſculis,ſubſtituo Sempronium.*

3 *Liberis ſubſtitutis uel inuitatis, an teneat patri inſtituto facultas eligendi.*

4 *Liberi liberorum in quibus terminis cenſeantur inſtituti.*

QVAEST. CLXXXIIII.

IN illa quęſtione,qua quæritur
ſi teſtator dicat,ſi hæres meus
1 ſine liberis deceſſerit*, talẽ ſub
ſtituo, an liberi ueniãt ad bona
teſtatoris ex teſtamento uel ab
inteſtato.dixi plenè ſ.q.xxxix.ꝙ
liberi nõ ueniunt ex teſtamẽto,
inſequendo opinionẽ glo.Bart.
2 Raymun.& ſequacium.* Sed iu-
xta hæc quæro,de alia quæſtio-
ne quam non reperio motam
per doctores.Aliquis in ſuo te-
ſtamento inſtituit filium ſuum,
& adiecit talia uerba: & ſi filius
meus deceſſerit ſine liberis ma
ſculis, ſubſtituo Sempronium.
An hoc caſu liberi maſculi filii
teſtatoris cenſeãtur ſubſtituti in
bonis teſtatoris, ſaltem ex tacita
mente teſtatoris. Et uidetur ꝙ
non,per ea, quæ dixi in d.quæ-
ſtione xxxix. In contrarium ui-
detur,[a] ꝙ imò hoc caſu liberi a
maſculi uideantur ex tacita men
te teſtatoris ſubſtituti.[b] Sicut ui b
demus in ſimili: ꝙ ſi ſtatuto ciui
tatis caueatur, ut extantibus li-
beris filiæ non ſuccedant: certè
hoc caſu liberi maſculi cenſen-
tur inuitati ad hæreditatem pa-
ternã: quia illa uerba continent
diſpoſitionem in perſonam li-
berorum maſculorũ:ut cenſean
tur maſculi inſtituti. Ita dicit &
tenet Bar.in l.liberorum.ibi,po
ne exemplum in themate.ff. de
uerbo.ſigni.& pro fundamento
allegat Bart.in l.fideicommiſſa.
§.cum eſſet.ff. de lega.iij.Et fa-
ciunt,quę dixi ſ.q.cccclxxxv.cir-
ca finem.ibi,& eſt ratio &c.& q.
ccxcix.& l.in ratione.la ij.§.tam
etſi.ff.ad l.Falcid. Nam illa uer-
ba ſtatuti habẽt duo capita. unũ
incluſiuum maſculorum: aliud
excluſiuum filiarum. Et primò
enim capite quo maſculi inclu-
duntur,uidentur fœminę exclu-
ſæ:ut no.in c.Raynal.in glo.ſu-
per uerbo,maſculis.extrà de te-
ſtamentis. ita dicit ibi Gofre-
dus. quia incluſio unius eſt ex-
cluſio

cluſio alterius.ff.de leg.j.l.p interim.§.ſi quis poteſt.& habent illa uerba,ſtantibus maſculis,facit ad diſpoſitionem in perſonã maſculorũ: ut dicit Bal.in l.maximum uitiũ.in ſecundo notabili.C.de liberis pręteritis uel exhæredatis. qui ibi ſequitur opi. Bar.& non mirũ, quia quãdoq; uerba conditionalia etiã inducunt diſpoſitionẽ ex mente legis.ut ff.de oper.lib.l.ſi ita ſtipulatus.ut ibi etiam dicit Bal. ideò pro cõcordia iſtorũ contrariorum puto diſtinguendum: quia aut teſtator dicit, ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit,&c.& tũc liberi liberorum nõ ueniunt in diſpoſitionem.ita loquitur prima pars ſecundũ opi.glo.Bar.& ſequacium in d.l.Lucius. Aut teſtator adiecit uerbum,maſculis. dicẽdo, ſi filius meus hæres deceſſerit ſine liberis maſculis,talem ſubſtituo.Et tũc procedit ſecunda pars,ꝙ liberi maſculi ueniant in diſpoſitione ſecundum Bar.& Bal.in locis præallegatis. Et faciunt ad hæc, quæ dixi ſ̃.q. ccxix. Et iſte eſt unus caſus ſingularis,qui quotidie occurrit in facto,in quo liberi non ueniunt in cõditione,ſed in diſpoſitiõe. contrarium tamen fuit deciſum in q. cccccxix. ¶ Vlterius etiã & ſecundus caſus in terminis noſtræ quæſtionis reperitur,ſecundum Bart. quando uidelicet ex uerbis teſtatoris liberi cẽſentur grauati: ut ſi dicat teſtator: ſi filius meus deceſſerit ſine liberis ,uel liberi ſui ſine liberis, bona mea deueniant ad talem &c. Quia tũc eo caſu uidentur inſtituti: ut dicit Bar.in l.centurio.in q. ulti. tertiæ quæſtionis principalis, quę incipit, Quæro ulterius , quid ſi teſtator &c. de uulg.

3 *Sed an hoc caſu in quo liberi uidẽtur ſubſtituti, uel inuitati , an remanet patri inſtituto facultas eligendi , quẽ ex dictis liberis uoluerit,ita ut ſufficiat,& uolũtati teſtatoris ſit ſatisfactũ: dum tamen ad aliquem uel aliquos dictorũ liberorũ hæreditas perueniat? Credo ꝙ ſic: per l.filiusfa.§.cum pater.[c] ff.de lega.j.§.&.l.ſi is, cui cum plures. ff.de leg.iij.& facit l.fœminę.C. de ſecundis nuptiis. ubi mater poteſt relinquere viij.ex liberis primi matrimonii,cui uoluerit. Et licet illud ſit correctũ hodie: tamen ratio manet. facit etiã l. unum ex familia.§.ſi de Falci.ff. de leg.j.

4 *Reſtat ergo,ꝙ nõ reperiuntur niſi duo caſus,in quibus in terminis propoſitæ quæſtionis liberi liberorum cenſentur inſtituti. Primus , uidelicet quando liberi liberorũ ex uerbis teſtatoris cenſentur grauati, quo caſu uidẽtur inſtituti: ut dicit Bar.ubi ſ̃.in d.l.centurio.uel quãdocunq; appareret de uolũtate teſtãtis tacitè uel expreſsè. Secũdus caſus, quãdo uidelicet teſtator adiecit uerbũ,maſculis, quo caſu per excuſsionẽ filiarũ uidetur inuitare maſculos: ut uolunt Bar. & Bal.in locis ſ̃. alleg.

Sed reſpectu huius ſecundi ca-
ſus, in quo fit mentio de uerbo,
maſculis, fuit determinatũ con-
d trarium.[d] M. cccclj. die uerò x.
menſis Iunii, in diffinitiõe cauſę
remiſsiõis nobilis Claudii Ala-
mãdi actoris: & nobilis Io. Ala-
mandi dicti de grãgis ſuper fa-
cto Rupiſchinardi: quia maior
pars dominorũ, qui in dicta re-
uiſione interfuerũt, ita cõcluſe-
runt: licet aliqui fuerũt in cõtra
ria opinione, ꝙ imò per illud
uerbum, maſculis, uidebatur ip-
ſe Claudius inuitat* ex teſtamẽ-
tò do. Eymari eius patris, per iu
ra & rationes ſ. declaratas. Ta-
men maior pars dominorũ fuit
in cõtraria opinione. Alias de-
ciſiones ſuper dicto proceſſu
reuiſionis tũc factas, uide infrà,
quæſtione cccccxcvj.

a ¶ In contrarium uidetur. *Prima
opi. uidetur uerior: quia utrobique
eſt eadem ratio. ſicut enim per illa
uerba, ſi ſine liberis, non intelligun-
tur ex teſtamento uocati ipſi liberi,
ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ. ſic nec
cenſeri debent inuitari ex teſtamen-
to, ſi dicatur, ſi ſine liberis maſculis,
cũ expreſſio eorũ, quæ tacitè inſunt,
nil operatur. l. ij. ff. de lega. j. non ob-
ſtat, quod hic inducitur de ſtatuto:
quia aliter mens ſtatuti omnino of-
fenderetur, niſi filius maſculus ſucce
deret excluſa filia: quia ſi ſecus fie-
ret, ad ſucceſſionem defuncti ueniret
filia. quod foret contra mentem ſta-
tuti de directo. ſed in caſu diſpoſiti-
uo ultimæ uoluntatis teſtantis, ſi qui
dem uoluntas nihilominus ſeruare-
tur: ſi liberi maſculi non ueniant ex
teſtamento, dummodo illis extanti-
bus ueniat ad eius ſucceſſionem: &
ſic teſtator per uerba prædicta, non
intendit ipſos uocare ad eius ſucceſ-
ſionem ex teſtamento: ſed eiſdem ius
ſuccedendi ſaluum eſſe uoluit, illiq́;
nolẽs in quoquam præter. ſubſti. de-
rogare. ſtatutum uerò excludẽdo fi-
liam in exiſtentiam filiorum maſcu-
lorum eos ad ſucceſſionem uocauit:
quia quòd de uno negatur, de alio
conceditur. xxv diſtin. qualis. & ff.
de iudi. l. cum prætor. unde horum
tanquam ſeparatorum ſeparata de-
bet eſſe natura. l. finali. & ibi domi.
Bar. ff. de calum.*

b ¶ Subſtituti. *Aduerte, ſi duabus
inſtitutis teſtator dicat, ſi altera ea-
rum decedat ſine liberis, &c. quòd
per illa uerba non ueniunt filij uoca-
ti ex teſtamento, tanquam ſubſti-
tuti. Ita tenet Alexan. in conſilio cclſ.
incip. uidetur. prima colum. ij. uerſic.
non obſtat. in ij. uolumi. ubi dicit ita
ſe habere communem opin. quæ fuit
originaliter gloſ. fina. in l. Lucius. ff.
de hæredita. inſtitu. quam etiam ibi
ſequuntur Iacobus de Aret. Cynus,
Raynu. Barto. Bal. Angelus & Io-
annes de Imol. Licet contrarium te-
neat Oldra. prout refert Alexan. in
præallega. conſi.*

c ¶ §. cum pater. *In uerſi. ſed ſi om-
nes. & ibi domi. Barto. in princip.
præallega. §.*

d ¶ Determinatum contrarium.
*Et bene, ut ſuprà. in apoſtil. poſita
in uerſi. in contra.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationem deſertam poteſt Prin
cepſ*

cepi admittere.
1 *Eleuamentum an & à quo debeat fieri.*

QVAEST. CLXXXV.

PRINCEPS ad ſupplicationem* partis poteſt admittere deſertam appellationē, per aliquam uerisimilem præſumptionem, quæ eam moueat:[a] ita dicit dominus Innocen. in c.ex literis.in fine.extra de re ſtit. in integ. idem etiam facere poteſt præfectus prætoris: ut ibidem dicit Innocen.[b] quæ obſeruari & fieri uidi in cancellaria domini noſtri Delphini, dū in hac patria reſidebat. Sed nōdum hoc obſeruari per hanc curiam parlamēti: licet uicem præfecti prætoris obtineat: licet ipſa curia uia ordinaria bene reſtituat partem per uiam reſtitu. in integ. parte audita, & probatis legitimis impedimentis per teſtes & clauſula generali, ſi quæ iuſta cauſa &c. Et ita uidi in pluribus cauſis fieri temporibus meis. De * eleuamento temporis, an & à quo debeat dari, ſi pars fuerit negligens in appellatione interponenda, aut introducenda, aut proſequenda. dic quòd princeps hoc poteſt facere: p text. in l.ij. §. ꝗ ſi ita contigerit. ibi, a noſtro numine reparationem peti præcipimus &c. C. de tempo. appella. & ibi dicit Azo. & ita ſeruatur in regno Franciæ. De poteſtate principis, uide quæ plenè dixi in tractatu per me Guidonem compilato. qui intitulatur tractatus reſcriptorum & clauſularum derogatoriarū, & non obſtantium in reſcriptis principum apponi ſolitarum.

a ¶ Quæ eam moueat. *Vide, quod dicit dominus Abb. ss. in c. ex literis. in ulti. not. de reſtitu. in integ. Et ibi ipſe ponit diffinit. ſupplicatio.*

b ¶ Dicit Innocen. *In gloſſa ſua, in uerſi. matri.*

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam ad mercandum, ad medium lucrum & damnum, an ſit uſurarius contractus.*
2 *Contractus ſapientes uſuram. remiſ.*

QVAEST. CLXXXVI.

SI quis mutuat pecuniam ad mercandum, ad* medium lucrum & mediam perdam, an ſit uſurarius contractus. Ioannes Andreas, in capitulo mutuā ti. extrà de uſuris. ſuper uerbo, nauigans &c. dum ibi facit differentiam de mutuante, & de illo, qui contrahit ſocietatem, uidetur dicere quòd ſic. idem tenet dominus Raymundus, in ſumma de caſibus. in titulo, de uſuris. uerſiculo, item mutuat aliquis &c. Veruntamen de con ſuetudine generali tollerātur tales contractus etiam de iure canonico, ſecundum opinionem aliquorum. pro quibus facit qđ nota. decimaquarta, quæſtione tertia, capitulo, plerique. & iſta eſt ueritas, ꝗ de iure non eſt cōtractus uſurari9:[a] ita dicit dominus Petr. Papæ, ut reperio in ſuis nota. nec obſtat, dicit ipſe dom

dominus Petrus Papę.c.nauigãti.§. alleg. quia loquitur in illo, qui uult habere totum lucrum & totam perdam: ſed aliud eſt in illo, qui uult habere ſolũ medietatẽ lucri & perdę: quia tunc eſt ſocietas. Quia unus ponit pecuniam & alius operam. ut in gl. dicti c. nauigãti. ſuper uerbo, mutuãs &c. Nec obſtat uerbum, mutuati. quia per ſequẽtia uerbum, ad medium lucrum & perdam, declaratur & cõuertitur in alium contractum: uidelicet, ſocietatis. arg. l. ubi ita donatur. ff. de do. cauſ. mor. Senſum enim magis, quàm uerba, attendere debemus. ar. c. conſtitutus. extrà de relig. domi. ubi emphyteuſis, accipitur pro contractu cenſuali. & ff. de præſcriptis uerbis. l. inſulam. iſta ſunt uerba d. do-
2 mini Petr. Pa. De materia* contractuum, quæ ſapiunt uſuram: uide quæ plenè dixi ego Guido Papæ in quodam tractatu per me cõpilato: qui intitulatur tractatus de contractibus, quæ ſapiunt uſuram. & qui uſurarii dici poſſunt uel non &c.

a ¶ Non eſt contractus uſurarius. *Crederem probabiliter conſiderandum, dum dicitur ad medium lucrũ, & ad mediam perdã: an intelligatur de perda illius, quod poſſet euenire ratione lucri: an uerò quod poſſet cõtingere ad capitale ſeu ſortem. in primo autem caſu: quia mutuans occaſione mutui ſtat ſecurus, qui ad damnum capitalis: & ſic mutuũ id ſaltem commodi in tuto habet: ita quòd lucrum exinde prouenιens, cenſeatur uſura. in ij. uero caſu, quia eſt proinde ac ſi is exerceret et mercãtiam: ſeu mercimonia, in quibus eſt lucrũ & damnum, etiam in ipſo capitali. Non eſt q̃d, quod dici poſſit uſura: cũ capitale ſubijciatur fortunæ, ut in cæteris neg. Ad præmiſſa faciũt, quæ dicit do. Pa. extrà de uſu. in c. nauig. in ſecunda not. & in uerſiculo, ſed ad uerſi.*

SVMMARIVM.

1 *Capellæ fundatæ per laicos in fundis proprijs, ſint ne beneficia eccleſiaſtica.*

2 *Hæredes fundatorum capellarum, poſſunt, ſine authoritate ſuperioris, conferre capellas, cui lubet.*

QVAEST. CLXXXVII.

1 AN capellanię quæ quotidie *fiunt & fundantur ſeu dotãtur per laicos in ſuis propriis fundis, & domibus, ſint beneficia eccleſiaſtica? Reſpondetur, quòd ſic, ſi authoritate diœceſani ſunt ordinatæ: ut no. gl. ordinaria. in c. ſi bñficiorũ. gl. j. in fi. de decimis. in cle. ergo à cõtrario ſenſu illius gl. ſi authoritate diœceſani, nõ ſint ordinatæ, nõ
a ſunt bñficia eccleſiaſtica [a], imò ſunt prophana: ut not. per Ioan. Fab. inſtitu. de re. diui. §. nullus. uerſi. ſi quis baro actante &c. Ex
2 quibus* infert do. Petr. Papæ patruus meus in ſuis no. quòd hæredes talium fundatorum abſq; & ſine alia præſentatione diœ-
b ceſani, [b] uel alterius ſuperioris fienda, poſſunt liberè conferre tales capellanias illis, qbus placet:

cet: dummodo idoneis ad hoc: iuxta & ſecũdum diſpoſitionem teſtatoris: iuxta not. per Gulielmum de monte Lauduno. in c. gratiæ. de reſcriptis. in cle. & ita pluries uidi obſeruari in hac patria Delphi. & fieri per aliquos barones habentes capellas in eorum caſtris, qui conferũt eorum propria authoritate abſq; præſentãdo diœceſano. Et ſimiliter facit dominus noſter Delphinus, qui cõfert [c] capellã ſancti Vincẽtii fundatam in eccleſia beatæ Mariæ Grationop. per regem Carolum magnum; Et de iſtis capellis facit mẽtionem Io. Andr. in c.j. circa princ. extrà de ſucceſsio. ab inteſtat. & hæc faciunt pro capella, quã ego Guido Papæ de anno currente domini M.ccccl vij. fundaui & dotaui in domo mea, mandamenti Curuilliõis loco dicto in fontanillo, ad honorem beatæ Mariæ uirginis: quæ capella tunc expoſt fuit authorizata per dominum epiſcopum Grationop: de anno domini M. ccccl viij. Sed in ipſa authorizatione retinui ius patronatus, ut cõſtat in literis penes me exiſtentibus.

a ¶Non ſunt benefi. eccleſia. *Quia priuatus non facit locum ſacrum: ut in c. ad hæc. de relig. do.*

b ¶Sine alia præſen. diocœ. *Iſtud non uidetur procedere de iure: quia inſtitutio benefic. ſpectat ad epiſco. uel eorum offic. c. ex freq. de inſti. & coll. ſeu. inſtit. facta à patrono laico: non ualet: ut in c. cum laic. de iur. pa. Innoc. excommunicatur patro. laici qui cleri. inſtituunt. c. præterea. e. ti.*

c ¶Delphin. qui confert. *Rex quoque Anglorum & rex Vngariæ conferunt in ſuis regnis præbendas ex priuilegio Papæ: ut dicit do. Bal. in l. reſcri. penult. col. in uerſi. & ideò. C. de preci. Imper. offe.*

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an detrahatur de piis relictis.*

2 *Cauſæ piæ remiſsiuè.*

QVAEST. CLXXXVIII.

LICET * hodie indubitatũ exiſtat, quòd de relictis ad pias cauſas falcidia detrahatur: ut probat text. ſecundum communem intellectum. in auth. ſimiliter. C. ad l. falci. & probatur in l. ſi quis ad declinãdam. C. de epiſc. & cler. Tamen de trebellianica nõ: ita eſt indubitatum: quia aliqui glo. puta Ioan. And. in c. ſi pater. ſuper uerb. trebellianicæ. de teſtu. & ibi etiam Archi. uidẽtur tenere, quòd etiam de relictis ad pias cauſas detrahatur trebellianica. quos ſequitur dominus Ludouicus Pontanus dictus de Roma. in ſua repetitione dictæ authent. ſimiliter quorum opinionem ſecutus fuit dominus Oldra. in ſuis cõſiliis, ut ibi refert dictus dominus Ludouicus, cõtrariam tamẽ opin, [a] quòd non detrahatur de piis relictis, tenet Specu. in titulo de inſtrumẽtorum edi. §. cõpendioſè. uerſic. ſed cum deductio. & Bald. [b] in l. id quod pauperibus. C. de epiſc. & cler. idem

lac.

Iac. de bel. uiſu & cõmuniter legiſtæ in d.authen.ſimiliter.& ita ſecundum opinio. Legiſtarum, quòd non detrahatur trebellianica de piis relictis, quia magis æque uidetur fauore animæ:ui di determinari in hac curia par
a lamenti. Et de*materia piarum cauſarum,recurre ad dictam repetitionem domini Ludouici: ubi magis plenè tractat, quàm alibi uiderim:licet Bal.in d.l. id quod pauperibus. aliqua tangat,licet non ita plenè. De materia priorum relictorum etiam ſcripſi ſ.q.cc.in fin.

a ¶Contrariam tamen opinio.*Et in hanc opi.uidetur uergere d.Pet.de Ancha.in c.j.iij.col.uerſ.viij.opponitur.iuncto uerſi.ex hoc.& uerſic.ſequen.de teſta.libr.vj.*

b ¶Bal.*Et do.Bart.in l.Marcellus.in iij.col.uer.ult.quòd ff.ad Trebel.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio iuratoria an ſufficiat in materia authenti.qua ſupplicatio.C.de precib.Imper.offer.*

2 *Cautio iuratoria qua forma praſtatur per Iudicem.*

3 *Supplicari bina uoce an poſſit à ſententiæ parlamenti.*

QVAEST. CLXXXIX.

CIRCA materiam authenticæ,quæ ſupplicatio.C. de precibus imperatori offeren-
1 dis,*fuit inter nos dubitatum,in camera conſilii, in cauſa Charrueti contra Guillieti, ſi pars quæ obtinet ſententiam non poſſit dare fideiuſſorem, & iuret feciſſe diligentiam de reperiendo, & uelit iuratoriam cautionem præſtare, an executio ſententiæ debeat retardari, donec fideiuſ.præſtiterit.quia doc. in iure ſcribentes non mouent iſtam quæſtionem. fuit tamen inter nos concluſum, talem iuratoriam cautionem fore de
iure admittendam[a]per authen. a
generaliter.C.de epiſco.& cler. & per not.Spe.in titu.de contumacia.§.fi.uerſ.ſed nunquid excommunicatus.& uerſic. cautio autem.& de procur.§.ut autem. uer.& no.per Hoſt.in ſumma,ut lite non conteſt.§. ij. ſuper uerbo, conſtituatur. Et pro hoc facit: quia in cautione uſusfructus, ſi non poſsit idonea cautio præſtari,ſufficit iuratoria:ut tenent Petr.& Cyn.l.uſusfruc.C. de uſufru.licet gloſ. ibi doluerit contrarium:ut plenè dixi ſ.quęſtio. ccl. uide etiam quæ dixi de
iuratoria cautione.ſ. q. ¶ *Sed 2
iuxta hæc quęro,quæ forma debeat teneri per iudicem in præſtatione talis iuramenti. dic quòd ſufficit, quòd pars iuret
quod credit[b] ſe non poſſe fide- b
iuſſores reperire: neque requiritur alia indagatio fideiuſſorum:ita dicit Odofre.in d.auth.
generaliter. Sed*an à ſententia 3
parlam. poſsit bina uice ſupplicari.uide quæ dixi ſ.q.cccxlv. Et de materia auth. quæ ſupplicatio. uide quæ dixi ſ. quæſtion. ccccxx.

a ¶Iuratoriam cautionem fore, de iure admit.*Videtur quòd iuratoria*

toria cautio non ſufficiat: quia nil debet addi formæ ſtipulationis prætoriæ: ut l.j. §. quòd ſi ſit aliqua. ff. de prato. ſtip. ſed forma legis eſt, ut cum 1 *fideiuſſoribus caueatur. ut in præalleg. authent. quæ ſupplicatio. ibi, niſi* 2 *uictrix pars dignam fideiuſſionem præbuerit. ergo & c. Præterea, ſi conditor legis iura cautionis uoluiſ-* 3 *ſet, ſicut expreſſit de fideiuſſione: ita* 4 *de cautione iuratoria expreſſiſſet. c. ad audientiam. de deci. ad hoc c. ſi* 5 *Papa. de priuileg. lib. vj. Nec obſtat auth. generaliter. hoc alleg. quia ibi hoc fuit expreſſum. In contrarium* a *uidetur, quia qui fideiuſ. dare debet, & dare non poteſt, remittitur iura-* 1 *toria cautio. ut l.j. per gloſ. generaliter. circa fin. & ibi do. Barto. in ulti. oppo. ff. qui ſatiſdare cog. Sanè in hoc caſu pro concordia uidetur dicendum, quòd ſi is, qui cauere habet, ſit ſuſpectus, non audiatur, niſi det idoneam cautionem iuxta ea, quæ dicit dominus Bartolus. in l. omnibus. ff.* 2 *de iudic. Sed ſi ſecus, res fortè erit ſequeſtranda, ſecundum ea, quæ ſcribit dominus Gofre. in ſumma de ſequeſtr. poſ. & fruc. in § generaliter. uerſicu. iij. quid circa. & uer. & not. ubi uerò ſuſpitio ceſſaret, locus iuratoriæ cautioni eſſe uideretur, ut hic traditur.*

b ¶ Quod credit. *Cautio iuratoria præſtatur ſub hac forma, ſcilicet iuro, quòd non poſſum inuenire fideiuſſorem, & quòd faciam, quod incumbit. ut dicit d. Bal. in auth. generaliter. ij. col. uerſi. in tex. ibi, iuratoriam. C. de epiſco. & cleri. & hanc formam iurandi penè formaliter ponere uidetur glo. iij. in præalleg. l. j. ff. qui ſatiſdare cogantur.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex quomodo debeat uerſari in ſalarijs aduocatorum.*
2 *Actio & obligatio an oriantur ex pacto clientuli facto cum aduocato de eminenti ſalario.*
3 *Iuramenti diffinitio.*
4 *Iuramentum inducit obligationem de iure ciuili.*
5 *Donatio inter uirum & uxorem an firmetur iuramento.*

QVAESTIO CXC.

IN honorariis aduocatorum a ita uerſari iudex debet, ut pro modò litis* proque aduocati facundia, & fori conſuetudine, & iudicii, in quo erat acturus, exiſtimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium, id eſt, quantitas non egrediatur. iſta ſunt uerba iuriſconſulti in l. j. §. in honorariis. & §. ſi cui. ff. de uariis & extraor. cog. * Sed iuxta hoc quæro: clientulus ex pacto habito cū aduocato promiſit & iurauit ſoluere aduocato pro patrocinio unius cauſæ ultra dictā ſummā centū aureorū: uidelicet mille florenos; uel aliā maiorē ſummā: utrū ex tali cōuētiōe iurata oriatur actio & obligatio. Doctores nō tāgūt: tamen credo ꝙ oriatur actio & obligatio utroq; iure, & ciuili & canonico. Et primò de iure ciuili non probatur. nam licet ex tali promiſſione excedēte ſummam cētum aureorū non oriatur obligatio ciuilis, ꝑ dictū §. in hono

honorariis. §. ſi cui.oritur tamē naturalis obligatio: quia ex cōtractu etiam de iure reprobato, propter conſenſum iuregentiū
b oritur naturalis obligatio: [b] ut in l.prima.ff. de nouat. & in l. ſi pupillus. ff. de uerborum obligationibus.Ideò iuramento firmatur talis promiſsio.quia ubicunque eſt naturalis obligatio, iuramentum aditum habet in
c contractum,confirmare [c]:ut dicit Hoſti.in c.quintauallis.extra de iureiur. quem ſequitur dom. Raphaël Cumanus doct. nomiſſimus in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiu.& non mirandum, ſi naturali obligationi tantum accedat iuramentum.quia tali naturali obligationi tantum poteſt accedere fideiuſſor.l.ij. ff. de fideiuſ.& l.fina.§.j.ff.eo, pro quo ultra eos adduco tex.in l.j.C.de ſumma tri.& fi.ca.ubi lex ciuilis uult iuramentum ſeruari:cuius obſeruantia tranſit ad hæredes. In authen,de iureiur.à moriente præſtito.Ex quo etiam patet, ex eo obligationē induci; quia aliter non tranſiret contra hæredes.l.ij.ff.de fideiuſſ.& l.ſi.§.j. ff. eod. nec obſtat quod dicere uoluit Barto.uidelicet,quòd ille qui iurat, non conſentit parti,
d ſed Deo: [d] quia hoc eſt falſum; ut dicit ipſe domi.Raphaël Cumanus per l.iij.§.ſi.ff.de iureiur,
3 *Nam iuramentum ſecundum Tullium ſiue Ciceronem, nihil aliud eſt,quàm affirmatio iuramento firmata. Nam ille qui iurat, licet Deum in teſtem adducat:tamen iurat parti:ſecundum Ciceronē. iij. officiorū.& Ouidius inquit,iuraui amenti.& ſic iuramentum habet conſenſum reſpectu partis: ſed adducitur Deus in teſtē:ita quòd iuramētum iure ciuili inducit obligationem. Nec obſtat, dicit ipſe d. Rapha. Cu.tex.in d.l.ſi quis pro eo. in prin. quia loquitur in iuramento operarum incertarum, pro quo etiā ſtipulatio non ualet,ꝓpter incertitudinē l. antepe.ff.de ſtip.ſeruorum.& ibi gl. ita ſoluit ipſe dom. Rapha.iſtud contrarium. uel aliud poteſt dici,ꝙ licet ex ſimplici iuramento non oriatur obligatio:tamē ubi præcederet aliqua certa connētio prout in caſu noſtro, cū iuramento oritur obligatio. Et iſtud eſt de mente Bart.in d.l. ſi quis pro eo.ibi,ſecundò quero,
4 utrum de iure ciuili &c.*Ex quibus prætereà patet, ꝙ iure ciuili iuramentum inducit obligationem.Similiter etiam iure cano-
e nico ex iuramēto [e] oritur actio [f]
f & obligatio:ut tenent Canoniſtæ in c. cum ueniſſent. extrà de inſtitutionibus. quos ſequitur Bar.in d.l, ſi quis pro eo.dicens, quòd quia ius cano. dicit iuramentum ſeruandum:in c.cū cōtingat,extrà de iureiu. ergo debet ꝓducere actionē & obligationē.ar.ſecundū eū.in l.ſtatuas. ff.de ac.re.do.& not.p gl.in authen.ſacramēta pub. C.ſi aduerſus uen.ita etiam dicit Henr. de

Bouca

Bouē.in auth.ſacramē.in ſua repeti.in materia cauſæ efficiētis, in j.q.princip.uer.ex iſtis effecti bus.licet Inn.in d.c.cū ueniſſent, & in c.nouit.de iudi.dicat cōtra riū,ſcilicet,ꝙ producat actionē: g ſed nō monitionē:tamē Inn.in d.c.quintauallis.in prin.uoluit, ꝙ producat officiū iudicis.ſed Hoſt.& Io.And.in d.c.cū ueniſſent.& cōmuniter Canoniſtæ tenent, ꝙ producat actionē,pro quo allegāt ipſi c.ex reſcripto, de iureiu,& Bar.in d.l.ſi qs pro eo.ibi aduerte, licet dicta capi. &c.dicit hāc opi.eſſe uerā de iure canonico,præthereà pro forti ficatione huius,dicit Bar.in d.l, ſi quis pro eo.in fin.quē in hoc ſequitur dictus do.Hēr.de Bouē.in dicta ſua repeti.in materia cauſæ finalis,ꝙ quādo cōtractus prohibetur ꝓpter ſubditorū utilitates,ſicut in l.ij.& in l. cū his.ff.de trāſ.ubi prohibetur trāſactio ſuper alimētis,itē ꝓhibetur pactū,propter qđ qs renūciat futuræ ſucceſsiōi.in l.pactū.C.de pac.& l,pactū,C,de col la.Et in iſtis caſibus cōtract⁹ firmātur iurameto,& ex ipſis producit act.oblig.ut in c.quāuis pa ctū.de pac.li,vj.nō enim ſunt ꝓhibiti dicti contractus ex eo,ꝙ b ſunt cōtra bonos mores:ſed ꝓpter utilitatē ſubditorū:qa de facili pro modico renūciarēt eorū ius futurū:ideò lex uoluit ꝓuidere utilitatibus ſubditorū,& nō principaliter ob fauorē publicū.Idē in donatione inter uirū & uxorē,quę prohibita eſt,ne unus efficiatur ditior, & alius pauperior:quæ etiā cōfirmatur iuramēto,ſecun.Gul.de Cu.in l, j.ff.de don.quē ſequitur Bar.in d.l.ſi qs pro eo.in fi.&co.& in l. Seius Augerius.ff.ad legē Fal.& Hen.de Bouen.in dicta ſua repeti. Raph.Cu.in d.l.ſi quis pro eo.& iſta eſt cōmunis ſentētia, ſecundū quam uidi pluries iudicari per recolēdæ memoriæ dominum Ia.de Godabla, officialem quondam Grationo p.licet Ang.uoluerit cōtrarium, ut refert idē do.Raph.Cuma.in d.l.ſi quis pro eo.quā opin. Ang.etiā tenet Guliel.de mōte lauduno, in cle.j.de iureiu.quorum opi. nō ſeruatur in iudicando, modò reducendo ad thema ſuprà propoſitū,iura noſtra prohibuerunt pro ſalario aduocati ſolui ultra centum aureos,in d,§.in honorariis.& in §.ſi cui non,ꝙ ſi contra bonos mores ultra dictos centum aureos uellet exigere,nec etiā prohibetur,ea ratione ꝙ ſit contra publicā utili tatem principaliter,ſed propter priuatam utilitatem clientulorū,quæ præſumūtur omnia uelle dare propter timorem litis, b ſicut infirmus propter timorem mortis:ut dicit gl.in l.quiſquis. in §.præthereà,ſuper uerbo prætereà contractum,C.de poſthu. ideo à ſimili dicamus ſaltē pactionem excedenē ſummā centū aureorū iuramēto in ſe confirmari, ut producatur ex ea a-

ctiõe actio & obligatio, ſicut ſ. dixi. in donatione inter uir. & uxo. cũ ſit eadẽ ratio: iuxta l. uulgatã, illud. ff. ad leg aqui. cũ ſim. Nec obſt. ad præmiſſa dictus §.
i præterea. ibi, præterea[i] nullũ cũ eo litigatore contractũ, quẽ in propria recipit fide, ineat aduocatus: nullámq; conferat pactionem &c. allegatus per dominũ Vitalem de cabanis, in quodam ſuo cõſilio, uolens ex dicto tex. dicere ꝙ talis pactio excedens ſummam centũ aureorum, non poſsit iuramento in ſe confirmari: cum ibi lex dirigat prohibitionem in perſonã aduocati: in ſequendo opin. Bart. in d. l. ſi quis pro eo. ibi, aduerte tamen, quia prædicta ſunt uera &c. Sed
ſ *ad hoc poteſt reſpõderi, ꝙ reſpectu huius opin. Bar. nõ uidetur procedere: cũ in donatione inter uirũ & uxo. donans prohibeatur: ut l. iij. §. j. & §. prohibetur. ff. de don. inter uir. & uxo. & tamen ſecundum Barto. in d. l. ſi quis pro eo. firmatur talis donatio iuramento: ideo in hoc Angel. uoluit reprehendere Bar. dicendo, ꝙ Bart. fuit in hoc paſſu ſibi contrarius, cũ fuerit in opinione, ꝙ donatio inter uirũ & uxo. iuramẽto cõfirmetur: cũ lex prohibeat perſonã: & tamẽ Bar. dicit. ꝙ quãdo lex prohibet perſonã iurãtis, nõ inducitur obligatio prætextu iuramẽti. Ad idẽ
k etiã contra Bar.[k] facit §. & cum lex. C. de rei uxo. act. & inſt. qbus ali. licet. in princ. & l. Iulia. ff. de fundo dota. ubi maritus prohibet alienare fundũ dotalẽ: & tamen iuramẽto firmatur: in c. licet. de iureiur. lib. vj. qa licet ibi tex. nõ dicat contrariũ cõfirmari: ſed iuramentũ eſſe ſeruandũ: tamen ſatis putabat in d. l. ſi quis pro eo. ibi, tertiò dixi &c. Ideo dictus do. Rapha. Cum. in d. l. ſi quis pro eo. in hoc paſſu reprehendit Bart. dicens nõ eſſe fiendã differentiam antequã prohibeatur contractus uel perſona, ita etiã dicũt Ant. de But. & Inn. in c. cũ contingat. in eorũ repetitionibus. dicens ultrà, ipſe do. Raph. Cuma. ꝙ tranſit talis obligatio iuramenti cõtra hęredes, cũ producat actionẽ & obligationẽ per præmiſſa: quia aliter non tranſiret cõtra hæredes: in c. ueritatis. extrà de iureiur. iſta ſunt uerba do. Cuma. Item etiã non obſtat l. ſi qui aduocatorũ. C. de poſtu. per dictum dominũ Vitalem de cabanis, pro parte domini Rupis aruãdorũ, & cõtra hæredes domini Iuſteti mehenſe in hoc caſu allegata: quia loquitur in eo, qui facit pactum de quota litis: ut patet ibi in tex. ſibi certæ partis &c. iuncta gl. ij. ibi, & ſic dic hanc legẽ loqui, cũ paciſcitur de magna parte &c. Sed quid dicendũ ad l. non dubium.[l] in fin. C. de legib. allegatam etiam in contrariũ per dictum dominũ Vitalem de cabanis? reſpo ndet Bal. & dicit poſt Ia. de Bu. ſic, pro ſolutione iſtius contrarii: quòd aut contractus l

ſecun

ſecundum naturalem æquitatē, & ſecundnm merum iuſgentiū habet eſſe & formam eſſe. uerbi gratia:minor ex neceſsitate uendit rem ſine decreto, æquū eſt,ꝙ ualeat:tamē ius ciuile nō uult,ꝙ ualeat:quia deficit ſolēnitas.tamen ſi interueniat iuramentū,omnia roborantur:quia robur iſtud eſt diuini iuris, & habet iſtud iuramentū cauſam ſubſiſtendi,ita ꝙ poſito ꝙ minor luſerit preciū,nō debet reſcindi contractus:iuxta auth.ſacra.pub.idem in ſimili dicamus in caſu noſtro:cliētulus ex neceſsitate aduocationis promittit aduocato ultra centū aureos: æquum eſt,ꝙ ualeat ex naturali æquitate iuregentiū propter cōſenſum.Tamē ius ciuile nō uult ꝙ ualeat:ſi tamē iuramētū interueniat,omnia debent roborari. ar.d.auth.ſacra.Si autē cōtractus nō cōtineret naturalē æquitatē: ut qa deficeret forma & cauſa: tūc nō ualeret iuramentū.ita loquitur d.l.nō dubiū.in fi.Iſta sūt uerba Bal.poſt Iac.de But.in d.l. nō dubiū.& ideo ego Guido opinādo in camera cōſilii cū aliis dominis meis parlamenti circa deciſionē proceſſus dictæ cauſæ domini Rupis Aruandorum, & hæredū domini Iuſteti Mehenſe, dixi dictum contractum fuiſſe iuramento uallatū, cauſis & rationibus ſuprà tactis.& aliqui ex dominis meis etiam fuerunt huius opinionis:& tam ex cauſis præmiſsis, quàm multis aliis ibidem,tunc per dominos meos deductis & allegatis ſignāter propter reiteratā obligationē,quam fecit dictus dn̄s Rupis dicto domino Iuſteto de ſumma petita:ſicut uidemus in exceptione,nō numeratæ pecuniæ. in l.cum fidē.C.de nō nu.pec.& in Velleiano.in l.ſi mulier perfectè. C.ad Vellei.fuerūt literæ præciſæ cōceſſæ dictis hæredibus dn̄i quondam Iuſteti,dictos hæredes dn̄i Rupis Aruandorū de ſumma undecim florenorū auri,die ſententiarū natalis dn̄i & anno currēte dn̄i M.ccccl viij. in manibus Io.Iofredi ſecretarii Delph.cōſiderato etiā ꝙ d.l. j.in §.in honorariis.& §.ſi cui. ff.de uar.& extraor.cog.loqtur in aduocatis ſalariatis de publi
m co:[m] ut dixit Ioſredus in ſumma,in tit.de offic.iud.quo petitur ſalariū &c.in §.j.in uer.quartum ꝙ ſalarium.Sed iuxta præmiſſa quæro,cliētulus ex pacto cōuenit ſoluere aduocato pro una cauſa ultra centū aureos, & non iurauit ſoluere:ſed poſteà lite pendente,uel ante litē motam uel poſt litem finitā, ſoluit realiter.An ipſe clientulus poſſit tāquam indebitū repetere ab aduocato?doctores non mouēt hanc quæſtionē,quod uiderim: ſed credo,ꝙ nō poſsit repetere:quia etiā ex contractu à iure reprobato propter cōſenſum,iu regentium oritur naturalis obligatio:ut ſuprà dixi,per l.j.ff.de don.& l.ſi pupillus.ff.de uer.ob.

quæ naturalis obligatio impedit repetitionem indebiti iuris ignorantia ſoluti: ut legitur & not.per glo.Bart.& doct.in l.cũ quis.C.de iur.& fact.ignor. Sed de hac ultima quæſtione nondũ uidi iudicari:tamen pẽdet de facto in curia parlamen.in quodã proceſſu inchoato,xv.anni ſunt elapſi,in manibus Io.Botuti ſecretarii Delphi.& nondũ diffini to;quia dormit & dormiuit decẽ ann.proximè lapſis. Vlterius etiam audiui,ꝙ Imo.in l.j.§.fin. ff.de don.dicit,ꝙ quando aduocatus patrocinatur pro ſalute uitæ hominis,uel defenſiõis eius, in cauſa criminali, quòd tũc poteſt aduocatus pro maiori ſumma centum aureorum paciſci: ſed neſcio, ſi ita dicat, nec ex quibus moueatur ita dicere: quia non habeo lecturam dicti domi.Ioan.de Imol. Fertur etiã quod Ang.in d.l.j.ff.de uariis & extraor.cog.dicit,quòd ubi cauſa eſſet ardua & opus eſſet magnis laboribus & ſtudio, quòd
n tunc aduocatus poſſet paciſci[n] ultra dictam ſummam centum aureorum,ſed neſcio ſi ita dicat:quia non habeo eius lecturam, Et de hac materia pactorum inter aduocatum & clientulum,uide quæ ultra hæc dixi ſuprà quæſtio.cij.qualiter aduocatus & medicus poſſunt petere
o ſalarium.& de forma libel.[o] uide Cyn.in authẽ.dos data.C.de dona.ante nup.

a ¶In hono.aduo. *Vide de hoc per iſtum qui alleg.hanc q.conſi.ccv.incip.circa proceſs.uenti.nu.9.uerſi.vj. quia licet.ibi,& non obſtaret etiã. & in deciſio.Tho. quæſtio.x.& in add.& quæſti.ccccvj.et ccccxlviij.*

b ¶Oritur naturalis obligatio. *De hoc uide pulchram diſtinctionẽ do.Bal.in l.non dubium.viij.col.uer. xj.ibi,iuxta hoc quæro,C.de legi.et do.Bar.in l.cum lex.iij.col.& uerſi. iuxta prædicta quæro.ibi, dic ergo. ff.de fideiuſ.& do.Pa.in c.cũ contingat.in v.col.uer.circa primum.ibi tamen ſi minor.de iureiu.*

c ¶Contractũ confirmare. *Vbicunq; præcedit obligatio naturalis,iuramẽtum ſuper illa præſtitum, etiam de iure ciuili inducit obligationem.do. Panor.in præalle. c.cum contingat, in ulti.col.uer.ulti.iſta.*

d ¶Sed Deo. *Cui iuratur,do.Panor. in d.c.cum cõtingat.in x.col.uer.& primò ſciendũ.ibi,et ideo promittẽs, & in xj.col.uer.ſecũdo membro.ibi, multò ergo fortius.& d.Bart.in l.ſi quis pro eo.ij.col.uer.ſecundò quæro. ff.de fideiuſ.Obligatio tamen oritur parti ſecundario:ut ſentire uidetur domi.Abb.in c.j.col.v.uer.tertiò nõ placet.extrà de iureiur.*

e ¶Ex iuramento, *Iuramentũ enim firmat contractum inutilem.domin. Pan.in alle.c.cum contingat.in vij. col.iij.uerſi.uenio ad ſecundam.ibi, concludit ergo.& ibi dicit eſſe communem opinionem doct.& do.Bar. in præalleg l.ſi quis pro eo.in princ. in iij.col uerſi.tertio dixi.& in pen. col.uer.decimo prohibetur.& dom. Alex.conſi.viij.ij.uol.*

f ¶Actio. *An actio oriatur ex iuramen*

mento, do. Bart. in l. ſi quis pro eo. in ij. col. uerſi. ſed contra iſtud oppo. & uer. ſed quæro, quid de iure cano. ff. de fideiuſ. Et tenet ibi, q̃ nõ de iure ciuili: ſecus autem de iure canonico.

¶ In fin. In d. uer. ult. prohibetur.

¶ Propter timorem litis. Hoc uerum intellige, ſi pactum fiat pendẽte lite, ut dicit glo. in d. l. q̃ſquis. & tex. in l. j. in §. in honorarijs. uer litis cauſa. ff. de uar. & extraor. cog.

¶ Præterea. Aduerte quòd ille text. loquitur in caſu, quo honorariũ promiſſum fuit aduocato pendente lite.

¶ Contra Bart. Hanc ſingularem opi. d. Bart. egregiè impugnat do. Panor. in præalle. c. cũ contingat. in iiij. col. in uerſi. circa primum.

¶ Ad l. non dubium. Vide pulchrè do. Panor. in d. ca. cum contingat. in iij. col. uer. nunc attingendo ibi, unde formalius.

m ¶ De publico. Vide Specula. in titul. de ſalarijs. §. ſequitur. uerſicu. ſed & id.

n *Poſſet pacif. Aduerte, quòd aduocati poſſunt ante litem motam uel ea durante, uel finita, de ſalario conuenire, niſi recipiant ſalarium de publico. Ita tenet Petr. de Ancha. in c. j. de poſtul. per l. antepenul. C. de profeſ. & medi. lib. x. & l. j. § ſi cui. ff. de uar. & extraor. cog. & per Hoſtien. in ſumma illius titu. de poſtu. in §. qui poſtulare.

o ¶ De forma libelli. Spec. in tit. de magiſtris. circa prin. & uerſi. cæterum. & uerſi. ſed & ſalarium.

SVMMARIVM.

1 Lex imperialis ſuper fundamentis qualiter fieri debeat.

2 Diffidamentum quomodo debeat denunciari.

3 Bellum ut dicatur iuſtum, quinque requiruntur.

4 Bellum quis poſſit indicere.

5 Proditor, quis dicatur.

QVAEST. CXCI.

1 EOS qui decæterò aduerſus aliquos iuſtam diffidationis cauſam ſe habere fingentes, ipſos in locis, ubi domicilia nõ obtinent, aut ea communiter non habitant, intempeſtiuè* diffidant, declaramus damna quæcunque per incendia, ſpolia, uel rapinas diffidat ipſis cum honore ſuo inferre non poſſe, & quia patrocinari non debet alicui fraus & dolus in præſenti conſtitutione in perpetuum ualitura, ſancimus diffinitiões huiuſmodi quibuſcũque dominis aut perſonis cum quibus aliqui fuerunt in ſocietate & familiaritate, uel honeſtate, quamuis amicitia conſeruati, ſic factas uel fiendas in poſterum nõ ualere, nec licere prætextu diffidationis cuiuſlibet quempiam inuadere, per incendia, ſpolia, uel rapinas, niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter uel in loco, in quo habitare conſueuit, publicè fuerunt intimata, poſsitque de intimatione huiuſmodi per teſtes idoneos fieri plena fides, quiſquis ſecus quempiam diffidare & inuadere modo præmiſſo nõ ſeruato præſumpſerit, infamiã eoipſo incurrat, & ſic nulla

diffidatio, ac ſi nulla facta eſſet, quem etiã tãquam proditorem per quoſcunq; iudices pœnis legalibus ſtatuimus caſtigari. Inhibemus etiã & dãnamus uniuerſas & ſingulas guerras, & lites iniuſtas, cũcta quoq; iniuſta, incendia, ſpolia, & rapinas, indebita, & incõſueta thelonia, & cõductus, & exactiones pro ipſis conductoribus extorqueri conſuetas ſub pœnis quibus ſacrę leges prę miſſa & eorũ quodlibet faciunt puniẽda. ¶ Hæc lex non eſt in corpore iuris clauſa: ſed fuit dudũ in camera cõputorũ Delph. regiſtrata: ſed ad effectũ obſeruationis eiſdẽ tẽpibus quibus dñi gubernatores huius patriæ Delph. erãt uicarii Imperiales, & quã l. ego Guido Papę hic duxi cõmẽdãdã pro declaratione materię eiuſdẽ per modũ gl. ¶ Dic ergo, ſup uerbo, diffidat. de materia diffidamẽti, uide plene per Io. An. in nouella, de homi. in c. j. & tetigi ſ. q. ccccxxxvij. Sed quid ſi poſt diffidamẽtũ capiantur treugæ ad certũ tẽps, an lapſo tẽpe poſſint debellari impunè, ſicut ante treugas captas
a facere poterãt? dic ꝙ ſic,[a] per l.
2 iij. §. ſi ad diẽ. ff. de re mili.* Sup uerbo, tres dies. dic qa diffida-
b mentũ debet ita denunciari[b], ut ille qui diffidat̃, poſſit ſe munire cõtra ei' aduerſariũ, aliter diceretur ꝓditio. ꝓ hoc adducunt do. tex. in l. aut q aliter. §. ſi qs ſe denũciauerit. ff. qđ ui aut clã. in uerbo, habitare cõſueuit. iſtud uidetur ſufficere per tex. & gl. in l. licet. C. de repudiis: licet cõtrarium uideat̃ per l. quæ abſenti. in prin. ff. de acq. poſ. ubi dicit tex. certior fact' fuerit &c. quõ enim poterit dñs certior fieri, ſi fiat citatio ſeu intimatio in domo, in perſonã alterius ex familia? ſi dñs ſit lõgè abſens, nõ uideo. tamẽ oportet hoc caſu ſtare huic legi, cũ fuerit cõdita ꝑ Imperatorẽ habẽtẽ poteſtatẽ legẽ condẽdi: ut pleni' de hoc dixi ſ. ſuper uerbo, domicilia, de citatione facta in domo habitationis in ꝑſonã uxoris. uide q̃ dixi ſ. q. cclv. & q. ccccxlv. ſuper uerbo, domicilia. q̃ro nũcius portãs literas diffidamẽti acceſsit ad domũ ꝓpriæ habitatiõis diffidati, ſed. eũ ibi nõ reperit: ideò ipſe nuncius ibi dimiſit literas diffidamenti in dicta domo, uel eas tradidit alicui de familia diffidati, an hoc ſufficiat? uidetur ꝙ: ar. l. licet. cũ ſua gl. C. de repu. in contrariũ uidetur per l. qui abſenti. in prin. ff. de acq. poſ. nam ibi dicit tex. certior fact' fuerit. modo per tradita alicui de familia dñs nõ eſt certior. nã pone, ꝙ dñs eſt abñs, quõ põt certiorari? nullo mõ. Pręterea nõ eſt dubiũ, ꝙ in caſu d. l. abſenti. tractat̃ de fauore illius, ad quẽ mittit̃ epiſtola, & reqrit̃, ꝙ fuerit certior factus. ergo multo forti' in caſu huius qõnis, cũ in ea tractet̃ de odio. ar. l. cũ qdẽ. ff. de li. & poſt. & c. odia. de reg. iur. li. vj. & pro hac parte facit l. abſenti. ff. de dona

don. Crederem tamen primam
patrē ueriorē: uidelicet ꝙ ſuffi
ciat tradere literas diffidamēti,
in domo habitationis alicui de
familia ſua, per uerba huius le-
gis, ibi, dū dicit̃, uel in loco, ubi
habitare cōſueuit, publicè fuerit
intimata &c. Si teneamus ꝓ le-
ge hāc conſtitutionē Imperialē,
prout facere debemus, cū om-
nes natiões ſub ipſo Imperato-
re[c] ſubſint. xj. q. j. c. ſi quis. in uer.
d uolumus etiá, natio Fráciæ,[d]. ut
dixit tex. in l. in noīe dñi. §. iube
mus. ibi, Galliç ſeu Frácorū. C. de
offi. præfe. præto. ſup uerbo, in-
3 iuſtas. *dic, ꝓ quinq; requirūtur
e ad hoc, ut guerra dicatur iuſta[e],
ſcilicet pſona, res, cauſa, anim[9],
& authoritas. & plenè uide in
ſumma Raymūdina, de caſibus.
in rubrica, de bellis. & plenius p
Ioā. de Lignano in tractatu ſuo
bellorum. & ibi etiá de materia
duelli, qd dicatur bellū licitū &
illicitum, & ex qua cauſa indici
poſsit bellū: uide Inn. in c. qđ ſ.
extrà de uoto & uoti. redē. Sed
4 quis poſsit īdicere bellū? dic* ꝙ
ſolus princeps. xxiiij. q. iij. c. j. &
ij. & tenet Spe. in tit. de of. dele.
§. cōſtituitur. uer. ſed nūqd pōt
bellum &c. ¶ Sup uerbo ꝓdito-
f rem, quæro quis dicat̃ ꝓditor[f]?
5 dic* ꝙ ille eſt proditor, quē uul
gus appellat proditorē, qui ſine
aliqua cauſa & ſine ulla diffida
tione eum qui de eo cōfidebat,
uulnerat, uel grauiter offendit.
Idem dicit Bar. in l. reſpiciēdum.
§. delinqui. ff. de pœnis. & maxi-
mè committendo proditionem
contra maiorē ſuum. ut l. fi. C. de
lib. tol. lib. x. itē dicit Io. And. ꝙ
mouētes bella ſine ulla diffida-
tione, dicūtur agere ꝓditoriè. in
c. pro huma. de homi. li. vj. Ia. Bu.
uerò dicit, ꝙ omnes qui dāt ali-
cui potionē uenenatā, ſunt pro-
ditores. in l. j. C. de male. & Ma-
the. aliquādo etiā dicitur prodi
tor, reuelator ſecretorum. ff. de
his, qui no. infa. lege athletas. §.
calumniator. dicitur etiá prodi-
tor qui permittit tranſire gentē
inimicam. C. de re mili. ſi quis
barbarum. Bal. in l. j. quib. mod.
feudum amittatur. circa mediū.
¶ De materia duelli, plenè dixi
infrà, quæſtione ccccxvij.

a ¶ Quod ſic. *Iſtud intelligendum
eſt, ſi guerra præceſſerit: ſecus ſi ma-
teria tantum præparata fuiſſet ad
guerram nondū motā: quia tūc treu
ga facta fuerit ad certū tēpus, debet
illa finita de neceſſitate fieri diffida
tio, aliàs primus erūpens in bellū ſeu
territorium alterius aggrediens, di-
citur latro. Et eſt quia ubi nō præce
dit diſpoſitio, ibi lapſus tēporis pro
ſe nō habet diſpoſitionem inducere:
ſed ubi diſpoſitio. i. guerra præceſſit
ex priuato tempore ſufferentiæ, ſeu
treugæ, ipſo facto remanent conten-
dentes in guerra. Ita dicit do. Bal. in
ti. de pace Conſtā. §. uaſalli qui tem
pore. in uerſic. ſed quid.*

b ¶ Denunciari. *In factis enim ar-
morum nūquam debet perueniri ad
bellum, niſi præcedat admonitio &
diffidatio. Quādoque tamen lex in-
dicit bellum, et tunc non eſt neceſſa-*

tiꝰ monitio: cum tũc furtiuè et clam liceat cõſulere damnis ſuis. dominus Bal. in l. ſi manumiſſori. in uer. adde digeſtis, de obſequijs pat. præſtan.

c ¶ Sub ipſo Imperatore. *Ipſe enim Imperator eſt ſuperior, & dominus omnium prouinciarum. lxiij. diſtin. Adrianus. & ibi gl. in uerſic. per ſingulas item omnium rerum. viij. diſt. quo iure. xxiij. q. viij. conuenior. C. de quadri. præſcrip. l bene à Zenone. imò ipſe eſt dominus totius mundi. l. de precario. ff. ad leg. Rhodiam. de iac. ſecundum glo ibi. & glo. j. xij. q. j. futuram. & ideò poteſt mundum ad alio occupatum uendicare ut dicit do. Bart. in extrauaganti ad reprimendum. circa prin. in glo. ſuper uerb. totius orbis.*

d ¶ Natio Franciæ. *Contradicit Specula. in titu. de app. §. nunc tractemus. poſt princip. & elegantiſſimè domi.* Oldra. *conſilio lxix. incipi. conſueuit dubitari.*

e ¶ Iuſta. *Iſta quinque requiſita ponit in contrario caſu gloſſa in capi. quod autem. xxiiij quæſtione ſecunda. Quot autem ſint genera belli, et quod ſit iuſtum bellum, d. Are. in c. iuſtum bellum. xxiij. q. ij. domi. Inno. in c. olim. lo j. in gloſſ. ſua, in uerſicu. uidelicet. de reſtitu. ſpolia. & domi. Bart. in l. ex hoc iure. prima colum. uerſi. quæro quæ ſunt bella licita. ff. de iuſtitia & iure.*

f ¶ Proditor. *Chriſtianus* C*hriſtianum non debet offendere, niſi prius ipſe eum diffidauerit, uel iudicis iuris authoritatem habuerit: alias eſt proditor. do. Bald. in l. item nulla in v. not. C. de epiſc. & cleri.*

SVMMARIVM.

1 *Echeuta legalis, quid: et quando locum habeat. & nu. 1.*

2 *Filia dote contenta cum iuramento, ceſſit bonis paternis, his uerbis adiectis, ſalua legali echeuta. an eo caſu filia ſuccedat patri inteſtato. Et an debeat à patre in aliquo inſtitui. n. 3.*

QVAESTIO. CXCII.

NON reperitur iure cautum
1 de legali echeuta*, licet illis uerbis ſæpiſsime utãtur notarii in inſtrumentis matrimoniorum, ubi filiæ dote contentę renunciant cũ iuramẽto bonis paternis. Sed bene legit de legitima ſucceſsiõe, de qua facit mẽ
a tionem Cy.[a] in l. una. in prin. C. quando nõ petẽ. partes petenti-
2 bus accreſcat.* Sed iuxta de hoc quæro, filia dote cõtenta cũ iuramento, quittauit bona paterna, adiiciẽdo illa uerba: ſalua legali echeuta. An eo caſu filia ſuccedat patri inteſtato? Reperio do. Pe. Papæ in ſuis notabilibus, ſic diſtinguentẽ: quia dicit ipſe aut pater reliquit alios liberos, qui nõ quittauerũt unà cũ filia, quæ quittauit, aut reliquit illam ſolam filiã, quæ quittauit. Primò caſu nõ poteſt talis filia ſuccedere patri inteſtato. Ratio q̃a illud pactum uidetur fuiſſe factum in fauorem aliorũ filiorũ. ita etiam dicit Saly. in l. pactũ, q̃d dotali. C. de pactis. in q. quæritur modò, an pactũ, &c. Et etiã in fauorem patris, ut poſsit facere ad libitum ſui de bonis ſuis. Secundo caſu poteſt ſuccedere patri

inteſt

inteſtato: quia ceſſat fauor prædictus, ſcilicet filiorum qui non ſuperſunt. Et quia non diſpoſuit de ſuis, uidetur eidem filiæ tanquam proximiori reliquiſſe. l. conficiuntur. in princ.[b] de iure codi. & hanc diſt. approbat expreſsè Io. de Ligna. in c. fi. extrà de don. ubi pulchrè de hac materia tangit. & ſecundũ prędicta poſſunt intelligi illa uerba, ſalua legali echeuta. ita dicit dict9 do. Pe. Papæ. Itẽ tenet recolẽdæ memorię do. Steph. Guillionis, legum doctor, prę ſidens quondam huius patrię Delph. Sed dicit, ꝙ credit, ꝙ talis filia nõ admittatur hoc caſu ad ſucceſsionem patris inteſtati, niſi deficiẽtibus agnatis & aliis ꝓximiori- 3 bus uiro uxore uel fiſco excluſis, ſicut ponit tex. ĩ l. j. c. unde uir & uxor. Ita dicit do. Steph. Guillionis, in ſuo repertorio, ſup uer. bo, legali echeuta. Sed ego Guido, credo contrariũ, uidelicet, ꝙ filia prætextu dictæ reſeruatiõis legalis echeutæ, nõ extantibus aliis liberis, ſuccedat patri inteſtato, excluſis agnatis aliis uenientibus ab inteſtato: ſecundũ di 4 ctum do. Pet. Papæ, per rationes ſuprà tactas. imò plus uoluerunt aliqui dicere, ꝙ talis filia indiſtinctè ſuccedat patri inteſtato. & dicunt eſſe caſum in l. fi. §. illud. ff. de hære. uel ac. uen. ex noua uoluntate, licet tacita, per d. l. conficiuntur. Pro quibus uidetur caſus in c. cum inter. extrà de ieiun. Ita etiam tenet Genzelinus in capi. quamuis pactum. de pac. lib. vj. Et ſecundum dictam opi. dicti do. Pe. Papę communiter uidi iudicari, uidelicet ꝙ filia quittauit bona paterna, cũ illa reſeruatiõe legalis echeutæ, nõ ſuccedat patri inteſtato, ſtãtibus aliis liberis, qui nõ quittauerũt: non ſtãtibus autem aliis liberis ſuccedat excluſis agnatis, & aliis uenientibus ab inteſtato. Secus autem ſi nõ fuiſſet adiecta dicta clauſula: quia tũc nõ ſuccederet patri inteſtato, etiã ſi alii liberi non ſtarẽt, ſed deuoluerent̃ bona aliis uenictibus ab inte. ſecũdũm cõmunẽ doc. opin. in l. pactum qđ dotali. C. de colla. licet Genzelinus uoluerit contrariũ: ut ſ. recitaui.* Sed an filia q̃ quittauit bona paterna, debeat per patrẽ in aliquo inſtitui, ut ualeat teſtamẽtũ? d. Io. de Aramone. in d. l. pact. quod dotali. tenet ꝙ non in ſua repetitione, quã penes me habeo ego Guido. & de hac etiã tetigi ſ. q. ccxcv. & quæ. ccccxxvj. De filia quæ quittauit cũ iuramẽto, uide quæ plenè di xi ſ. q. ccxxiiij. cũ quatuor aliis ſequẽtibus quæſtionib9. ¶* Iuxta hãc materiã q̃ro: filia quittauit bona paterna, & materna, an uideatur quittaſſe bona fraterna? dic ꝙ non: niſi expreſsè dicatur de fraternis: q̃a licet procedant, non tamẽ fuerunt poſt mortem patris amplius paterna, ſed fraterna: ut dicit Bart. in d. l. ij. §. illud. ff. de hære. uel actio. uendi. Sed pone, ꝙ in inſtrumẽto quit-

tantiæ non dicitur, ꝙ filia quittet bona fraterna: ſed tantũmodo dicit, notarius uſus fuit hoc uerbo, fraranchiæ. An ſub hoc uerbo fraranchię dicerentur bona fraterna comprehendi, ut filia uideatur bona fraterna quittaſſe: relinquo cogitandum.

a ¶ Cyn. *Etiam facit ibi mentionem tex in princ. de ipſa legitima ſucceſſione, qua uendicat ſibi locum quinque modis in genere. Vnus modus eſt liberorum. alius nepotum ex filiis in poteſtate conſtitutis. tertius eſt parentum. quartus agnatorum uocatorum ab inteſtato. quintus eſt non ſolum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento, in quibuſdam perſonis etiam extraneis. ita dicit do. Odofre. in dicta lege unica in iꝗ. co. uer. unde circa iſtum arti. C. quando non peten. par. peten. ac. & poſt eum ibi dominus Cynus in principio in præal. leg. l. unica.*

¶ *Adde de hac quæſtione uidendum Dominicũ de ſancto Geminiano, in c. quamuis. in ulti. q. de pact. lib. vj.*

b ¶ In prin. *Verſi. ſed ideo fideicommiſſa. & in fortificationem huius opin. facit, quod ibi notando ſcribit dominus Baldus dicens, quòd ſuccedentes ab inteſtato, uidetur ſuccedere tacito iudicio teſtatoris. & ibi dicit glo. quod hic eſt fictio, & non poteſt probari contrarium, ubi factum nullum eſt teſtamentum. quod eſt inquit ipſe do. Bald. no. di. & ex hoc colligit, quòd licet teſtator ueniens ab inteſtato reputet indignum, tamen ubi nullum factum eſt teſtamentum, talis ſuccedit ab inteſtato.*

SVMMARIVM.

1 *Confines quomodo probentur in Delphinatu.*

2 *Confines caſtri uel plebeiatus quomodo probentur.*

3 *Probatio centum annorum quomodo poterit fieri.*

4 *Pars una an teneatur alteri parti exhibere inſtrumentum faciens pro limitatione mandamenti ſui.*

QVAEST. CXCIII.

QVIA in hac patria Delphi. ſæpe occurrunt lites & cõtrouerſiæ ſuper finibus mandamentorum* & eccleſiarum parrochialium, plurieſq; ex commiſsionibus mihi factis per dictam curiam parlamenti ſuper ipſis limitibus examinauerim teſtes, & non ſine dubio, non ſit modica difficultas in iure in modo probandi tales cõfines: ideò uolui in iure uidere de modo talia probãdi. Et reperio quamplurimos modos inferius particulariter declaratos: per quos ſeu alterum ipſorum confines de iure probantur. Primò nanque, probant tales confines per publicum inſtrumẽtũ, ſi de hoc fuerit cõfectum l. optimã. C. de contrah. & cõmit. ſtip. cũ ibi no. facit l. cũ aliquis. C. de iure delibe. Sed quid ſi in aliquo inſtrumẽto fiat mentio de cõfinibus, dicẽdo ſic domus talis, iuxta cõfines talis mãdamẽti: an talia inſtrumẽta in alios cõfecta ꝓbẽt cõfines? dic ꝙ nõ: ut dicit Bar. in d. l. cum aliquis. C. de iure delib. Secundò, probatur per lapides antiq

antiquos.l.j.§.qui in rebus.ff.de ſal.& l.qui tabulas.in prin.ff.de fur. Tertiò modo probatur per famã publicam.c.cũ cauſam.[a] de prob.quæ fama publica probatur per duos teſtes bonæ opi.l. iij.§.j.& ibi not.ff.de teſt.& de hac ꝓbatione quæ fit per famã in re antiqua,uide quæ dixi j.q. ccclvij.Quartò ꝓbatur cõfines, per cuſtodes locorũ.l.in nomine domini.circa prin.[b] ibi, quo niã ita cõuenit, ut ſemp cuſtodes fines prouinciæ ſeruent &c. d Quintò,per libros antiquos:ut e d.c.cũ cauſam.iũcto c.ad audiẽ- a tiã.de reſcr. Sextò probãtur per ſcripturã in colũna uel lapide expreſſam.xxiiij.q.iij.c.ſanè.& l. j.&ij.de albo ſcribẽ.& no.gl.in c.cũ cauſam. Septimò probãtur per depoſitiões teſtiũ:ut in d.c. cũ cauſam.& ſufficit,ꝙ tales teſtes dicãt:nos uidimus hoc op⁹ factũ eſſe:ita & ſic à noſtris prædeceſſorib⁹ audiuim⁹.l.in ſum. §.itẽ Labeo.& ibi glo.& Bar.ff. de aqua plu.ar.Octauò ꝑ uolũtatẽ patrisfamiliàs declaratã in eius uita.l.ſi ſeruus pluriũ.§.fin. ff.de lega.j.& l.ſi quis duas.§.ſi quis autẽ.ff.cõmu.prædi.Nonò probatur per cõmunẽ opin.ut no.per Spe.in ti.de ꝓb.§.j.uer. hoc etiã no.in §.uidẽdũ reſtat. uer.xij.ibi,per cõem opi.¶ De-
c cimò[c] credo,ꝙ poſſunt cõfines ꝓbari ꝑ præſumptã ꝓbationẽ, ubi eſſent difficiles ꝓbationes, ꝓpter lõginquitatẽ tẽpis, per ea quæ ponit Bal.plenè in authen. quas ad.C.de epiſ.& cle.Et uidi iudicari pro ꝓbatiõibus factis, iuxta ij.iij.vj.& ix.modos prædeclaratos.Sed iuxta hãc materiã quæro,pone ꝙ eſt cõtrouerſia inter duo caſtra de cõfinib⁹ territoriorũ.homines unius caſtri deponũt ꝙ bãnerius illi⁹ caſtri cuſtodiebat uſq; ad illũ locũ,& ibi pignorabat,& ita audiuerũt à ſuis prædeceſſorib. nũqd tale teſtimoniũ ualebit?doc.dicũt ꝙ ſic,per tex.in l.in nomine. §.in Sardinia[d].uer.ubi autẽ inuaſione[e]&c.C.de offic.præfect. Afri. *Qualiter probẽtur cõfines caſtri,uel plebeiatus. gl.in l.optimã.C.de contrahen.& cõmit.ſti pu.& de iure delib.l.cũ aliquis. eſt etiam glo.in l.prædiis.§.Titio.ff.de leg.iij.ſuper uerbo,emptionis &c.Et pro hac materia uide Specu.in titu.de probatio. §.j.uerſic.breuiter.Vlterius circa hoc quæro,quia ego Guido Papæ de præſenti in curia parlamenti contra homines ſanctæ Eufemię,qui comprobantur territorium meum ſancti Albani in certa parte uſurpare:an poſſint producere teſtes pro me de hominibus commorantibus in dicto loco meo ſancti Albani?credo ꝙ ſic: quia uidemus, ꝙ illi de uniuerſitate poſſunt eſſe teſtes in cauſa uniuerſitatis: ut not.Innoc.in c.cum nuncius. extrà de teſtib.& Spec.in tit.de teſte.in §.j.uer.ſed nũqd in cauſa uniuerſitatis &c. Multo fortius ergo poterant in hac cauſa mea

mea deponere:quæ eos nõ cõ-
cernit. Item uidemus,ꝙ in ſub-
ſidiũm aliis deficiẽtibus admit-
tuntur aliqui teſtes, qui aliàs nõ
admitterẽtur.in l.cõſenſu.§.ſer-
uus.C.de repudiis.Itẽ dicta cau-
ſa non cõcernit commodũ, nec
incommodum ipſorum homi-
num meorum ſancti Albani,cur
ergo repellerẽtur?nõ uideo, iu-
xta ea,quæ leguntur & not. in l.
parentes.C.de teſti. & in l. ido-
nei.imò (quod fortius eſt) ui-
demus,quòd illi de uniuerſitate
poſſunt eſſe teſtes in cauſa uni-
uerſitatis, poſito quòd reportẽt
commodum in uniuerſo:ut di-
cunt Cy.& doct.in d.l.parentes.
& in d.l.idonei.& in l.conſenſu.
& in l.intantum.§. uniuerſitatis.
ff.de re.diui.& Spe.in tit.de te-
ſte.§.opponitur.uer.ſequitur.in
3 addi.Spe.¶* Sed quomodo po-
terit fieri probatio cẽtũ annorũ?
f uide Bal.[f] in authen. quas actio-
nes.C.de ſacroſan.eccl.Et dixi ĩ.
4 q. ccclvij. * Sed an una pars te-
neatur alteri parti exhibere in-
ſtrumentum faciens pro limita-
tione mãdamenti ſui?Dic,quòd
ſic,cum ſit cõmune inter eos.ita
dicit Spe.in titu.de inſtru.edi.in
§.uidendum reſtat.uerſ.ex præ-
miſsis etiam collige &c.¶ Si ſin
gulares de uniuerſitate poſſunt
g eſſe teſtes pro uniuerſitate [g] &
quando.uide quæ dixi in appa-
ratu ſtatuti,ſi quis per literas.in
glo. ſuper uerbo, cõmuni æſti-
matione fide dignos &c.¶ Item
Io.Fab.C.de ſum.tri.& fid. cath.

dicit ꝙ facta antiqua quæ exce-
dunt memoriam hominis, pro-
bãtur per communem relatum
antiquorum, & per libros anti-
h quos, & ꝑ hiſtorias antiquas [h],
& habet talis antiquitas uim le-
gis & conſtitutionis.

a ¶ Cap.cũ cauſam. *Vbi poſt omnes uide d.Feli.pulchro ordine tractantẽ hanc q.probationis finium.*

b ¶ Circa prin. *Imò poſt prin.in §.ſancimus.in uerſ.ſi Sardinia.ibi,& ubi cuſtodes antiq́ ſeruabãt.& ibi,quoniã ita,&c.C.de offi.præfec.ꝑto. af.*

c ¶ Decimò. *Adde xj.q̃ confines probãtur per clauſuras & burgos.ut in pra.uerſi.ſi in Sardinia.ibi,ſicut ex clauſuris & burgis oſtenditur.*

d ¶ §.in Sardinia. *Voluit allega.uer. quia ibi non eſt §.ſed uerſicu. quia ſemper continuat imperator dictum ſuum,ut in ſimili dicit d. Io.Fa.in §. ſed hæc hodie.inſti.de ſatiſda.*

e ¶ Ver.ubi aut inuaſione. *Ibi nõ eſt uer.ſed tantummodo coma.*

f ¶ Bal. *Qui in d.auth.quas actiones. ponit certos modos probandi poſſeſſionem centum ann.ut ibi in ult.col. uerſi.iiij.& ultimo.*

g ¶ Teſtes ꝓ uniuerſitate. *Si quæratur de actu per quem ſingulariter cuique de uniuerſitate obuenit utilitas:illi de uniuerſitate non admittũtur in teſtes:q̃a in re propria &c. in caſu uero cõtrario teſtes eſſe poſſunt. ita ſentire uidetur d.Io.An.in c.cum nuncius.in gl.j.extrà de teſti. Aliter tamẽ & moderatiue uidetur ſentire d.Abb.in c.inſuper.in iij.col. in uerſ. primum membrum.de teſti.*

h ¶ Per hiſtorias antiquas. *Hoc uidetur*

detur fore intelligendum, quando ab antiquo eſt adhibenda fides talibus, aliàs nō ita ſentit d. Feli. in c. inter dilectos. viij. col. in gl. in uer. magis. in uer. & idē alleg. d. Abb. in c. cū ſām. de pb. & d. Bar. ī l. j. ff. ſi cer. pe.

SVMMARIVM.

1 *Princeps temporalis an ſuper iuramento poſsit diſpenſare.*

QVAEST. CXCIIII.

PRINCEPS tēporalis poteſt ſuper iuramento[a] diſpē- a
1 ſare; *ut uidetur caſus expreſſus in l. Imperatores. in princi. quæ eſt l. 6. ff. ad municip. & facit l. fi. ff. de re mil. Quod facit ad quęſtionem, aliquis à preyſonatus p eius aduerſariū promiſit aut iurauit ſub fide ſui corporis uel aliàs ad ſancta Dei Euāgelia de tenendo arreſtum uel obſtagiū in aliquo loco, nunqd princeps, ut potē dominus noſter Delph. uel magnificus dominus guber natoꝛ eius locumtenen. poterit ſuper tali promiſsione ſeu iuramento diſpēſare & inhibere tali à preyſonato, ne arreſtum uel obſtagiū teneat: adeò quòd ipſe ab obſtagio recedere poſsit, abſq; metu periurii ſeu fidei ruptæ? Credo ꝙ ſic, per dicta iura. 1 Et pro hoc bene facit, quod habetur in c. ij. de maiori. & obed. ubi dicitur, ꝙ qui principi non obedierit, morte moriatur. Pro hoc etiam facit gl. in l. adigere. §. fin. ff. de iure patro. ubi dicit no. legem uim apoſtolici obtinere, ut iuramētum remittat: ita etiam no. Bal. in l. nec patronus. C. de ope. libertorum. Et ita uidi obſeruari, & fieri per dominum de Gaucourt tunc gubernatorem Delph. tempore Guerrarū regis Franciæ & ducis Burgūdiæ: circa quod uide, quæ dixi ſ. q. lxxviij. in qbus pōt princeps diſpenſare, ponit Spe. in ti. de diſpēſa. in §. ſiue quorū. uerſ. item princeps. ſed in qbus princeps poteſt derogare iuri ſcripto,[b] & qualiter, & quomodo: uide tractatum meū, quē cōpilaui q intitulatur tractatus reſcriptorū & clauſularū derogatoriarum &c. b

a ¶Diſpenſare. *Hoc forte uerū, quādo diſpenſatio fundatur in principe, non autem in parte: quia in iuramēto autoritas ſuperioris intelligitur excepta. capi. uenientes. & c. peti. extrà de iureiur. & pro intelligen. huius uide d. Io. An. in reg. in malis.*

b ¶Derogare iuri ſcripto. *Vide ad materiā d. Bal. in l. j. C. de iure aure. annu. & gl. in l. iij. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſq; iur. d. Imo. in c. quæ in eccleſiarū. de cōſti. gl. in c. propoſuit. de cōceſ. preben. d. Ab. in c. cum olim. de re. iur. dom. Car. in cle. ij. de re. iur.*

SVMMARIVM.

Domini de Parlamēto poſsintne cōtrahere in ditiōe Delphi. eis cōmiſſa.
Et qd de Iudicibus īferioribus. nu. 1.

QVAESTIO CXCV.

CONSILIARII in curia parlamē. Delphi, creati per
1 d. noſtrū* Delp. quādiu eius placuerit uolūtati, cēſentur ppetui & nō tpales. ita dicit Bar. in l. de pupillo. §. ſi qs ipſi pretori[a]. ff. de noui

noui ope.nuncia.quod facit ad quæſtionem, utrum ipſi domini conſiliarii poſsint cõtrahere & acqrere in hac patria Delp. obſtante diſpoſitiõe iuris.in l. j. C. de contractibus iudicũ.ſed quia ipſi cenſentur perpetui,poſſunt emere & acquirere in ditione Delp.eis commiſſa.l.præſidis.&
b l.principalibus[b].ff.ſi cer.peta. l. a non licet.ff. de contrahẽ. empt. & uendi.& tenet gl.in l.eos.C.ſi cert.pet.Et ꝙ tales domini conſiliarii cenſeantur perpetui, eſt tex.not.in l.iuriſperitos.in prin. ff.de excuſ.tuto.& facit bene gl. quæ rationẽ ponit in l. iiij. §. cũ furioſi.ff.de tut.& ra. diſtra. & l. ſufficit.ff.de condi.inde.& tenet Bart.in l.de pupillo.§. ſi qs ipſi. ff.de no.ope.nunc. & ibi mouet quæſtionem & Cy.in l.quiſquis. C.ſi certũ petat. Et ita uidemus quotidie fieri, & obſeruari de cõſuetudine huius patrię Delp.
2 * Et idem crederem de aliis iudicibus inferioribus,ſi ſint perpetui.
tari, nõ propterea ꝓhibetur, q̃n dñs poſsidens petere poſsit ꝓnunciari rẽ ipſam ad ſe ꝑtinere iure dñi ſic, ꝙ eius poſſeſsio ꝑ tale medium ſibi cõfirmetur. & iſto caſu nõ imitatur talis actio omnino naturã rei uendicationis, ſicut etiã in ſimili dicit Inn. in c. examinata. ſuper uerbo, attẽ
a tare[a]. extrà de iud. ibi dũ dicitur, nõ tamẽ per omnia imitatur naturã rei uẽd. &c. Et pro hoc facit etiã in ſimili, qđ dicitur de ſẽtẽtia ualida, quæ petitur cõfirmari: qua cõfirmatiõe ſecuta nihil ex pòſt poteſt cõtra ſentẽtiã obiici, iuxta no. per Inn. in d. c. j. cuius deciſio. benefacit ad ꝓpoſitũ, & ita pluries practicaui & cõſului tẽpore quo practicabã. Sed nondũ uidi iudicari, ſi poſſeſſor poſsit intẽtare actionẽ in re, ſed quæ uidebo in futurũ hìc ſubiũgam. De materia huius, in aliis tamẽ terminis, uide quæ plenè dixi infrà q. ccclvj. in octauo effectu poſſeſsionis ciuilis.

a ¶ Super uerbo, attentare. *Voluit allegare d. Inno. in præall. c. examinata. in gl. ſua. ſuper uerſic. accipit. circa med. in uerſi. ſed reſpondeo.*

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia data ſuper nullitate proceſſus, ſit interlocutoria, uel diffinitiua.*
2 *Sententia diffinitiua proprium.*
3 *Inſtantia perimitur lapſu trienniј.*
4 *Sententia ſuper deſertione appellationis, eſt interlocutoria.*
5 *Appellatum ſi fuerit ab interlocutoria, & index ad quem, pronunciet bene uel malè appellatum, an talis ſententia erit interlocutoria.*

QVAEST. CCXX.

LOCVM tenens ſeneſcali Valẽ. & diœceſis in ſede Valentiæ, tẽpore* quo ibi reſidebat 1 curia, pronunciauit per ſuã ſententiam proceſſum Ant. Romei, & Claudii Lanterni fore nullũ propter defectũ litis cõteſtationis. A qua ſentẽtia dictus Anto. Romei appellauit, uiua uoce. Modò quæritur, an ualeat talis appellatio, cùm ab ea nõ fuerit appellatum in ſcriptis. iuxta ca. cordi. de app. lib. vj. Credo ꝙ nõ ualeat talis appellatio, cum talis
2 *ſentẽtia ſit ĩterlocutoria, & nõ diffinitiua. Nam ſententia diffi-
a nitiua[a] propriè eſt, quæ diffinit & dormire facit negotiũ in petitione deductũ, de quo principaliter inter partes agebatur: ut probatur in l. poſt ſentẽtiam. & ibi ita dicit Saly. C. de ſen. & interlo. om. iud. cuiuſmodi non eſt
3 dicta ſententia, igitur &c. *Præterea & ſecundò uidemus, ꝙ ſi per lapſum triẽnii ſit perempta inſtãtia, & iudex abſoluat reum
b ab obſeruatione iudicii[b], talis ſententia nõ eſt diffinitiua, ſed
c interlocutoria[c]; ut dicit Bal. in l. ij. C. de epiſ. aud. ratio quia ſem per primæua actio, de qua age-
4 batur, remanet. *Præterea & tertiò, uidemus ꝙ ſententia ſuper deſertione appellatiõis, eſt interlocutoria, & non diffinitiua: ut dicunt Bald. & Saly. in l. præſes. C. quomodo & quando iud. quia nõ imponitur finis negotio

tio principali,cum hac tamẽ diſtinctione, quam aliàs fecit do. Io.Bauilli utriuſq; iuris doc.præſidens curiæ parlamenti.de qua diſtinctione tetigi ſuprà quæ.xj. Quia autẽ dicit ipſe,loquimur in appel.quæ emittitur à ſentẽtia interlocutoria,aut diffinitiua.ſi ab interlocutoria,dicit ipſe d.Bauilli,ꝙ eo caſu ſentẽtia ſup deſertione appellationis eſt interlocutoria: ratio:quia ex tali deſertione appellationis nõ imponitur finis negotio principali.& ꝙ ita debẽt intelligi dicta Bal.& Sal.ubi ſuprà.Si à diffinitiua,tũc dicit ipſe,talis ſentẽtia ſuper deſertione appellatiõis, eſt diffinitiua:qa imponit finẽ etiã negotio principali.Ita dicit ipẽ. quę diſtinctio placuit dñis meis tũc ibi exiſtẽtibꝰ:per quã diſtinctionẽ in primo mẽbro, ꝓbatur etiã,ꝙ appellatio,de qua in dicta cauſa agebatur,ſit inualida, cũ ſentẽtia à qua fuit emiſſa nõ impoſuerit finẽ negotio principali:uidelicet ſup interdicto uti poſsidetis,de quo inter dictas partes in dicto ꝓceſſu agebaẽ. Et ſic ꝓpterea debuit appellari in ſcriptis,tãquã ab interlocutoria,p d.c.cordi.de hoc etiã tetigi ſ.q.xvj.Et ſi qs diceret, ꝙ licet dicta ſentẽtia,de qua hîc agitur,foret interlocutoria,ꝙ tamẽ ipſa habet uim diffinitiuæ ſñiæ. Quia ſi ita eſſet,adhuc debuiſſet in ſcriptis appellari, ut dicit Io.Mo.in c.cupientes. §.ſi uerò per xx.dies.de ele.lib.vj.in glo. magna.Et ita fuit in dicta cauſa cõcluſum,per dños meos parla. in camera cõſilii die xiiij.mẽſis Aug.M.ccccl ix.Et inde tunc in ꝓximis ſentẽtiis diffinitiuæ ſententiatũ,& declaratũ dictã appellationẽ fuiſſe nullã & inualidã: qa in ſcriptis nõ fuerat appellatũ:ſentẽtiã recepit prouidus uir Io.Roſſeti ſecretariꝰ Delph.notarius dictæ cauſæ appellatiõis. ¶Sed an ſentẽtia lata per iudicẽ appellationũ ſuper nullitate ſententiæ iudicis primæ inſtãtiæ ſit interlocutoria,uide quæ ſcripſi ſ.q.xvj.

4 ¶*Si fuerit appellatũ ab interlocutoria,& iudex ad quẽ, ꝓnũciet bene uel malè appellatum,an talis ſentẽtia iudicis ad quẽ,erit interlocutoria? Dic ꝙ ſic ſecun.Henr.Bohic.in c.in literis.extrà de offi.dele.in j.diſt. ideò erat appellatũ in ſcriptis, iuxta c.cordi.de appel.lib.vj.de hoc etiam ſcripſi ſuprà q.xj.&c.

a ¶Sentẽtia diffinitiua. A*d qđ ſentẽtia diffinitiua dicitur ea,p quã partes à lite deſcẽdũt.Itẽ quæ diffinit cõtrouerſiã,& imponit finẽ toti cauſæ in iudiciũ deductæ.* Not.*in cle.j.de ſeque.poſ.et in l.j.ff.de re iudi.& per d.*Car.*in cle.ſæpe.in §.et quia.in xv.no.de uer.ſig.* Et *iſtud uidetur uerũ, in cauſa ordi.ſecus in ſummaria.qa licet diffiniat:ut in d.cle.ſæpe.tamẽ nõ eſt mera diffinitiua,ex quo trahit à natura interlocutoriæ,hac ſcilicet, ꝙ fertur lite nõ conteſt.nec ſeruatis alijs ſolennitatibus iudiciarij ordinis.* Nec *poteſt dici mera:quia merũ eſt abſtractũ ab omni cõpoſito.l.quã*

ſeruus.ff.de condi.& demonſtra.ubi enim unum & idem ens, habet effectum unius ſubiecti & formam alterius, denominare illud debemus à ſubiecto formali,tanquã digniori et potentiori l.an inutilis.in princ.cum ibi no.ff.de accepti.Et hac ſecũdum do.Alex.poſt do.Ang.in l.imperiũ.in iij.col.in uer.ex quo infert.ff. de iuriſ.om. iudi. Quorũ quidem opi.uidetur uera,licet multi contra. Tunc quia forma dat eſſe rei.l.rei.§.de re iu.ff.loc. Tamẽ quia mutata forma mutatur ſubſtãtia.l.nõ ſunt libe.ff. de ſtatu ho.Sed in iudicio ſummario mutatur forma proceſſus: cuius appellatione uenit ſententia.iuxta no. in c.quum etiam.extrà de ſen.& re iudi.ergo &c.Et per hoc patet reſolutio per medium à fortiori ad quæſtionem per authorem propoſitam.

b ¶Ab obſeruatione iudicii. *Tu uide de hoc per iſtum,conſi.lxix.inci.pro declaratione.nu.j.uer.ad primum.ibi,facit etiam pro hoc.*

c ¶Sed interlocutoria.*Quia per eã partes à lite nõ recedunt.l. dicere.et ibi d.Bar.ff.de ar.gl. & doc.in l.harum.ff.ſi ſerui.uend.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ſi non opponatur,an Iudex poterit ſupplere & admittere.*
2 *Compenſatio an fiat ipſo iure.*
3 *Iudicium introductum die feriato ob neceſſitatem hominum,ualet.*
4 *Notorium requirit , quòd pars proponat in iudicio.*
5 *Appellatio ad Papam , omiſſo medio,an & quando ualeat.*
6 *Inſtrumenti groſſatio facta per notarium, de papyris alienis, non ualet.*
7 *Iudex an poſſit ſupplere & æſtimare,ſi ualor rei non probetur.*

QVAEST. CCXXI.

ITEM dicta die xiiij. menſis
Augu.fuit dubitatum in con-
cluſione proceſſus Claudii Co
1 ſtani,& Antonii Armueti.* Sed
an præſcriptio xxx. annorũ quã
opponere poterat dictus Clau-
dius aduerſus petitionem dicti
Armueti, debeat obſtare dicto
Claudio,cõſiderato ꝙ Claudius
de ipſa præſcriptione nõ oppo
ſuit.Et dixi ꝙ nõ.primò,quia ui
demus ꝙ cõtra fideiuſſorẽ non
datur actio , niſi prius diſcuſſo
principali,niſi renũciauerit iuri
de prius cõueniẽdo principalẽ,
quàm fideiuſſorẽ:tñ ſi fideiuſſor
hoc nõ opponat, fertur ſnĩa cõ-
tra eũ, & ualet: ut dicit Bar.in l.
prolatam.C.de ſen.& inter.om.
iudi.Et idem dicit Bart.ubi ſ.in
agente hypothecaria nõ diſcuſ-
ſo principali debitore:qa ſi hoc
non opponatur, cõdemnať poſ
ſeſſor. & de hoc etiã tetigi ſ.q.
2 xciiij.& j.q.ccccxxxij.* Ad idẽ ui
demus,ꝙ cõpẽſatio fit ipſo iure.
ſed hoc uerũ,ſi petať,aliàs non:
ut tenet gl.in l.ſi cõſtat.C.de cõ
pen.Itẽ uidemus,ꝙ cõtra lega-
tariũ uel donatariũ hæreditatis
poſſunt agere creditores actiõe
perſonali.ſed hoc uerũ,ſi dona
tarius uel legatarius patiať:ſec⁹
ſi dicat,ſe nõ teneri:ut plenè di
3 xi j.q.ccccl x.* Præterea,udelicet
iudicium tẽpore feriato ob ne-
ceſſitatem hominũ introductũ:
ſed hoc uerum , ſi pars hoc non

op

opponat.l.ſed ſi prætor.ff.de fe
4 riis.*Idem uidemus,ꝙ licet no-
a torium nõ indigeat ꝓbatione,[a]
tamẽ requiritur ꝙ ꝓponat' per
partẽ in iudicio.& dicit gl.nota
bilis in cle. appellanti.de ap. Itẽ
etiam uidemus, ꝙ ꝓceſſus qui
fit per filiũ cõtra patrẽ, ſine ue-
nia,eſt nullus.Sed hoc uerum,ſi
pater cõparendo in iudicio hic
opponat,ut dicit Bar.in l. quan-
uis.in fi.ff.de in ius uoc.Itẽ uide
mus, ꝙ libellus ineptus ꝓcedit,
ſi pars rea de ineptitudine non
opponat:ut dicit gl.in l.fi. C.de
anna.excep.& in l.ſi mater.ff.de
excep.rei iud. & in c.ij.extrà de
libel.obla. & ponit In.notabili
ter in c.cũ dilect⁹.de ordine co-
gni.Et ualet ꝓceſſus,ut dicit gl.
in d.l.fi. C.de ann.exce. & tenet
Io.Fab.in §.curare.inſti.de act.
ſed an à tali grauamine, in quo
admittatur talis libellus inept⁹,
poſsit de iure ciuili appellari:
uide quæ dixi ĩ.q.ccccxxvj.uerſi.
b lxiiij.qro.[b]*Itẽ etiã uidemus,ꝙ
5 licet ſit appellandũ ad immedia
tum ſuperiorẽ, ſi tamẽ appellet'
ad Papã omiſſo medio, & pars
appellata coram Papa citetur in
cauſa appel.proceſſura, & cõpa
reat, & nõ opponat,nec petat ſe
ad cauſam remitti corã media-
to iudice,ualet ꝓceſſus corã Pa
pa formatus:ut tenet Arch. poſt
Inn. & Ho.in c.fi.alle.& de offi.
dele.li.vj.in fi.Itẽ uidemus,ꝙ ui
ctus uictori debet in expẽſis cõ-
dẽnari, ut in l.ꝓperandũ.§.fin-
autem.C.de iu. Sed hoc uerum,
ſi à parte fuerit petitum, aliter
c non:[c]arg.in l.iiij.§. hoc aũt iu-
dicium.ff.de dã.infe.& ita tenet
Bart.in d.§.ſin autẽ. & in l.j.§.ij.
ff.de magiſtra.cõue.cũ quo Bar.
ꝑtrãſit, de Aretio in l.iij. §.hoc
autẽ.ff.de dã.infec.Sed cõtrariũ
tenet glo.in l.fi. C.qñ prouoca-
tio nõ eſt neceſſaria. quã gl.ap-
probat de Imol. in l. Paulus.la-
j.ff.de re iu.& dicit ipſe de Imo.
hoc eſſe de iure uerius.Et idẽ in
fructibus : quia iudex nõ poteſt
condemnare in fructibus, niſi à
parte petantur.lege,ex diuerſo.
in prin.ff.de rei uendi. uide ta-
men quæ ſuper hoc ſcripſi ĩ.q.
ccccv.Item uidemus,ꝙ ſi aliquis
non poſsit eſſe ꝓcurator, ut pu
ta clericus in foro tẽporali,ſi nõ
opponatur,hæc exceptio ualet,
& tenet ꝓceſſus,per gl.in l.reũ
criminis.C.de procu.Item uide
mus ꝙ nõ ualet groſſatio inſtru
mẽti facta per notariũ de papy
ris alienis, niſi habeat cõmiſsio
nem à iudice.Sed de ſtylo dictę
curiæ parlamẽti eſt uerũ, ſi pars
hoc opponat : aliàs adhibet' fi-
des,ut ſcripſi ĩ.q.cccciiij.Sed qd
ſi iſta quæ debet opponi in pro
ceſſu, nõ opponãtur in ꝓceſſu,
ſed iuris alleg.an ſufficiat?uide
d Bar.[d] in l. eũ qui.in §.qui ita.in
uer.moueo tibi unũ dubiũ.ff.de
uerb.obli. & ideò dictus Clau-
dius Coſtani fuit condemnatus
per dictam curiã parlamenti ad
ſoluẽdũ debitũ dicto Antonio
Armueti:quia nõ oppoſuit ex-
ceptionẽ præſcriptiõis in pro-

ceſſu, quæ ſibi competebat, & recepit ſententiam Ant.de Mole.notarius ipſius cauſæ. Et hoc recurre circa hanc queſtionem. quia alibi non reperies ita plenè hãc materiã tractatã. De ma-
e teria, ſi iudex poſsit ſupplere [e], ſi pars nõ petat, tetigi in apparatu meo, quẽ compilaui ſup ſtatuto Delphi.ſub rubrica, de literis compulſoriis & præciſis concedẽdis.in q.vij.& Ang.de Are. plenè in l.iiij. §. hoc antẽ iudi-
7 cium.ff.de dam.infec. ¶*Si ualor rei nõ probet, an iudex poterit ex officio ſupplere & æſtimare, etiã parte nõ petẽte, ſunt opiniones uariæ: tamẽ Ange.de Aret.tenet cũ Bar.ꝙ ſic, ĩ l.iiij.§. hoc aũt iudiciũ.ff.de dam.infe. ibi in uerſi.quintus caſus &c.Et ibi etiã in d. §.hoc autẽ. uide ſi iudex poſsit ex officio ſuo repellere teſtem inhabilem. imò dicit, quòd ſic.de Aretio tamen ibi diſtinguit &c.

a ¶Probatione. Adde Io. And.in c. accedens. ſuper glo.ulti.ibi, non expreſſit.extra ut lite non conteſt. & glo.in cle.appellanti.de appellatio.et do.Card.in cle.j.xxij.q.in fi.de foro compe.Iſtud forte eſt uerum, quãdo notoriũ conſtat iudici ut iudici: tunc iudex poteſt ſupplere de facto. ut colligitur ex ſcriptis d. Bal.in l.j.C.ut quæ deſunt aduo.ff. iudex ſuppleat. in ij.colũ.in iiij.oppo.quia notorium eſſe debet probari.gl in c.ad noſtrã. de emptio.& uend.& Spe.iiij.parte.ti.de noto.cri. §.j.uerſic. qualiter ſciet iudex.Sed probato notorio, factum notorium probari neceſſe non eſt.l.ſi uerò. §.j.cum gl.ff.qui ſatiſd. cog.et ideò notorium eſſe crimẽ ſufficit probari: licet crimen non probetur.d. Bal in marga.in uerſic.notorium.tertio ſingulari.

b ¶Lxiiij. quæro. Vbi tenet, quòd poſſit appellari ab interlocutoria, in qua iudex admiſit libellũ ineptum.

c ¶Aliter non.Vide in deciſio.Tholoſa.quæſtione cxj.

d ¶Vide Bar.Dicit enim do. Bar.in loco hic alleg.quòd quando exceptio ineſt ipſi obligationi, in pactis incontinẽti appoſitis, uel in pactis, quæ tacitè intelliguntur, tunc ſufficit hoc allegari in allegationibus.ſed quando exceptio non ineſt obligationi, ſed uenit extrinſecus, ut eſt exceptio pacti, poſteà facti, & omnis exceptio, quæ partiũ conuentione non uenit, ut exceptio metus, erroris, et huiuſmodi: tunc eſt neceſſe, quòd opponatur.

e ¶Supplere.Vide do. Odofr.Cynũ, Bar. & Bal.in l.j.C.ut quæ deſunt aduo.par. & ibi plenè per eos diſſeritur de huiuſmodi materia.

SVMMARIVM.

1 Donatio facta abſenti, notario pro eo ſtipulante, an ualeat.

2 Donatio facta abſenti inter uiuos, non ualet, niſi interueniente nuncio uel epiſtola.

3 Donatio confirmata morte, quo iure petatur.

QVAEST. CCXXII.

IN donatione cã mortis reqrĩt præſentia donatarii.l.ĩter mortuos.ff.de do.cã mortis.no.ar.in l.j.ff.eo.& per Io.Fa.inſt. de do.
1 §.j.Sed* quid ſi fiat abſenti, notario

tario pro eo ſtipulãte, an ualeat
dicta donatio, ut ex ea oriat a-
ctio & obligatio? Bar. uidet uel
le, ꝙ ſic, in l. tã is. in §. filiusfa. in
uer. q̃ro an iſta donatio cã mor
tis &c. ff. de do. cã mor. & credo
ꝙ bñ: qa licet donatio cã mor-
tis ſapiat naturã ultimæ uolũta-
tis, in plus tñ ſapit naturã cõtra-
ctus: iuxta ea quę legunt & notã
tur in l. ij. circa princi. ff. de dote
præle. Nõ ualidat ſtipulatiõe no
tarii. per l. nõ tm̃. de adopt. & l.
iij. ff. rẽ pupil. ſal. fore. & in §. cũ
aũt. inſti. de ado. & faciũt quę di
cunt Canoniſtę, in c. quãquã. de
uſu. li. vj. Prętereà, licet iuramẽtũ
adiectũ in donatione uel cõtra-
ctu inter abſentes factos abſque
miniſterio epiſtolę uel nũcii, nõ
firmet in ſe cõtractũ: tñ quo ad
obſeruantiã, ualet: ut tenet Hẽr.
de Bouẽco. in auth. ſacrã pube.
in ſua repetitiõe, ĩ materia cau-
ſæ fi. in prin. ibi, ſecũdò, etiã in-
fero ex ꝑmiſsis &c. Et ita fuit cõ
cluſum die xix. mẽſis Auguſt. M.
cccclix. in diffinitiõe proceſſus
Ioãnæ uxoris Arnulphi Rolãdi
agẽtis ex una ꝑte & Ia. Marro-
nis, & cõſortiũ ſuorũ ex altera ĩ
2 manibus Io. Albi. ¶ *Donatio, q̃
a fit abſenti ĩter uiuos, nõ ualet, [a]
niſi interueniat nũcius uel epi-
b ſtola. [b] l. nec ãbigi. C. de do. Et ſi
qs nõ ut nũcius, ſed motu ſuo ꝓ-
prio notificet donatario, adhuc
nõ ſufficit. ita no. gl. ĩ l. cõſenſu.
ff. de ac. & ob. & in d. l. nec ambi
gi. & in l. j. C. de cõtraht. emp. &
uen. in fi. & hęc eſt cõis doc. ſen-
tentia. Sed quid ſi hoc caſu in-
teruen iat iuramẽtũ? uide Hẽ. de
Bouẽco in dicta ſua repetitiõe.

¶ De ſtipulatiõe notarii in hac
materia: uide q̃ dixi plenè ĩ. q.
cccvj. & q. cccvij. & ſ. q. xlix. De
3 *donatione, q̃ cõfirmat morte,
quo iure petatur, an ut legatum,
uel ut fideicõmiſſum, uel quo iu
re? uide plenè Barto. in l. ex uer
bis. de do. inter uirum & uxorẽ.

a ¶ Nõ ualet. *Hoc ĩtellige, niſi dõatio facta abſenti uallata ſit traditione: ut ſentit gl. j. ĩ præal. l. nec ambigi. et ita ĩtelligitur dictũ do. Azo. in ſum. C. de do. in uer. cui poßit donari. & hoc expreßè uoluit do. Bal. quẽ omnino uideas. et do. Cy. in l. illud. C. de ſacroſanctis eccleſi.*

b ¶ Nũcius uel epiſtola. *Iſtud uerũ eſt, etiã ſi donatarius audito, quòd ſibi abſenti quid donatũ ſit, dicat hoc mihi placet: ut per d. Bar. in l. abſenti in prin. ff. de do. Ex quo elicitur, quòd ſi hoc dictũ fuißet ĩ præſentia, diceretur ꝑfecta donatio. Quod mihi notandum uiſum fuit propter ea, quæ habentur per docto. in l. ſi quis argentum. §. fi. C. de dona.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta patri per filium, ipſo patre authorizante, an ualeat.*

2 *Donatio cauſa mortis facta per filiumfamilias, alteri, quàm patri, quatuor requiruntur.*

3 *Donatio cauſa mortis ut confirmetur, an mors patris et filij requiratur.*

4 *Donatio cauſa mortis per filium, de authoritate patris facta, an poßit reuocari ſine conſenſu patris.*

5 *Licentia patris an requiratur ſpe-*

 cialis

cialis,uel ſufficiat generalis in donatione per filium.

QVAEST. CCXXIII.

ITEM in cauſa ſupra mentionata,fuit etiã dubitatũ,an ualeat*donatio cauſa mortis facta per filiũ patri,ipſo authorizãte. & fuit determinatũ ꝙ nõ: quia nemo in facto proprio põt ſibi authorizare.l.j. §. pupillus. & l. quod dixim⁹.& l.ſi ſeruus cõis. ff.de autho.tuto. & §.fi.inſti.eodẽ.& l.j.§.fuit quæſitũ.ff.ad Trebel.& facit cle.ſi una.de reb.ec. nõ alie.& l.quoniã.C.de excuſa. tutor.Et hãc opinionẽ tenuerũt gl.Dy.& Bar.in l.j.ff.de auth.tu. & Cyn.in l.ſeruũ.C.qui teſt.fac. poſ. quam opinionẽ etiã credo
2 uerã:qa nemo põt ſubiipſi donare.in §.itaq;.inſt.de donatio. & in l.ius dandi.ff.de tuto.& cu
2 ra.da.ab his.* Et circa hanc materiam ſciendũ eſt, ꝙ ad hoc ut donatio cauſa mortis facta per filiũfamiliàs alteri, quàm patri, ualeat,requirũtur.Primò, quòd patre permittẽte faciat.l.tam is. §.filiusfamiliàs.ff.de do.cã mortis.Secundò, ꝙ pater eiſdẽ nominatim & expreſsè cõcedat licentiã, ꝙ donet cauſa mortis. in l.eũ non ſolũ.§.filius autẽ.C. de bo.quæ liber.Idẽ tenet gl.in l.qui in poteſtate.ff.de teſt.& eſt in l.filiusfamiliàs. §. patri.ff.de do.& ibi caſus ſecundũ Bar.Tertiò, ꝙ permiſsio ſeu conſenſus patris præcedat:ut d.l. filius. §. patri. Quartò, quòd is cui donatur ſit præſens, aut notarius pro eo ſtipuletur:ut dixi ſ.q.præcedenti.licet ſecus ſit in homine ſui iuris exiſtente: quoniam tunc non obſtante abſentia peteretur,ut fideicõmiſſum. l.fideicommiſſa.in prin.ff.de legat.iij. quia nõ refert cum quo quis loquatur.lege, cum pater. §.donatio.ff.de legatis ij.Ita & ponit Bart.in d.l.tam is.in §.j.& facit quod not.per eum in lege hæredi.ff. de legat.ij.& per docto.in lege j. C. de donat.cauſa mortis.Quod tamen ſic in filio familiàs fieri non poteſt, cum teſtari nõ poſsit,neq; fideicommiſſum relinquere. & ſic à perſona abſente, cui donatur,non poteſt, ut fideicommiſſum peti.l. qui in poteſtate. ff. de teſta. & not.per glo. in d.l.tam his. §. primo. ¶ Sed poteſt hic quæri,
3 an*mors utriuſque, patris & filii, in donatione cauſa mortis confirmanda, requiritur. Dic ꝙ ſufficit mors filii. ita tenet glo. in lege, nec fratris.C.de do.cau
4 ſa mortis. & dic ut ibi. ¶ * Sed an donatio cauſa mortis per filium,de authoritate patris facta, poſsit reuocari ſine cõſenſu patris? uidetur ꝙ non: quia nihil tam naturale,&c.l. nihil.ff.de regu.iur.aliqui tamen tenent contrarium,per l. donatio.ff.de do. inter uir.& uxor. De hoc ſcripſi in notabi. meis in §. an dona-
5 tio &c.fol.clj. uerſo &c. ¶* Sed an ſpecialis licentia patris requiratur uel ſufficiat generalis licentia patris?glo.in dicta l.qui

in

in poteſtate. ff. de teſta. uidetur uelle quòd requiratur ſpecialis licentia: & quòd non ſufficiat generalis.

a ¶ Etiam credo ueram. *Iſtam opi. dicit eſſe magis communẽ & uerio rem d. Phi. Deci. in conſi. cclxxix. incip. placet mihi. col. ij. in ij. parte conſiliorum. Plures tamen docto. tenent contrariũ, quòd talis donatio ualeat: & præcipuè Ang. in l. j. § fuit quæſitum. hic alleg. quẽ Alex. ibi ſequitur poſt alios, quos ibi refert. & idẽ latè cõſuluit Alex. in conſi. cvj. incip. quo ad præſens quæſitũ. lib. j. ubi pro iſta opi. alleg. Oldr. conſuluiſſe in cõſi. xxvj. incip. pater cõſenſit filiæ donatæ. & dicit Pau. de Ca. in l. ſeniũ. col. ij. uer. ſed an pater. C. qui teſt. fa. poſ. ſe pluries conſuluiſſe, & pluries tenuiſſe, quòd ualeat talis donatio.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſari an poßit ſuper iuramento, de quo in c. quãuis. uide & nu. 2.*

3 *Hæres iurantis an debeat petere diſpenſationem iuramenti.*

QVAEST. CCXXIIII.

1 ITEM fuit dubitatũ in d. proceſſu, an ſuper iuramento, de quo in d. c. quãuis. pactum poßit & debeat diſpenſari. Archi. Inn. Dominicus de ſancto Geminiano. tenent quòd non, in dicto c. quamuis. per uerbum ibi in texr. omnino &c. Sed alii, ut Vinc. & Gof. tenent cõtrarium, in c. cum cõtingat. extrà de iureiur. ut refert Archi. in d. c. quamuis. quos ſequitur Hen. de Bouẽco in ſua repetitione. auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus uendi. in cauſa ſimili ibi. 2 Quintò dicitur, & alle. Pet. Iac. ita etiam tenere: uidelicet ꝙ ſuper dicto iuramẽto poteſt diſpenſari. & hanc partem credo ueriorem. nã uidemus quòd licet iuramentum ſuper cõtractu uſurario præſtitum, operetur ꝙ iurans teneatur ſoluere. ut in c. debitores. de iureiurando. tamẽ ſuper tali iuramẽto parte petẽte diſpenſatur. in c. per tuas. de uſu. Et ad idem etiam in filiofamilias, qui renũciauit Macedoniano, ſuper quo diſpẽſatur. Idẽ etiam in contrahente cum officiario contra legis prohibitionem: de qua in l. non licet. ff. de contrahen. emp. & uẽd. Cui etiã ſuper iuramento diſpenſatur. ut Bar. in l. ſi quis pro eo. in princ. ff. de fideiuſſoribus. ibi, quartò dixi &c. ſimiliter etiã de eo, qui renunciauit ceſſioni bonorum cum iuramẽto, cum quo etiam ſuper iuramento diſpenſatur: ut dicit Henr. de Bouenco in d. ſua repetit. in materia cauſæ finalis, circa medium. ibi, ſecũdò infertur, quòd in renunciatione ceſſionis bonorũ &c. Similiter etiã in donatione inter uirũ & uxorem, quæ firmatur in iuramento, quo ad obſeruationem iuramenti, ſecundũ Bar. in d. l. ſi quis ꝓ eo. & in l. Seius Augerius. ff. ad l. fal. Tamen ſuper tali iuramento uxore poſtulante diſpẽſatur, ſi cõſtet talem donationẽ fuiſſe factam uiro inſtigante, & promouente: ut dicit Henr. de Bouẽ. in d. ſua repe. in fi. In qntò dic

dicitur &c. Idem in alienatione fundi dotalis, in qua poteſt etiã diſpenſari ſuper iuramẽto aliquibus concurrẽtibus, uidelicet doli præſumpti, coniecturis. ut dicit ipſe de Bouenco.j.§. ſuper a eſt uidere de cauſa finali &c. uer.ſecũdò dicitur.&c.Et in uer. v.dicitur &c.Ibi,puto tamen(dicit ipſe de Bouen.) odio donatarii donationẽ ſibi fieri inſtigantis & promouentis. ſi uerò uel ex probabilibus coniecturis dicta ꝓmotio uel inſtigatio ꝓbaretur,quòd deberet ſuper iuramento diſpenſari, ut ibi dicit idem de Bouen.not.etiam Petr. 1 Iac.in tit. de conditio. ex lege. uer.quãdo. ideò fuit concluſum in dicto proceſſu poſſe diſpenſari ſuper iuramento,de quo in d. c. quamuis. ¶ Sed circa hanc

3 * materiam quæro an hæres iurãtis debeat petere diſpẽſationem iuramenti. Dic quòd non, qa diſpenſatio petitur & fit ꝓpter periculũ animæ.ſed in hæredem iurantis non trãſit iuramẽtum quo ad periculum animæ.ut no.Inno.& Hoſt.in c.ueritatis.extrà de iureiuran.Igitur poteſt agere hæres iurãtis abſq; diſpenſatione iuramẽti per de- 2 functum præſtiti:licet enim cano.contingat.de iureiuran.non dicat cõtractum, ſed confirmãdi tantummodò dicat iuramentum eſſe ſeruandum.tamen ipſe de Bouen.in d.ſua repeti.tenet, quòd contractus iuramento fir-

a matur, [a]etiam iure canonico,& quo ex tali contractu iuramento oritur actio cõtra iurantem, & eius hæredẽ.ar.in l.nã poſteà. §.fi.& l.ait prætor.§.fi.cum l.ſeq. ff.de iureiuran.

¶ Iuramento firmatur. *Adde quæ habentur & ſcribuntur* 5. *q.clxvj. & in apoſtil.ſeu additionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſari an poßit ſuper iuramẽto, in cõtumaciam partis citatæ. & n.2.*

QVAESTIO CCXXV.

VISO ergo ſi potuerit diſpenſari ſuper dicto iuramento,uidendum eſt ſi ualuerit diſpẽſatio dicti iuramẽti in dicto proceſſu producta.* & uidetur prima facie quòd ſic,cum in dicta diſpẽſatiõe iuramẽti fuerit Anto. Saluatoris pater dictæ Ioannetę, cuius intererat,debitè uocatus & in citatiõe perſonaliter apprehẽſus:qui licet nõ comparuerit, potuit nihilominus in eius contumaciam ſuper dicto iuramẽto diſpẽſari. & ualuiſſe uidetur, ut dicere uidetur Io.And.in addi.Spe.in ti.de iureiu.in iij. col. ibi ſummariè &c. Fuit tamen concluſum & determinatum in deciſ.d.proceſſus,d. diſpenſationẽ non ualuiſſe.Primò* ex eo,quòd in prima die ita fuit lata ſententia ſuper dicta diſpenſatione:& ſic præcipitanter ex eo obruto,quæ reddunt ſententiam nullam:ut not.Inn.in c. ij.extrà de in integ.reſti. & facit l.ij.C.de ſenten.ex bre.recit.ibi, nõ ſubditas,ſed liberatas &c. Secũdò,ex eo,quia talis diſpẽſatio iura

a iuraméti debuit fieri cũ cauſa [a]
b & cũ cauſę cognitione[b].ut uoluit gl.in c.non eſt.extrà de uoto & uoti redempti.quæ in ipſa diſpenſatione nõ interuenerũt, igitur &c. Et ſi dicatur,quòd nõ poterat de cauſa cognoſci:quia dictus pater citatus coram domino archiepiſcopo Viẽnæ cõmiſſario apoſtolico comparere noluit. Ad hoc fuit tũc in huiuſmodi deciſione per aliquos ex dominis parla.reſponſum,quòd dicta filia coram dicto domino cõmiſſario debuerat propoſuiſſe cauſam læſionis,& petere citari iteratò dictum eius patrem, uiſurum probationes fieri ſuper læſione talis quittantiæ: & ſuas probatiões facere in cõtumaciã dicti eius patris.& inde conſtito ipſi dño cõmiſſario de læſione poterat ipſe dominus cõmiſſarius ad ſuam ſententiam procedere, citato iteratò dicto patre, & tunc in contumaciã ſuper iuramento diſpẽſare. Et iſtud eſt, quod uoluit Ioan. An.ubi ſ.ita fuit tũc determinatum per dominos meos, nemine diſcrepãte.¶Et de materia diſpenſationis iuraméti, uide quæ dixi ſ. q. cxl. Tamen aduocati hęredum dicti Antonii Saluatoris ex alio capite dicebant dictam diſpenſationem iuraméti eſſe nullam: quià fuerat facta non præcedẽte peremptorio edicto, iuxta l. ad peremptorium.cum l. ſeq. ff. de iudi.Sed male dicebant:quia cum ipſe Ant. Saluatoris fuerit in citatiõe perſonaliter apprehẽſus:illa citatio perſonalis, habet uim perẽptorii:ut dicit Inn. in c.ad petitionẽ. [c] extrà de accu.¶De materia diſpenſationis iuramenti,plenè tractat Hen.de Bouen.in ſua repeti.auth.ſacramenta.& tetigi plenè in notab. meis.fo.ij.uerſo.

a ¶Diſpenſatio iuramenti debuit fieri cũ cauſa.*Vide quod dicit Spec. de l.ij.§.nunc oſtendendum.uer.xxiiij.ibi,prius tamẽ &c.& ibi,diſpẽſat etiam epiſcopus ex cauſa &c.*

b ¶Et cum cauſæ cognitione. *Vide ſuprà q.cxl.*

c ¶Inn.in c.ad petitionẽ. *In gl.ſua in uer.remouerit.& regimẽ in uer.ſi autẽ inueniatur.ibi,uel nihil reſpondet ,ſed tamen perſonaliter citatus non uadat.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an conualidet & confirmet in ſe cõtractum, ſiue pactum inter patrem & filiam.*

2 *Conditio tacita ſi res in eo.ſtatu permanſerit,ineſt omni contractui.*

3 *Vſura inficit contractum.*

QVAEST. CCXXVI.

ITEM fuit etiã in diffinitione dicti proceſſus * quæſitum,an
1 iuramentum conualidet & confirmet in ſe contractum ſiue pactum inter patrem & filiam. De quo in c.quamuis pactũ.de pac. li.vj.& in l.pactum dotali. C. de colla. adeò quòd licet ſuper iuramento quo ad effectum agẽdi,fuerit diſpenſatum, remanet
a pactũ ualidũ. [a]Et uidetur ꝙ tale pactũ non fuerit iuramento cõuali

ualidatũ: ne ius ciuile corrigatur: quia aliter ſcilicet ius canonicum immitteret falcẽ in meſſem alienam. Cum enim ius ciuile improbet dictum pactũ, in d.l. pactum.C.de colla.intelligitur etiam ſi fuerit iuratum, iuxta l.non dubium.C. de legi. & iſta ſunt uerba formalia do.Rapha. Cu.qui hanc opi. tenet expreſsè in l.ſi qs pro eo.in prin.ibi, tertius artic.ff.de fideiuſ.quã opin. d. Rapha.fortifico ultra eũ.Primò quia iuramentum ius commune non tollit.l. ſi ex falſis. C. de tranſac.& in l.ſi.C. de nõ nu.

2 pe.*Secũdò, quia in omni iuramento ineſt tacita cõditio, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. ar. in l.cũ quis.ff.de ſolu.& no. per

b Io.An.in c.debitores[b].circa fin. extrà de iureiu. Sed ſublato iuramento per diſpenſationem res nõ eſt in eodem ſtatu, igitur &c.Sed d.Bar.in d.l.ſi qs pro eo. in prin.ibi, quartò poteſt dici. tenet contrariũ, quòd imò tale pactum cũ ſit introductũ in fauorẽ filiarum, confirmatur in ſe iuramento, quem ſequuntur d.Io.de Imo.& Dñicus de ſancto Gemi. in d.c.quamuis.& Io.An.& doct. oẽs cõmuniter utriuſq; iuris. qa relaxatio iuramenti, quæ fit quo ad effectum agendi, eſt modici præiudicii: qa non nocet in aliquo parti in negotio principali, nec uinculo obligatiõis contractæ per tale iuramentum: ſecundum Alb.de Roſa.poſt Old. C.de uſuris.ſup rubrica in q.fin.

& Pe.de Anc.in d.c.debitorum. & Io.An.in addi.Spec.eo.tit.ſuper rubrica. Et ideò in dicto ꝓceſſu fuit concluſum, quòd poſt relationem iuramenti neceſſarium eſt agere ad reſciſsionem contractus ex enormi læſione, uel alia iuſta cauſa. Aliter non debet contractus ualidatus reſcindi, &c. Et in hac opi.fuerunt d.Io.Bauilli, & Io.de ſancto Germano aduocatus.ſed ego ſuper hoc dubitaui: quia cum iuramẽtum per diſpenſationẽ ſit ſublatum, remanet cõtractus nullus,[c] c per d.l. pactũ quod dotali. ideò nõ uidetur neceſse agere ad reſciſsionem contractus, cũ remaneat nullus.¶ De diſpenſatione iuramenti ſuper contractu uſurario uel alio modo præſtito, tãgit d.An. Siculus dictus Barbatias, in l.acutiſsimi.C. de fideicõmiſ.in ſua repet.& ibi inter *cętera ipſe dicit, quòd ſi quis iuret 3 ſoluere uſuram, quòd illud uerbum uſura, inficit contractum, & non eſt neceſſaria diſpenſatio. De diſpenſatione iuramenti, tãgit etiã Hẽ.de Bo.in auth. ſacra. pub.C.ſi aduer.uend.in ſua rep.

a ¶Remaneat pactum ualidũ.*Vide d.Pan.in c.cũ cõtingat.in viij. col.in uer.ſed ultra ꝓdicta.extrà de iureiu.*

b ¶No.per Io.An.in c.debitores. *Adde pulchram gl.& ibi concordãtes in c.quemadmodum.in uerſ. conditio.extrà.de iureiuran.*

c ¶Remanet cõtractus nullus.*Hoc uidetur uerum, ſecũdum diſtinctionem, quã facit d.Pan. ubi s. in prealle.*

ctte.uer.ſed ultra prædicta.ibi, unde poteſt ſic diſtingui &c.ueruntamen in caſu iſto id locum demum uendicare uidetur, ſi renunciatio facta ſit patri per filiam ob meritũ uel reuerentiam:quia tunc non ualet obtenta abſolutione à iuramẽto. d.Bal.in l.pactũ.in uer.uenio ad q.C.de colla.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ renũciauit bonis paternis, an debeat certiorari de beneficio. l. pactum dotali.C.de coll. ut cum iuramento ualeat ea renunciatio & quittantia.*

2 *Iuſtitia, una eſt ex comitibus iuramenti.*

QVAEST. CCXXVII.

1 PLVS dixi in deciſ. dicti pceſſus*, ꝙ ſi præmiſſa ceſſarent, quòd dicta Ioanneta, quæ mediante dote quittauit patri bona paterna, cõtra diſpoſitionem d.l.pactũ dotal. C.de colla. & non fuit certiorata per notariũ nec per aliũ tempore dictæ quittãtiæ de beneficio dictæ legis, quòd non ualuit dicta quittantia. quia non potuit renũtiare iuri, quod ignorabat.ut tenet gl. in auth. quomodo oporteat epi.& cler.ad ordines produ. §. igitur.in gl. ſuper uerbo, interroga.col.j.& facit l.fi.ff. ad Vellei.& l.mater.ff.de ĩoff.teſt. maxime, quia mulier ignorat iura. Nec iuramẽtum hoc caſu ignorantes ligat, cum nõ trahatur ad incognita.l.fi.C.de non nu.pec. & l.fi.ff.qui ſatiſda.cogan. & ita dicere uoluit gl.ſup.uerbo, mẽte.in c.ad noſtram.lo iij.extrà de iureiur. aliter, ſi diceretur iuramentum extendi ad incogitata, eſſet uinculum iniquitatis, ꝙ nõ eſt dicendum:ut.c quanto.circa medium.extrà de iureiur.nec in 2 eo eſſet* iuſtitia, quæ eſt una ex comitibus iuramenti. xxij. q. ij. c.animaduertendum.quia iuramentum ueritatem, iuſtitiam & iudicium continere debet[a].xij. q.iiij.c.innocens.§.quod autem. & poſuit glo.noſtra in auth. qđ eis.C.de nuptiis.Prætereà, iuramẽ.ciuilem & æquam interpretationẽ recipit, ne quis immoderatè lædatur.l.ſi libertus.§. libertus.ff. de operis libertorum. c.ueniens. & c. quanto. extrà de iureiur.& no.Bar.in l. ſocietate. §.arbitrorũ.ff.pro ſocio. Et fui aliquo tempore durante uiſitatiõe dicti proceſſus in hac opi. Sed poſteà uidi Dominicum de ſancto Gemi. qui tenet cõtrariũ poſt Arch.in d.c.quamuis pactũ. quòd non requiratur quòd filia certioretur in caſu d.c.per tex.q ibi indiſtinctè eſt intelligẽdus, ſi filia certiorata uel non. ita ibi tenẽt ipſi. & facit rõ ultra ꝑ eos ad hoc, quòd quis præiudicet ſibi per iuramentum, nõ requiritur quòd ſciat:quia ſufficit iurari ſuꝑ facto.l.ſi duo. §. idẽ Iulia. de iureiur.& ſi duo. §.ſi qs iurauerit.eo.ti, ut cõſuluit Bar.ut refert ipſe in l.ij.C.de reſcin. uen. de hoc etiam ſcripſi in no.meis. in §.iij.l.ſciẽdum &c.fo.lxvj.&c. uerſo. & ita ſecũdùm eorũ opi. fuit concluſum in diffinitione dicti

di proceſſus Ioannetæ uxoris Arnulphi Rolandi diffiniti in manibus Ioannis albi ſecretarii Delphi. in curia parlamenti de menſe Decembris, M.ccccl xj.

a ¶ Cõtinere debet. *Scilicet ut omnino ſit licitũ.ut per do.Pan.in præal.c.cum contingat.in vj.col. in uer. ix.quilibet poteſt dari.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ circa bona paterna & materna, extendatúrne ad ea, quæ pater perdidit conuolando ad ſecunda uota.*

2 *Filij & filiæ qui renunciauerunt bonis paternis, an poßint ad ea regreſſum habere. diſting.*

QVAEST. CCXXVIII.

Ex dicto ꝓceſſu fuit alia orta quæſtio, uidelicet an di-
1 cta* Ioanna, quæ quittauit bona paterna, cum iuramento, poſsit petere id quod dictus Antonius Saluatoris eius pater perdidit, poſt ea conuolãdo ad ſecunda uota, iure diſponente. ut in lege fœminę. §. illud. C. de ſecundis nuptiis. quod ius locum habet nõ ſolum in muliere, imó etiam in uiro: ut ibidẽ tenet gl. quam ſequitur Salycet. & communiter doc. Et credo quód ſic, pro eo quod talis quittantia ſeu renunciatio non extenditur ad id quod pater perdidit ſua culpa. ita dixit Bartolus in authen. a hoc amplius. in quæſtione pe-
a nulti. ᵃ ibidem formata hæredibus qui hæreditatem diuiſerunt. C. de fideicommiſsis. ita etiam determinat in l. qui Romæ. §. duo fratres. in fin. primæ oppoſitionis. ff. de uerbo. oblig. & allegat l. qui cum tutoribus. ff. de tranſactio. Attento etiam, quód filia de hoc non cogitauit ideó ad hoc non porrigitur quittantia. l. mater. ff. de inoffici. teſta. nec etiam iuramentum. l. fi. ff. qui ſatiſdare cogantur. & l. fina. C. de non numerata pecunia. cum ſimi. Et ita fuit concluſum in deciſione dicti proceſſus in præcedenti quæſtione
2 mentionati. ¶ * Quæro iuxta præmiſſa, filia quittauit cũ iuramẽto, & ſic eſt excluſa á ſucceſſione patris, an filii ex ea poſſint regreſſum habere. dic ſecundum Bar. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. aut liberi ueniunt ex perſona ſua propria, & tunc poſſunt. Aut uolunt uenire ut hæredes matris, & tunc non poſſunt, ut ibi plenius per. Bart. & uide Pet. Hely. in l. ſi unquã. C. de reuocã. donatio. in ſua repetit. ¶ Item quæro, an filia quæ quittauit, computetur in numero liberorum, ut faciat partẽ in legitima, licet nõ admittatur ad partem? dixi ſ. q. ccxcv. ¶ An filia quæ quittauit cum iuramento, debeat in aliquo inſtitui per patrem in teſtamẽto, ut teſtamẽtũ ualeat: dixi plené in d. q. ccxcv.

¶ Quæſtione penul. *Voluit alleg. quæſtionem ultimam. Ipſe autem dominus Barto. loquitur in alijs terminis, tamen optimè poteſt induci pro deciſiõe huius quæſtiõis. ad quod etiam facere uidetur dominus Hely. Profect*

Profectò nec multum facit dicta quæſtio Cy. in hoc caſu. ſi hæres non uult obedire præcepto teſtatoris infra annum, debet priuari hæreditate: quæ peruenit ad alios nominatos, in illa authent. hoc amplius. quòd ſi alij nolint acceptare hæreditatẽ, an remaneat apud hæredem inobedientem. & reſpondet, quòd ſic. & non multũ facit illa quæſtio ad quæſtionem noſtram. ſufficiant tibi rationes et iura, quæ adducit præſens author.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula generalis, uel ex alia cauſa de præſenti, uel de futuro.*

2 *Quomodocũq;, & qualitercũq; uſus.*

QVAEST. CCXXIX.

SED quid ſi in dicta quittantia ſuprà mentionata fuiſſet adiecta ſequens clauſula, uidelicet, quæ ſibi competere* poſſent iure legitimæ ex teſtamento, aut ab inteſtato, uel alia quacunque cauſa. An dicta filia petere poſſet id quod dictus Ant. Saluatoris eius pater cõuolando ad ſecunda uota, perdidit obſtante dicta clauſula, uel ex alia quacunque cauſa, &c. & poſſet dici, ꝙ non, pro eo, quia de ipſo beneficio cenſetur cogitaſſe, ſaltem generaliter, & hoc ſufficit. l. duos. §. colonus. & l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Et facit bene ad hoc, quod ponit Bartol. in l. rem maioris pretii. C. de reſcin. uen. in quæſt. quæ incipit, quæro quid ſi minor iurauit, &c. Fuit tamẽ in diffinitione proceſſus determinatum contrarium, quòd imò dicta Ioanna potuit uti beneficio dictæ l. fœminæ. in §. illud. & petere portionem quam dictus eius pater perdiderat cõuolando ad ſecunda uota. ratio, quia illa generalis clauſula, ex alia quacunque cauſa, &c. intelligi debet ex cauſa de præſenti, & non ex cauſa de futuro. ut no. Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obligat. De* dictione, quomodocũq;, & qualitercunq;, uide quæ ſcripſi in notabilibus meis in dicto §. quandoque. De filia quæ quittauit bona paterna ſalua legali echeuta, uide quæ dixi ſuprà quæſt. cxcij.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum ſuorum appellatione, intelligantúrne etiam extranei. uide & num. 2. & 3.*

QVAEST. CCXXX.

PETRVS Saluatoris donauit dicto Ant. Saluatoris eius patri, & ſuis hæredibus omnia eius bona donatione cauſa mortis. * quæritur an appellatione ſuorum hæredum, contineantur tantummodo ſui, qui in poteſtate ſua ſunt? & uidetur quòd ſic, per §. ſui. inſti. de hæredum qualitate & differentia. & in l. ſuis. ff. de liber. & poſthum. & in l. j. §. extraneum. C. de rei uxoriæ act. Contrarium credo [a] in hoc caſu, quòd imò contineantur omnes, quicunque ſunt hæredes, ſiue ſint in poteſtate, ſiue ſint extranei: quia materia eſt indifferẽs. ergo tranſitoria ad quoſcunque hæredes. ut not. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebell. Si enim

 eſſet

eſſet materia feudalis tunc appellatione ſuorũ hæredum,comprehenderentur ſolũ filii ſui.gl. & Dyn.in d.l.ex facto.§. per ea, quæ habentur.in c.j.§.& ſi clientulus.de aliena.feud.& per Bart. in l.iuriſiurãdi.in §.ſi liberi.ff.de operis libertorum.Dicuntur etiã ſui ex parte mulierum.C.de priuilegio dotis.l.j. & l.fi.C.qui po.
a in pign.hab.*Sed in materia iſta indifferenti dico,quòd appellatione ſuorum hæredum, intelligitur de ſuis hæredibus quibuſcunque. Et facit quod habetur per Barto.in l.liberi libertæq;.C. de operis liberto.& ita fuit con-
b cluſum & determinatũ[b] in diffinitione d.proceſſus. Aduertendum tamen ad ea quæ dixi ſuprà proximè in materia feudali:quia in materia feudali appellatione ſuorum hodie de conſuetudine generalis præſentis patriæ Delphi. ſecundum quã conſuetudinẽ feudalia ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, continẽtur omnes hæredes etiam extranei, ut dixi ſuprà quæſt.lix. niſi infeudatio alter ſe haberet, ¶Et de hac materia,uide quæ dixi infrà quæſt.ccccl viij.& q.cccvj.

a ¶Contrariũ credo. *Et bene:quia hoc ſatis importat ſubiecta materia, ſecundum quam uerba ſunt intelligenda l.ſi uno. in princip. & ibi.d. Bart.ff.locati.talia enim ſunt ſubiecta,qualia prædicata permittũt.extra de decimis.dudum. gloſ.fin. do. Oldr.conſil.lxxx.*

b ¶Determinatum. *Contrariũ pro determinatione curiæ facit in argu. quòd legitur.& not.in cap.dignitatem.in §.ad hæc.de præbend.& dignita.lib.vj. & ibi domi.Cardi.qui in primo not.notãdo,dicit quòd uniuerſale adiectum uni ſpeciei,non includit aliam.Clauſula enim generalis bene comprehendit aliam, quam expreſſam: ſi ſunt eiuſdẽ generis,uel conditionis,non alterius ſeparati & diuerſi,maximè ſi ſunt grauiora,aut ſi ſumus in materia reſtringibili:ut colligitur ex ſcriptis dom.Cardi.ubi ſupra.uerſiculo opponitur, quòd per illa uerba.*

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ renũtiauit bonis paternis, uideatúrne etiã renũtiaſſe fraternis.*
2 *Renũtiationes à iure prohibitæ, non recipiũt interpretationẽ extenſiuam.*

QVAEST. CCXXXI.

FVIT etiam in diffinitione dicti proceſſus* dubitatum, 1
an renuntiatio facta per filiã patri, cum iuramento, dum nuptui tradebatur, extendatur ab bona fraterna. Hãc quæſtionem plenè diſputauit pro & contra Bart. in l.ij.§.illud.ff.de hæredita. uel act.uend.Et finaliter tenet,quòd talis renuntiatio bonorũ paternorũ & maternorũ non extenditur ad fraterna.[a] & ita etiã in
a ſequendo opinionem Bart. fuit concluſum in diffinitione dicti proceſſus. Et hoc uerũ, maximè ſi tempore quittantiæ fratres uiuebant. quo caſu nõ poteſt talis renuntiatio extendi ad futuram ſucceſsionẽ.l.ſi ita ſit ſcriptũ. §. ſi ſub cõditione.ff.de leg.ij. & ff. de

de acqui.hæred.l.qui ſuperſtitis. & l.is,qui.C.de pactis.l.fina.tales
2 enim * renuntiationes,quæ ſunt à iure prohibitæ,non recipiunt interpretationem extenſiuam.l. quod verò.ff.de legi.&c.

a ¶ Non extenditur ad fraterna. *Pro hoc bene facit,quòd filia dotata non obſtante renũtiatione,etiam iurata,& promißione de non petendo amplius, poteſt petere bona materna.ita conſuluit dominus Bartol. ut ipſe refert in l.ut iuſiurand. §. ſi liber. in ultima colum.uerſicu.quæro,pater inſtituit filiam.ff.de operis libertorum.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionis ſpes an poßit alteri cedi ante conditionis euentum.*

2 *Fideicommißi remißio quibus uerbis fiat.*

3 *Fideicommißum non agnitum, an tranſmittatur.*

QVAEST. CCXXXII.

DICTA Ioanna uxor Arnul. Rolãdi dum nuptui collocabatur,fecit pactum de non pe-
1 tendo,* & quittauit Anton.fabro eius puer pro dote ſibi cõſtituta certa iura ſua, & cætera omnia & ſingula iura omnéſque actiones ſibi competentes & competituras in bonis Matelinæ eius auiæ maternæ,ſiue quæ competerent ſibi & competere poterant nunc uel in futurum ratione legitimarum legatorum inſtitutionis uel ſubſtitutionis. Ex quibus quæſitum fuit in deciſione dicti proceſſus,an ualeat dicta quittantia reſpectu ſubſtitutionis ſibi competentis ex teſtamento dictæ ſuæ auiæ,cum tempore dictæ quittãtiæ non fuiſſet locus ſubſtitutioni in perſonam ipſius Ioan.ſed ex poſt euenerit. Et uidetur ꝙ non ualuerit: quia ſubſtitutio quæ nondum cõpetit, extra bona nulla eſt. ut in l. ſubſtitutio.ff.de acquir.rerũ do. In contrarium quòd ualuerit dicta quittãtia etiam reſpectu dicti fideicommiſ. facit:quia quis poteſt renuntiare iuri ſuo. ut in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. & remittẽtibus actiones ſuas nõ datur regreſſus ad eas.l.ſi quis. §.aream.ff.de ſol.l.quæritur.§.ſi uenditor.ff.de ædil.edict.poſito quòd dicta ſubſtitutio tempore dictæ quittantiæ locum non habuiſſet, per ea,quæ leguntur, & not.in l.j. C. de pactis.maximè, quia ex tenore inſtrumẽti dictæ quittantiæ dicta Ioanna reperitur fuiſſe certificata & certiorata de teſtamento dictæ auiæ. Ex eo, quòd ipſa Ioanna quittando & remittendo dictam ſubſtitutionẽ, & bona ex ea ſibi competitura à dicto ſuo patre ſibi reſeruauit centum florenos, in d. teſtamento auiæ legatos Angel. in quibus ipſa Ioanna fuerat dictæ Angelinæ ſubſtituta,ꝙ ſufficit ad ueriſimiliter coniecturandum ipſam Ioannã de dicto teſtamento auiæ ſuæ,& contentorum in eodem fuiſſe certioratam,ut dicit Bar.in l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de uerbo.oblig. in iij.q.circa mediũ.ibi,niſi pro-

betur aliud ex quo præſumatur, ut quia legata ſoluit uel cum legatariis pactus eſt,&c. Attēto iuramēto per eam præſtito, per ea quæ dicit Ioannes Ferrarii in titu. forma libelli, quo agitur ut pacta ſeruentur. in gl. ſuper uerbo, pro iuramento firmitatis. Et ita quòd dicta Ioanna uideatur remiſiſſe dicto ſuo patri ius dicti fideicōmiſsi: fuit deciſum & iudicatum per dominos meos parlamenti in concluſione dicti proceſſus diffiniti de mēſe Decembris, M.cccclix. in manibus Ioan. Albi. ego tamē fui tunc in contrariam opinio. per ea quæ dicit Barto. in d. §. duo fratres. in quæſt. quæ incipit, quintò quæ-
2 ro. pone in diuiſione dictū* eſt, remiſit unus alteri in parte ſua omne ius præſens ſiue futurum ex teſtamento ſeu ab inteſtato, iure fideicōmiſsi, uel alio quocunq; modo: an hæc uerba ſufficiant ad remiſsionem fideicommiſsi, &c. & ibi determinat quòd
a non. a¶*Sed an fideicommiſ-
3 ſum nō agnitum tranſmittatur? gloſſ. dicit quòd non. ſicut nec hæreditas non adita. in l. à teſtatore. in fine. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. cum filio. ff. de leg. j. facit l. in cauſæ. la ſecunda. §. idem Pomponius. ff. de minoribus. & ubi ſubſtitutus non trāſmittit ius ſubſtitutionis ad hæredem: ſi fideicommiſſum ante conditionis euentum poſsit remitti alteri. uide l. mulier. §. ex aſſe. ff. de iure doti. & Bart. in l. à teſtatore. ff. de condi. & demon. & uide dictā l. ſubſtitutio. ff. de acquir. rer. dom.

a ¶Determinat quòd non. A*duerte, quòd aliud eſt remittere ius fideicommiſsi conditionalis, id eſt, renuntiare tali iuri: aliud eſt remittere, id eſt, cedere huiuſmodi ius. in primo autem caſu intelliguntur & habent locum iura primo loco inducta. in ſecundo uerò caſu uendicant ſibi locum in contrarium allegata. & hac colligi poßunt ex his, quod ita dicit dom. Ioan. de Ferra. in forma libelli, quo agitur. at pacta ſeruan. in gloſ. in uerſic. pacta. in quinta columna. uerſicu. deinde notandum eſt. iunctis his, quæ tanguntur per domi. Barto. in l. is poteſt. in princ. ff. de acquiren. hæred. & quæ habentur & notantur per gloß. & docto. in §. ex condi. inſtit. de uerb. obliga. Vel dic aliter, ut colligitur ex ſcriptis do. Odof. Cyni, Bartol. & Bald. in l. prima. C. de pactis. ubi etiam per omnes habetur, quòd fideicommißum ex futuro euentu pendens poteſt per pactum remitti. ſed in cauſa quæſtionis præſentis fuit pactum, ergo &c. Præterea uerbum remittere, eſt aptū includere pactum & ſimplicem renuntiationem. in dubio præſumitur, ſiue accipitur pro pacto, ut res melius ualeat. ita dicit formaliter do. Bal. in præalleg. l. j. in ij. col. in uerſi. ij. oppon. ibi, ex hoc not. C. de pact. quod autem dicit do. Bart. in præal. §. duo fratres. in uerſi. quintò quæro eſt curiæ. utique in alio caſu, uidelicet quo dictum fuit iure fideicōmiſsi ſimpliciter, nō adiecto, ex quo teſtamento.*

mento. & ſic non ualebat remiſſio: quia etiam quo ad intellectum non poſſunt dici inſpecta & cognita uerba teſtamenti, quod requiritur. ut d. l. his. ff. de transact. l. j. § j. ff. quemadmodum teſtamen. aperiant. & l. fi. C. de iureiur. ſed hæc ſaltē quo ad intellectū fuerūt cognita & inſpecta, per illa uerba, uidelicet in bonis maternæ, eius auiæ maternæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Literas gubernatoris Delphinatus frangentes, qua pœna puniantur.*

QVAEST. CCXXXIII.

ALIQVIS fregit malitioſè literas patentes à domino gubernatore Delph. emanatas & ſigillo regiminis Delphi-
1 nalis ſigillatas. * Qualiter debeat puniri? uidetur quòd pœna
a quingentorū aureorū. [a] l. ſi quis. circa princi. ff. de iuriſdict. omn.
b iudic. & etiam pœna falſi. [b] l. hodie. in princip. ff. ad l. Cornel. de falſis. & ita not. per Dy. Iſta quæſtio fuit dudum in facto tunc de priore ſancti Donati: qui certas literas à domino gubernatore emanatas fregit in ſcamno magni conſilii Grationop. xxij. menſis Martii, anno domini, M.cccc. xlj. de qua fractione fuit contra eum ſupplicatum in curia parlamenti. & recepit informationes Ioannis Botuti ſecretarius Delph. Sed non fuit determinatum: ſed qualiter puniatur falſificās literas domini noſtri Delphin. uel domini gubernatoris: uide quæ dixi, infrà quæſt. ccccl v. & qualiter puniantur acta falſitatis: uide infrà quæſt. ccxlv. De illo qui remouet literas iudiciales à manu ſeruientis: uide quæ dixi infrà quæſt. cccccl xxix.

a ¶Quingentorū aureorum. *Vel uerius quinquaginta: ut inſtitut. de actio. §. in pœnales. uel forte arbitraria, prout ibi ſentire uidetur do. Ioan. Fabri in gloſſ. erat enim in fin. d. Ang. tenet primū, ut ibi in gl. albo.*

b ¶Etiam pœna falſi. *Et hoc uerū, ubi aliquid mutuauit uel auxit, uel diminuit: ſecus ſi totum amouiſſet uel deleuiſſet: ut dicit do. Ioan. Fabr. in præallegat. §. pœnales. in gloſſ. uel poſitum ſuſtuliſſet.*

SVMMARIVM.

1 *Delphinatus dominus, an poſſit locum tenentem conſtituere.*

QVAEST. CCXXXIIII.

DOMINVS Delph. creauit locūten. domini gubernatoris Delph. uidelicet dominum de targe in abſentia domini de gaucort tunc gubernatoris. & ſimiliter remoto dicto domino de targe nobilē Aymarū de claromonte, & ipſo domino Aymaro mortuo creauit locūte. do. Chalanconis: etiā de tēpore do. Lud. de Laual gubernatoris Delphi.
1 *an tales locumtenētes habeant poteſtatem ac ſi forēt à domino gubernatore cōſtituti & creati?
a dic ꝙ ſic, [a] ut ponit Bar. in l. j. §. hi. ff. de leg. iij. & ita uidi obſeruari tēporibus dictorū do. de targe, nobilis Aymari de claromōte, & d. mōtis Aynardi. Similiter etiā uidi fieri hoc anno currente domini, M.ccccl ix. ꝙ præfatus d.

Ludo.de laual gubernator Del- 1 phina.ſibi aſsiſtētibus ſpectabilibus uiris dominis parlamenti dedit & conceſsit iudicaturam Graynoſdani ad duos annos, do.Io. moleti legū doc.& fecit a locūte. formatū do.iudicis do. Franc.chanterelli legū doctorē ad media uadia, & iura dictæ iudicaturæ:prout facere potuit. ut dicit Bar.ubi ſ.&c. De locumten. iudicis,facit mentionem Baldus in authētica, licet nouo iure.C. de ſeruis fugitiuis.

a ¶ Dic quòd ſic. *Iſtud probari uidetur per arg.à maioritate rationis: quod in iure eſt ualidum.l.j.in princip.ibi,multomagis.C.de rei uxo.ac. ſi enim do. Delphi.poteſt creare gubernatorem,quod eſt maius,poteſt à fortiori creare locumte. gubernatoris,quod eſt minus:id nimirum quod in maiori conceditur,licitum eſſe uidetur in minori.c.per uenerabilem. extrà qui filij ſint legiti.tu tamen lector hîc notabis, quòd locumtenens factus à principe habet idem imperium,quod is,cuius uicē gerit. Secus ſi ab eo delegatus fuerit, cuius locū tenet. Nā princeps poteſt committere merū imperium, prout uult.*C. *qui pro ſua iuriſdictio.l.j.in fi.uerūtamē unus locum tenens non poteſt facere aliū locū tenētē. ita no.d.*Bal.*in l.ſi incertus.in §. à perfectis.ff.de lega.ij.*

SVMMARIVM.

1 *Incarceratus ſi appellet, non debet detineri.*

QVAEST. CCXXXV.

SI quis incarceratur, & appellet,non debet detineri,ſecundū dominū *Fran.de Zaba.qui hoc ponit in cle. frequens. circa prin.in vj.q.de exceſsibus prælatorum.Sed contrariū uidetur,ꝙ imò debeat detineri,per l.eos.§. penult. [a] de appel. & facit quod no. Inno. in c. ut famæ. extrà de ſent.excō. Sicut dicitur de appel. ab interlocutoria:iuxta determinationē c.non ſolū.de appel.lib. vj.Ita tenet Bal.in l.ij.C. de epiſ. audi.Et hæc ulti.pars ſeruatur de ſtylo, & conſuetudine omnium curiarū præſentis patriæ Delph.

a ¶ §.pe. *Voluit allega.* §. *ſuper his. in l.eſt. qui eſt antepenul.dicta l.*

SVMMARIVM.

1 *Incarceratus iam poſt menſem, an poſsit appellare.*

QVAEST. CCXXXVI.

a ¶Opinio doctoris releuat ab expēſis.*Adde d.Bar.in l.in bonorũ. ff.de bo.poſ.d.Bald.in auth.genera. iij.col.in uer.ex prædictis apparet.C. de epiſc.& cle.d.Alex. in l.auris.qui admit.ad bo.poſ.poſſunt.& d. Car. in clem.ſit nimis abſurdũ. iiij.col. in uer.quartò quæro. ibi addũt aliqui. xj.priuilegium de magiſtris. & not. in c.ut debitus honor.extrà de appel. Et iſtud intellige uerũ,niſi talis opinio ſit reprobata cõmuniter ab alijs docto.dominus Card.in clemen.ij.in princip. de ele. uide etiam ad prædicta l.iij.§.ſi rem.ff.de legat.iij.& ibi docto.& l.properandũ.§.ſinautem. & ibi dominus Bald.ff. de iudi. & do.Bar.in l.ſi quis inſiciatus.ff. depoſi.& uide ad materiam ſuprà q.cj. in §.prætereà.in uerſi.ſi fuerunt, tamen.& do.Alex.in addi.ad do.Bar. in præalleg.l.in bo.*

b ¶Io.Fab. in proœ.inſti.in ca.fin. *Voluit allegare domi. Io.Fab.in præludio ſuorum commētariorum in ij. col.in §.item eſt attendeudus.in uer. hoc hortor, quòd non ſis opinionum inuentor.& uide quod not. de offic. præfect.præt.l.j.§.his cunabulis.et l. ij.in fin.de cuſt.reo.De hoc etiam tetigi j.q.ccccxiij. quia tunc non recordabar,hic ſcripſi,&c.*

SVMMARIVM.

1 *Homo an poſſit ſe obligare ad pugnĩ amputationem.*

2 *Membrorũ ſuorũ dominus nemo eſt.*

QVAEST. CCLXXVIII.

1 AN homo* poſſit ſe obligare ad pugni amputationē, ut ecce quidam delatus promiſit & iurauit confiteri ueritatem: & caſu quo contrarium reperiretur , uoluit quòd pugnus ſibi amputaretur,uel manus abſcindatur : reperitur quòd non fuit cõfeſſus ueritatem:nunquid debet ſibi pugnus amputari?Credo

a quòd non: [a] pro * eo, quòd ipſe

2 talē obligationē facere non potuit,cũ ipſe nõ ſit dominus membrorũ ſuorũ.l.liber homo. la j.ff. ad legē Aquil.iuncta l. ij. & l. iij. C.ſi res aliena pig.data ſit.& facit l.ſi quis.§.fin.ff.de pe.l.omne delictũ.§.pe.ff.de re mili.& audiui,ꝙ aliàs caſus euenit in perſonam Franc.Petilionis,ciuis quondam Grationopoli. qui talem fecerat ſubmiſsionem.

a ¶Credo quòd non. *Facit:quia talis obligatio uidetur eſſe contra bonos mores,& ſic nõ ualet.c.ſi. extrà de pact.etiã ſi foret iurata,ut in regula,non eſt obligatoriũ.de regu.iur. in vj. quod enim fit contra bonos mores,non arctat. Patet quia talis dicitur homicida ſui, & Dei conditioni inimicus.ut l.v.§.ſi quis abſciderit.*

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia lata contra homines alicuius ciuitatis, an noceat eorum ſucceſſoribus.*

QVAEST. CCLXXIX.

a SENTENTIA [a] lata repe-
ritur, centum anni ſunt, elapſi a
1 contra habitatores * alicuius ca-
ſtri uel loci, pro domino talis ca
ſtri uel loci. Nunc dominus mo
dernus uult ſe iuuare tali ſenten b
tia contra habitatores moder-
nos, qui dicũt quòd non ſunt hæ
redes prædeceſſorum habitan-
tium: nec eorum bonis ſucceſſe-
runt. ideò talis ſententia eis ob-
eſſe non debet tanquàm res in-
ter alios iudicata. lege ſecunda, c
tertia, & fi. C. quibus res iudicata
b non nocet. Contrarium credo, [b]
quòd licet prędeceſſores deceſ-
ſerint, ſucceſſores repræſentant
defunctos, & faciunt eũdem po-
pulum: ſic quòd populus moder
nus cenſetur idẽ populus. textus
notabilis in lege proponebatur.
circa medium, digeſtis de iudi-
c ciis. Quod facit pro quæſtione [c]
quam habuerunt domini Deca-
nus & capitulum beatæ Mariæ
Grationop. contra homines her 1
beſii ad cauſam decimarum: qui
dicebant ſententiam contra ho-
mines Herbeſii latam anno M. a
ccccvij. eiſdẽ obeſſe nõ debere:
cum non ſint hæredes nomina-
torum in ſententia: quia imo no
cet, cum moderni faciant eun-
dem populum, & defunctos re- b
pręſentant, & fuit concluſum &
ſententiatum in hac curia par-
lamenti de anno proximè lapſo currente domini, M.cccclviij. An ſententia lata contra unum ex mercatoribus, ſuper ſolutione pedagii, noceat alii? uide infrà, q.cccccclix.

¶ Sententia. *Tu uide de hoc quæſito iſtum, conſil. clxxj. incipien. circa materiam nu. iiij. uerſi. ſicut & licet alij condelati.*

¶ Contrariũ credo. *Pro hac opinione fortiter facit tex. in l. ſicut municipij. in §. in decurionibus. ff. quod cuiuſ. uni. no. & ibid.* Bal. *qui hanc quæſtionem format in terminis. in uerſ. in text. ibi, ſunt ergo. iuncto uer. idem dicen.*

¶ Pro quæſtione. *Hanc quæſtionem formaliter tangit & decidit ubi, ſuprà.*

SVMMARIVM.

1 *Spurio poſſitne quid relinqui a patre.*
2 *Liberi qualiter ſuccedant parẽtibus.*
3 *Spurij an ſuccedant matri, ſi non ſit illuſtris.*

QVAEST. CCLXXX.

TITIVS coniugatus ex mu
liere ſoluta: unum habuit
filium maſculum, cui in teſtamẽ-
to quoddam caſtrum legauit:
1 * moritur teſtator ſine liberis na
turalibus & legitimis fratre ſuo
hærede uniuerſali inſtituto, utrũ
a talis filius dici debeat ſpurius [a]
credo quòd ſic, ut ponit Bar. in l.
fi. ff. de his quibus ut indig. Sed
an poterit & debeat habere di-
ctum caſtrum ſibi legatũ? uidetur
b quòd [b] non. & de hoc eſt caſus
in ca. tanta eſt. extrà qui filii ſint
legitimi. iũcto di. Hoſt. ibidẽ. qui
ſuper

ſuper uerbo aliã.in d.c.adiecto. dicit & exponit aliam, etiã eſſe ſolutam.pro qua expoſitione fa cit gl.in §.ſunt perſonæ. inſti.de c nuptiis. in vj. caſu ibidẽ inſerto, 3 dicit quòd habens uxorem, cum alia cõtrahere nõ poteſt, obſtan te primo matrimonio. Et ita ſequitur ꝙ filius ex muliere quãuis ſoluta ſuſceptus, eſt de numero illorũ,qui ſuccedere nõ poſſunt. pro hoc facit bene in authẽ.quibus mod.natu.effi.ſui.§.pen.col. vij.& quod no.per Sal.in l.j.C.de cõcubinis. Et ita uidi iudicari in hac curia parlamẽ. de anno domini M. ccccxxxix. in cauſa baſtardi Valẽ.cui Aymarus Comes quondã Valentinẽſis,eius pater naturalis legauerat in ſuo teſtamẽto caſtrũ nouum Dalmacen.

2 *Qualiter liberi ſuccedũt parentibus in materia huius queſtiõis? dic ſic: quia quidã ſunt legitimi tantũ, ut adoptiui uel arrogati: alii legitimi & naturales, ut nati ex uero matrimonio,nõ ficto. hi ſuccedunt,ſcilicet legitimi tantũ & legitimi & naturales parẽtib⁹ ſuis in omnibus bonis.C.de legi ti.hęre.per totũ.& C.de ado.l.cũ in adoptiuis. Alii ſunt naturales & nõ legitimi:ut nati ex cõcubinis:& hi ſuccedũt in duabus unciis ab inteſtato.C. de natura.li- a beris. authen. licet patri. & hæc quãdo pater nõ habet alios libe ros:nec parentẽ ſeu coniugẽ le- b gitimam. Alii ſunt ſpurii, ut ex adulterino uel inceſtuoſo coitu uulgò cõcepti.ff.de ſta.ho.l.uulgo.& hi in nullo ſuccedũt. ut di cta authenti. licet patri. nec aliquid debent habere in bonis pa tris.[c] ut C.de inceſtuoſis nuptiis. l.ex cõplexu.Succedũt*tamẽ ma 3 tri,ſi non ſit illuſtris: quia mater ſuccedit eis.C.ad Orfi.l. ſi qua illuſtris.uide extrà q filii ſint legitimi.c.tãta.An imperator poſsit legitimare natũ ex dãnato coitu? Dic quòd ſic, ſi dicat nõ obſtãte auth.ex cõplexu.C. de inceſtuoſis nuptiis.ita dicit Saly. d. auth. ex cõplexu.uide canoni.in c.per uenerabilẽ.extrà q filii ſint legitimi.ſed Bar.in l.fi.in fi.C.ſi cõtra i⁹ uel utili.publicã.tenet ꝙ ſufficit ꝙ princeps dicat,nõ obſtãte aliqua lege quæ in cõtrariũ loquatur. & iſtud ſufficit: quia eſt ſpecialiter loqui.iſta ſunt uerba Barto.ubi ſ.& pro tãto ſtylus cãcellariæ curiæ Romanæ ſolet dicere, nõ obſtãtibus quibuſcunq; cõſtitutionibus apoſtolicis,per quos effectus præſentium literarum poſsit impediri. De hac materia uide per Io.An.in nouella.in ca. j.de exceſsibus prælatorũ.& Petrum Iaco. in rub. de ſtatu curia. ubi dicit ꝙ ſufficit certa ſcientia.cum nõ obſtãtia generali,uidelicet nõ obſtante aliqua l. De baſtardis tetigi j.q.cccccIxxx.

a ¶ Dici debeat ſpurius. *De hoc uidetur text. in l.uulgò conce. ff. de ſtat.homi.*

b ¶ Quòd non. *Vide ſuper hoc diſputam ponit d. Are.in ſ.li.de legi. cog. ſucc. §.uulgò quæſitos, quæ eſt breuis & bona diſt.*

In

c ¶In bonis patris. *Imo nec in bonis matris: ut tenet dom. Odo. in prae alle auth. licet patri. uer. quia ſegniori ſuper iſta auth. & hoc uerum, ut ibi dicit: quia eſt talis coitus, quae accuſari poteſt. & glo. in §. nouiſſime. inſti. ad ſenatuſconſult.*

SVMMARIVM.

1 *Creditoris electio eſt in executione iudicati, ut capiantur mobilia & immobilia praepoſtero etiam ordine.*

2 *Executionis iudicati forma.*

QVAEST. CCLXXXI.

IN ſtatuto Delphin. dudum M. ccccliij. & die. ij. menſ. Iunii. facto per Maniſ. uirũ, d. Gaufredũ lemengre dictum Boſsiquault, tunc gubernatore praeſentis patriae Delphin. & per alia ſtatuta antea p olim gubernatores Delphina. facta,* ita ad executionẽ rei iudicatae in actione perſonali debebant debitores primo requiri, de bonis pignoribus ſuis indicãdis, & inde expectari per diem naturalem.* & lapſa die naturali ſi non indicabant debitores, eorũ creditores lapſa die naturali poterant capere de bonis debitoris. primò de mobilibus, ſi reperiebantur, deinde de immobilibus, iuribus, cẽſibus, & actionibus ad electionem creditorũ. Sed pro acceleratione praedictae executionis, ad euitandũmque maiores expenſas, fuit ſtylus in dicta curia parlamenti Delphin. introductus, & obſeruatus ab anno domini M.ccccl. citra quod abſque dicta requiſitione de pignore, creditor poteſt facere pignorari debitorẽ de bonis ſuis mobilibus uel immobilibus, cenſibus, iuribus, & actionibus ad ipſius electionem abſque dicta requiſitione, & non obſeruato iuris ordine. de quo in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Et ad hoc ad perpetuam rei memoriam duxi hoc ſcribendum die xiij. menſis ſeptẽbris. Et de materia executionis ſententiae, uide quae dixi ſuprà. q. ccxv. & infra q. ccсxxix. & q. cccccclxvij.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta & uaſallus an teneantur domino de damno per eos illato in re emphytheuticaria uel feudali.*

QVAEST. CCLXXXII.

SI emphyteuta uel uaſallus * deterioret rẽ feudalẽ [a] uel emphyteuticariam, tenetur domino de tali damno ſeu deterioratione, per l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fiſci. & l. forma. §. ſi uicem. ff. de cenſ. & l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſoluto matrimonio. & ibi per Bart. iuncta l. quamquàm. §. j. ff. de aqua plu. arcen. Et ita tenere uidetur Spec. in titu. de locato. §. nunc locato. uerſi. xj. quaeritur. in fin. Sed quid ſi dominus petat commiſſum, an emphyteuta uel uaſallus poſsit petere melioramẽta? uide quae dixi infrà q. ccccxxxviij.

a ¶ Deterioret rem. E*mphyteuta deteriorans rem emphyteuticam, cadit à iure ſuo. auth. qui rem. & ibi do. Bal. C. de ſacroſan. eccle. in ij. not. Et hoc eſt uerum ſecũdũ eundẽ* Bal. *ibid*

ibidem tribus concurrentibus, ſcilicet, quòd deterioratio ſit notabilis. Item quòd ſit perpetua. Item quod ſaltem deterioratio proceſſerit leui culpa deteriorantis.

SVMMARIVM.

1 *Decimator an poſſit prohiberi fructus efferri fundo, ante ſolutam decimam.*

2 *Animæ noſtræ qualiter abſoluantur, ſi non ſoluamus decimas.*

QVAEST. CCLXXXIIII.

EXACTOR decimarum poteſt facere inhiberi domino fundi, ne fructus exportet*,[a] niſi eo uel eius nuncio preſente. pro quo facit l.ij. ibi ſub effectu curialium &c. quando & quibus quarta pars. lib.x. iuncta l.non ſolum. ff. de rei uen. Nam poſtquam habet partem in fructibus, ratione decimæ: ergo & in fundo: quia fructus ſunt pars fundi. in l. fructus. ff. de rei uē. in reg. cōmuni, potior eſt conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. cōmuni diui. Et quod ipſe decimator uel nuncius eius debeat intereſſe, probatur. ff. de procu. l. Paulus. & in l. ſuſcepta. §. j. ff. de inoffi. teſt. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. ſi perluſorio. ff. de appel. & in l. ſi parentes. ff. de eui. & de re iudi. l. de unoquoque. & C. de ar. tu. & l. fi. ita etiam tenet Specu.[b] in tit. de deci. uerſi. ulti. quæritur &c. ubi dicit, quòd ſic hodie faciunt iudices quandò agitur de fructibus alicuius fundi. Et etiā hoc anno currente domini, M. cccclix. obſeruauit hoc curia parla in cauſa decimarum dominorum de cap. beatæ Mariæ Grationo. quia domini prædiorum uolebāt gerbas bladorum à fundis extrahere, & portare in domibus eorum, inſciis dictis dominis de capitulo: ita quòd ipſi domini de capitulo fraudabātur de multo, in eorum decimis, ob quod fuit appunctuatum, quòd in herbis & in prędiis, antequam gerbæ extrahantur, decimæ ſoluantur eiſdem. * Quæro circa 2 hoc, qualiter animæ noſtræ abſoluentur, ſi non ſoluamus decimas. Reſpondeo, quod malè: ſecundum glo. in cle. j. de uſuris. Aduertendum tamen ſecūdum Thomam de Aquino: ut refert Archi. in xvij. q. vij. in c. maiores. quòd animæ eorum, quæ non ſoluerunt decimas, non ſunt in uia damnationis, ſi non petantur à curato uel ab illo cui debentur. Sicut uidemus, in ſimili, dicit Ioann. And. in capit. per uenerabilem. qui fil. ſint legi. quod ſaluantur animæ Regū, & principum, qui non obediunt imperatori:[c] quia imperator ab eis non petit ſubiectionem, tutius tamen eſſet ſoluere: uel cum eis componere pro decimis, ſecūdū glo. in d. c. j. De materia decimarum &c. ſcripſi ſuprà. q. cclxvij.

a ¶ Ne fructus exportet. *Vide de hoc iſtum, conſi. xx. inci. ex proceſſu. do. Archid. nu. j. uer. ad primum. ibi, & quòd gerba.*

b ¶ Tenet ſpecul. *Qui plene tractat hanc quæſtionem, & arguit pro parte*

parte negatiua,& tādem concludit pro parte affirmatiua:ut hic.et adde do.Ioan. Andr.in additi.eiuſdem Spec.ibidem in uerſi.de rei uen.non ſolū ubi dic.Ala.& Gratia.ſic conſuluit Io.de do.& Albe.Pa.ſic iudicaſſe.Quin etiam dicit Specula.ubi ſuprà,quod decimæ portari debētur ad domum eius,cui debentur, alleg. not.xvj.q.j.reuertimini.prope princi.plus dicit ibidem, quòd decimarius potuit ingredi ſundum,ut recipiat decimas, etiam inuito domino. alleg.C.de pact.c.fin.de Iudæis.cap. nemo.

c ¶Imperatori.*De poteſtate & iure Imperatoris,uide in c.nouit.deinde in additio. dicti Barbatij, circa princip.capituli.*

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quòd non ſoluantur, aut minus plenè,an conſuetudine poßit introduci.*

2 *Decimale ius an poßit à laicis præſcribi.*

QVAES. CCLXXXIIII.

a
1 AN cōſuetudo[a] poſsit inducere,quòd decimæ nō*ſoluātur:uel ꝙ minus plene ſoluātur?
b Inn.dicit[b] quòd non,in ca. in aliquibus,extrà de decimis, & allegat c.quicūque, xvj.q.vij. ita etiam tenet & not.gloſ.expreſsè in d.c.in aliquibus. ſuper uerbo,cōſuetudo eſt,quòd detur xiij.pars uel minor,talis con-
d ſuetudo[d] non ſufficit,niſi à Papa eſſet approbata:quia non ualet conſuetudo,quæ abſq; mortali peccato ſeruari non poteſt, quantuncunque longa:ut in c. quoniam omne.de præſcr.Nam tales bonam fidem habere non poſſent:quia de iure diuino talis decima debetur:ergo nec cōſuetudo locum habere poteſt: ut dicit d.gloſ.iſtud ibidem tenet Io.And.in c.ij.extrà de deci. lib.vj.& ibi recitat opin.Theologorum,& eos reprehendit:ut in cle.ij.de iudi.in cle.& ibi etiā no.per eum,idem ibidem d.c.ij. tenet Guil.de monte Lauduno,
2 qui expreſsè*ponit,nūquam ius decimale à laicis poſſe præſcribi,& ibi ponit modum,per quē recuſantes ſunt monēdi. Et iſta eſt communis opin. Cano. tamen dō.Hoſt.in ſum.in titu.de dec.poſt multa,quæ ibi dicit circa hanc materiam,dicit quòd licet decimæ à laicis non poſsint præſcribi,quota tamē bene præſcribi poteſt.& ita generalis cōſuetudo in hac patria Delphi.in locis circumuicinis ſe habet, & ita etiam ſecundum talem conſuetudinem uidi iudicari in curia officialatus Grationo.& etiā determinari in hac curia parlamenti in multis & diuerſis cauſis, quæ in materia poſſeſſorii ibidem uentilabantur.De materia decimarum, uide quæ dixi infrà q.cclxxxviij.

a ¶An conſuetudo. *An & quando ſolutio decimarum tollatur cōſuetudine uel præſcriptione,uide poſt omnes do.Feli.in c. cauſam.in prin.de præſcrip.*

b ¶Inno.dicit.*In gloſ.ſua.in uer.conſuetudinē.& in c.ſignificauit.in glo.*

B *ſu*

ſua perſoluuntur de parochia alij parochiæ. Adde glo.j.quacunq; cognouerit.xvj.quaſtio.vij.& ibi do.Archiepiſc.in uer.& dic.as.& do.Goſ. in ſumma.tit.de deci.in §.item nunquid longa conſuetudo.& do.Pan. in c.in aliquibus.ſuper gloſ.fin.circa princip.ibi,alij.

c ¶ Talis cõſuetudo. *Magnũ enim dubium eſt,in iure,utrũ ualeat conſuetudo ſeu præſcriptio diminuens quotam decimarum:indubitatum, quæ exiſtit,quod conſuetudo alterãs modum dandi eas,ualeat:ſecundum do.Card.conſi.cxlvj.notum ſit uniuerſis.ita referente do.Feli.extrà de præſcrip.in c.cum ex officij.in v.col. in §.limita primò.*

SVMMARIVM.

1 *Caſtellanorum Delphin.iuriſdictio. an poßit prorogari de conſenſu partium.*

2 *Procurator an poßit ſine ſpeciali mãdato,iuriſdictionem prorogare.*

3 *Caſtellani an poßint mulctare.*

QVAEST. CCLXXXV.

STATVTO præſentis curiæ Delphi.cauetur quòd caſtellani habeant cognitionem uſq;
1 ad lx.ſolidos.*contingit,ꝙ partes litigando coram caſtellano prorogant tacitè uel expreſsè eius iuriſdictionem de maiori ſumma,an poſſit talis proroga-
a tio[a] fieri,& ſententia inde ſecuta ualeat? Sal.dicit quòd ſic,per multas rationes in l.certas rationes.C.quãdo prou,nõ eſt neceſ. & facit text.in l.de qua re.§.j.ff. de iudi.& ita uidi in iudicando ſeruari in curia parlamenti, licet iudices inferiores quãdoq; iudicent cõtrariũ ad inſtigationem firmariorum curiarum,ut eorũ emolumenta amplientur.
2 *An ꝓcurator ſine ſpeciali mãdato poſſit iuriſdictionem prorogare? Inno.in c.de cauſis.extrà de offi,dele.& Pau.de Caſt. in ſua repeti.l.j.ff.de iudi.circa finẽ,dicunt quòd nõ.
3 An*caſtellani poſſint mulctare? dic ꝙ nõ. caſus eſt expreſſus in l.ij.§.fi.ff. de iud.licet cõtrariũ ſeruent caſtellani Cabeoli mõtis alqueri ſancti Boneti,& plures alii caſtellani præſentis patriæ Delph. ut ſcripſi infrà q.cccccxxvj.

a ¶ Talis prorogatio. *Quot modis ſit prorogatio,do.Barto.& Paul.de Ca.in l.ij.§.fi.ff.de iud.Per quos autẽ caſus uel modos dicatur fieri,do. Bart.& alij.in l.ſi conuenerit.ff.de iur.om.iu.& in quibus caſibus poſſit prorogari iuriſdictio:& in quibus caſibus non.doc.in l.ij.C.qui pro ſua iur.& in c.pe.& gl.de off.dele. & de hac materia,uide Spe.in ti.de compe.iud.adi.§.j.uer.quid ſi Deo ſequen.& titu.de excep.& replica.§.iiij.uerſi.item nota.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an habeat iuriſdictionẽ, ante præſentationẽ ſuæ cõmißionis.*

2 *Delegatio ſuperueniens an retrotrahatur:ut cõſirmet proceßum uel ſententiam illius,qui proceßit ut iudex delegatus.*

3 *Delegatus eſt maior ordinario, in cauſa ſibi commißa.*

4 *Delegati iuriſdictio an perpetuetur per citationem.*

Qua

QVAEST. CCLXXXVI.

IVDEX delegatus ante præ-
ſentationem ſuæ commiſsiõis
1 nullam habet*iuriſdictionem[a]:
a ſecundũ unam opi.quam ponit
Inn.in c.ex conqueſtione.in gl.
magna.uer.ſi autẽ nõ præſentaſ
ſet.extrà de reſt.ſpo.quã opi.ſe-
quitur Hoſt.& alii doc.ibidẽ. &
ideo inquit Bald.in l.eũ qui.iiij.
q.ff.de iur.om.iud.ꝙ iudex de-
legatus debet eſſe cauſa, ut fa-
ciat inſeri in actis præſentatio-
b nẽ[b]ſui reſcripti antè, quàm ad
aliquos actus ꝓcedat:& ita ob-
ſeruabã tempore,quo reſidebã
in magno concilio præfati do-
mini noſtri Delph.dum ipſe re-
ſidebat in hac patria Delphi.in
cõmiſsiõibus,quæ ab eo & eius
cancellaria mihi dirigebantur.
& de qua præſentatione Spe.fa
cit unũ tit.expreſſum & ſpecia-
lẽ,uidelicet,de reſcripti præſen
2 tatiõe. ¶Sed*an[c]delegatio ſu-
c perueniens retrotrahatur, ut cõ
firmet proceſſum uel ſententiã
illius,qui proceſsit ut iudex de-
legatus?Dic ꝙ nõ,ut not.gl.or-
di.& ſingularis.in l.inſtar.C.de
iure fiſci.lib.x.ff.de iudi.l.licet.
& no.Cy.poſt Pet.de bella per-
tica.in l.j.C.qui pro ſua iuriſ.in
iij.q.& Inno.in c.prudentiam.in
gl.magna.extrà de offic.deleg.
imo licet delegatio præcederet,
& nõ eſſet exhibita & præſenta
ta,ut ſuprà dixi,eius præſenta-
tio ſubſequẽs, nõ retraheretur,
nec cõfirmaret ꝓceſſum,& ſen-
tentiã præcedentẽ ipſo iure nul
la:ut no.Bal.in d.l.eũ qui.in iiij.
q.qđ eſt notabile.& eſt ratio,qa
delegatus ante præſentationem 1
ſuæ commiſsionis nullam habet
iuriſdictionem : ut ſuprà dixi.
3 ¶*Delegatus in cauſa ſibi com
miſſa,maior eſt ordinario.in c.
ſignificaſti.& c.ſanè.& c.paſto-
ralis.in princ.& §.quia uerò.de
offi.deleg.Sed quales ſint effe-
ctus,uide ibidem,enumerantur.
4 ¶Sed*an per citationem perpe
tuetur iuriſdictio delegati? dic
quòd ſic:ut tetigi infrà q.cccc-
lxxxviij.Item citatus per delega
tum nõ tenetur comparere, niſi
in citatione ſit inſerta eius com
miſsio:ut dicit Bar.in l.ſi quis ex
aliena. ff.de iuriſ.om.iudi. Item
dicit Hoſtiẽ.in c.prætereà.extrà
de dila.

a ¶Iuriſdictionem. *Iſtud tenet Spe. in tit.de compe.iudi.ade.§.uiſo. uer. nam eoipſo.*

b ¶Præſentationem. *Quàm etiã fieri procuret citationem,ne per aduerſarium fortè ſecundùs literas impetrantem,& prius citari facientem, ualeat præueniri:non enim quo ad hoc ſufficit ſola reſcripti præſentatio,niſi impetrati ſubſequatur citatio,ſecundum Spec.ubi ſupra, uer. ſi uerò plures.ibi,& fine more.*

c ¶Sed an. *Item an ſuperueniẽtia iuriſdictionis in delegãte,ualidet delegationem,antè ab eo factam:uide domi.Fel.in c.cum ex officij.col.xvj. poſt med.uer.octa.concluſio.*

SVMMARIVM.

1 *Campſor an quilibet propria autho ritate eſſe poſsit.*

B 2 Camp

1 *Campſoris officium in q.. o ſtet.*

QVAES. CCLXXXVII.

1 VTRVM quilibet poſsit* pro ſua uoluntate eſſe campſor; & cambium tenere? gl. uidetur dicere, ꝙ ſic[a], in l. quidã. a
§. nummularios. ff. de eden. ita dicit glo. poſita in d. §. nũmularios. Mercator dicitur qui negociationem exercet quęſtuariam, ex qua aliquid quæritur, l. mercatores, C. de conuer. & mercatoribus. ita diffinit Bart. in leg. ſeruis. in prin. ff. de leg. iij. Negociator eſt nomẽ generale, & cõpræhendit omnia præmiſſa. l. legatis ſeruis, in prin. ſuprà alleg. Et quia officium campſoris conſiſtit in mercando, emendo, & uendendo, ipſe poteſt dici mercator. & argẽtarius, ſumitur pro
b cãpſore[b]: ſicut ponit exẽplũ gl. in uerſ. decurrit. in d. §. nummularios. Et idem dicendũ uidetur 2
c in nũmulario[c], qa ſumitur etiã pro cãpſore. ita dicit gloſ. j. in l. 2 prætor. in prin. ff. de eden. præ- 3 ſupponendo ibidẽ, ꝙ d. §. nũmularios, loquatur de cãpſoribus. & tales nũmularii olim tẽpore. ff. eligebantur publica authoritate. d. l. argentarius, ut in princ. & 1 fortaſsis uſque ad certũ numerum, ſicut dicitur in medicis in l. parabola, C. de epiſ. & cler. licet hodie quilibet eſt campſor a pro ſua uoluntate: ut dicit glo. j. di. §. nũmularios. & maximè in 2 hac patria Delph. in qua omnes mercatores & alii pro libito uoluntatis tenent bancas cambii tã de iure, per ſuprà alleg. quàm de inueterata conſuetudine. qꝺ ſecus eſt in regno Franciæ: ubi nullus audet bancam cambii tenere, niſi authoritate regia: & contrarium facientes acriter puniuntur.

a ¶ Quòd ſic. *Idem tenet d. Odof. in l. quædam ſunt perſonæ. in princ. in uerſi. ordi. Signori. ff. de eden. & propterea hodie nõ ſtatur eorum rationibus niſi contra ſeipſos: ut uoluit d. Odof. ubi ſuprà.*

b ¶ Argẽtarius ſumitur pro cãpſore. *Vide do. Bal. in rub. C. de fid. inſt. in viij. col. uer. reuertor ad primum.*

c ¶ Nũmulario, *Argentarius & nũmularius uidentur differre, ſicut genus & ſpecies. nã argentarius, eſt de argẽto tantũ dando, & recipiẽdo: & hoc inducit ipſum nomen argenti: ut per gl. in l. prætor. ff. de eden.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus ſpoliatus decimis, an poſſit petere ſe in integrum reſtitui.*

2 *Repetendi ius, quid requirat.*

3 *Laici hodie poſſident decimas ex tolerantia prælatorum. & quo iure. nume. 4.*

QVAES. CCLXXXVIII.

1 VTRVM laicus ſpoliatus decimis,* poſſit petere ſe in integ. reſtitui. Io. gloſator decreti dicit ꝙ non, xiij. q. j. c. j. ubi ſic dicit: laicus nec repetere poteſt: qa ea poſsidere nõ poteſt[a]. a
extrà de reſcr. c. cauſam. Ad hoc
2 *enim ut quis repetere poſsit aliqd, requiritur ꝙ fuerit in poſſeſsione iuris, uel facti. extrà de reſti. ſpolia. c. ex parte. unde non ſuffi

ſufficit probare ſpoliationẽ,niſi probetur ꝙ poſſederit.c.cõſultationibus,extrà de reſti.ſpo.Et hanc opi.uidetur tenere Io.Andre.in c.ad decimas.de reſt.ſpo. b lib.vj.Idem tenet Henr.Bohic.in c.quamuis, extrà de deci.idem Archi.in ſuo roſario.in d.ca.j. xiij.q.j.Sed Bart.Brixi.ibidẽ tenet contrarium, quòd imò laicus poteſt petere reſtitutionem aduerſus ſpoliationem decimarum: quia(dicit ipſe)uidemus ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem eius,quod de iure poſsidere nõ poteſt:ut in reſtitutiõe cõſanguineæ.in c.literis. extrà de reſti.ſpo.Item ſeruus petit reſtitutionem rerum domini abſentis,quas de iure non poteſt poſſidere.l.j. C.ſi per uim uel alio modo.Itẽ uxor poteſt repetere a res donatas ſibi a uiro,ſi ſpoliata eſt,quarum dominiũ habere nõ poteſt.ff.de ui & ui arma.l.j. §.deiicitur. Item habens plena beneficia,repetit alterũ,ſi fuerit b ſpoliatus.& tamen de iure illud nõ poteſt poſsideri cũ aliis. c.re
3 ferente. extrà de præb. Cũ*laici hodie poſsideãt decimas.ex tolerantia prælatorum:& ex infeudatione,aut aliàs ex donatione 1 eis dudũ ſeu eorũ, prædeceſſoribus facta in Lateraneñ.concilio,de quo infrà dicam:qui pro ptereà ueniũt reintegrãdi, cum latro reſtituatur.c.cũ in literis. a extrà de reſt.ſpo.Ita dicit dictus 1 domi.Bart.Brixi. ſecundũ cuius opi.pluries uidi iudicari in hac curia parlamenti in pluribus & diuerſis cauſis,in materia poſſeſſorii decimarum in eadẽ curia uentilatis:ſi autẽ talis laicus non haberet tit.[b] ut prædixi, tũc ipſe laicus ſpoliatus non integraretur,per dictum ca.ad decimas.de reſtitutio. ſpolia.libro ſexto. cùm ius commune facit
4 contra eum, ut ibi.* An autem decimæ poſsint aliquo iure à laicis poſsideri: uide Ioan.Andre.in ca.cum apoſtolicas.extrà de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capi.& ita refert de Lateranenſi. concil. quod fuit M.clxxix.factum ab Alexandro Papa.¶Et de hac materia decimarum, uide quæ dixi ſuprà quæſtione cclxxxiij.& quæſtione cclxvj.

¶Poſsidere nõ poteſt.*Et hoc intellige procedere in confeſsione decimarum facta poſt Lateraneñ.concilium:ſecus ſi ante:ut legitur & no. in c.cauſam.de præſcrip.*

¶Non haberet tit.*Cauſatum ante Lateranenſe concilium:quia hodie decimæ laicis in feudum concedi à perſonis eccleſiaſticis uel ſecularibus nõ poſſũt:ut prædicto c.cauſam.*

SVMMARIVM.

1 *Bonorum paternorum diuiſio, qualiter facienda inter fratres.*

2 *Inſtrumenta diuiſionis bonorum inter fratres,penes quem cuſtodienda.*

QVAEST. CCLXXXIX.

SVNT duo fratres[a] bona pa 1 terna*communitèr habẽtes, & tenentes,qui uolũt deuenire ad diuiſionem bonorũ, qualiter

liter debeat fieri talis diuiſio? Poſſet dici, ꝙ forte deberet fieri talis diuiſio, iuxta l. iij. circa prin. C. cõmunia de legatis. Sed credo aliũ modum fore tenendum, uidelicet, ꝙ antiquior fratrum faciat diuiſionẽ, & iunior a
b eligat[b], p tex. in c. j. extrà de parochiis. in antiquis. & ibi ita tenent Hoſti. & Io. An. Item tenet Bald. in l. ſuus quoq;. ff. de hęredi. inſti. & ita etiã ſeruat inueterata conſuetudo huius patriæ: prout uidi fieri tẽporib⁹ meis & ſemper audiui à maioribus meis ita fuiſſe hactenus obſer-
2 uatum &c. * Sed penes quẽ remanebunt inſtrumenta communia cuſtodienda? Dic ꝙ penes antiquiorem, per l. fi. de fide inſtrum. & tenet do. Martinus de Laude doct. nouiſſi. in tractatu ſuo de primogenitura.

a ¶ Sunt duo fratres. *Circa hanc diuiſionem & multiplices alias diuiſiones inter fratres fiendas, uide per do. Petr. de Vbal. in tractatu ſuo de duobus fratribus. in iiij. princip. ſub quæſtione ix. & ſequen.*

b ¶ Eligat. *Vide ar. in §. j. uer. itaque per. ſe. inſti. de ſatiſda. tuto.*

SVMMARIVM.

1 *Circa, dictio, qualiter ab actore uſurpetur in ſuis articulis et poſitionibus.*

2 *Circa, dictio, incerta eſt.*

QVAESTIO CCXC.

LIBELLO oblato, & lite conteſtata, actor in ſuis ar-
1 ticulis uel poſitionibus* nõ deducit quantitatem expreſſam & petitam in libello: ſed ſubiungit uerbum, circa, dicendo, ponit ꝙ debet centũ uel circa, non probat niſi de quadragintaquque. utrum excuſetur à pluri petitione, propter uerbũ, circa, in poſitione ſubiunctum? credo ꝙ non[a]: quia ſicut petitio debet eſſe clara. l. ſi in rem. ff. de rei uen. in authen. de teſt. imperfectis. in prin. col. viij. ſic & detractatio. l. hæredes palã. §. j. ff. de teſt. ideò dicit Bar. ꝙ pars poſſet detrahi renunciãdo illi parti expreſsè: ſicut poteſt toti liti renunciari. l. poſtquã liti. C. de pac. pro hoc inducit ipſe Barto. l. j. C. de plus peti. ibi, ſi quidem ante inchoatam litẽ eum pœnituerit: uel ueritatem cõfeſſus fuerit & c. quæ
2 *tamen renunciatio expreſſa & clara non fit per uerbum, circa, quod eſt de ſe incertum: ut l. qui duo prædia. ff. de ſerui. ruſti. & c. cupiẽtes. circa finem. extrà de de elec. lib. vj. ita dicit Bart. in l. edita. C. de eden. in quæſtione quæ incipit, hoc prǽmiſſo. prope finem. Et ita uidi pluries in hac curia plamẽti determinari.

a ¶ Quod non. *Etiam, quia dictio, circa, importat parum plus, uel parum minus. per gl. in uerſi. minus. in l. Publia Menia. ff. depo.*

¶ *Adde quod do. Ab. in c. fi. de deſp. impu. dicit, quòd ſi teſtis dicat: talis eſt circa xij. annos: uel talis poſſedit circa xij. annos, quod talis teſtis non probat certum & determinatum tempus. uide eundem Abb. ibi.*

SVMMARIVM.

1 *Bonorum mobilium, præſentium & futur*

futurorum appellatione, non comprehenduntur debita.

2 *Rerum appellatione, an contineantur iura, & actiones.*

3 *Bona præſentia & futura, an poſſint obligari.*

4 *Bona futura poſsintne uendi.*

QVAEST. CCXCI.

APPELLATIONE bonorum mobilium, præſen-
1 tium, &*futurorum, non cõpre-
a hendũtur nomina,[a] hoc eſt, debita. ita dicit Bart. in l. j. C. ſi aduer. tranſ. in l. quintus. ff. de aur. & argen. leg. & in l. centurio. in iij. q. prin. circa fi. ff. de uulga. & pupil. idem Spe. in ti. de fruct. & intereſſe. in §. j. uer. ſed pone. & Pe. Iac. in ti. de actione ex teſtamento. Et dixi j. q. ccccxcix. Hinc eſt, quòd dixi donationem omnium bonorũ, mobilium & immobilium, præſentium & futurorum ualere: quia ſic donãdo, poſteà poterit donans de debi-
b tis[b] ſuis teſtari: & ſic non habebit hæres nomen hęredis in uanũ. ꝙ per hoc ſubmouetur contrarium, quod poſſet fieri de l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obli. cum ibi not. per
2 Bar. ¶* Sed an appellatione rerum mearũ contineantur iura & actiones: dixi quæſt. cccclxxxiij.
3 ¶* Sed poſtquam ſumus hic in materia diſpoſitiõis bonorum futurorum, quęro an bona pręſentia & futura poſsint obligari: & ſic in obligatione generali ueniant bona futura? text. ꝙ ſic in l. fi. C. quæ res pig. oblig. poſ. exceptis tamen iis, quæ ueriſimiliter non eſſet obligaturus ſpecialiter. ita dicit gloſſ. in d. l. j. C. quæ res pig. oblig. poſ. quod ſecus eſt in dona. uel uen. in quibus non ueniunt bona futura: ut l. ſi ita. ff. de au. & arg. leg. & ibi plenius per Odoſ. & doc. ¶ Sed
4 nunquid* bona futura poſſunt uendi? dic ꝙ ſic, per tex. in l. ſi in emptione. §. j. ff. de cõtrah. emp. & uen. ¶ An in legato bonorũ mobilium & immobilium, ueniant nomina: uide quæ plenè dixi j. quæ. ccccxix. ¶ Et uide de hac materia j. q. cccclxxxiiij.

a ¶ Nomina. *Tu uide de hoc, quod ſcripſi poſt iſtum, in deciſione cccclxxxiij. in uerſiculo, an appellatione bonorum.*

b ¶ De debitis. *Quinetiã & de alijs bonis teſtari poteſt donator omnium bonorum, præſentium et futurorum: niſi traditio in donatione acceſsiſſet, ſecundum Bald. in auth. ſed cum teſtator. j. col. uer. quæro nunquid ille. C. ad legem Falcidiam.*

SVMMARIVM.

1 *Deſtituto exceptiõe debet ſubueniri officio iudicis, ſi æquũ fuerit uiſum.*

2 *Sententia expreſſè lata contra ſtylum Curiæ, an ſit nulla.*

3 *Stylo Curiæ potius, quàm conſuetudini ſtandum.*

QVAEST. CCXCII.

1 SI alicui non competat* exceptio, ſi tamen inde reſultet æquitas, ꝙ ſibi prouideatur, debet ab ipſo implorari officium
a iudicis,[a] quo ſibi prouideatur. l. planè. ff. de peti. hære. & facit

bene, quod ponit Bart.in l.illicitas.in prin.ff.de officio præſidis.& dicit,quòd deſtituto exceptione nō nu.pecu. per lapſum biennii ſubueniť ex officio iudicis.Et iſtud facit ad quęſtionem pro curiis,in quibus non admittūtur niſi certę exceptiōes, prout in curia parui ſigilli Montiſpeſſulani: & in curiis Cabeoli, & ſancti Marcellini: in quibus nō admittuntur niſi tres exceptiones: uidelicet falſi, ſolutionis,& nouationis:tamē ſi reſultet ęquitas per officium iudicis imploratū debet conuento ſubueniri: & ita ut audiui ſemel fuit obtentum in d.curia parui ſigilli.facit pro hoc l.j.ff.de pet.hær. & l.planè.eo.ti.& uide Bart.in l. j.ff.quod ui aut clam. uide tamē quæ circa hoc pleni⁹ dixi in tractatu, quem feci ſup ſtatuto Delphi.ſub rubri.de literis compulſoriis,& præciſis.in quæſtio.viij.

2 ¶*Sed an ſententia lata expreſſè contra ſtylum curię,ſit nulla? dic ꝙ ſic.ſicut ſi cōtra legem eſſet lata, cum uicem legis obtineat:iuxta not.per Cy.in l.ij.C. quando prouo.non eſt neceſ.in iij.q.Idem tenet Ray.de Sabbanaco in ſua repetitione.l. more maiorum.ff.de iur.om.iud. ¶Si

3 ſtylus*curiæ contradicat cōſuetudini uillæ,uel econtrà,ſtandū eſt potius ſtylo curſæ,quàm conſuetudini:cum ſe habeant adinuicem tanquàm generale & ſpeciale:ut not.per Cyn.& Ray.de Sabba.ubi ſ. ¶Sed ſtylus curiæ quanto tempore inducatur: uide Sabba.in dicta ſua repetitione.¶De materia ſtyli ſancti Marcellini,etiam tetigi ſ.q.clxxxj.

a ¶ Officium iudicantis.*Non præſupponit obligationem. & datur in ſubſidium, cū deficit actio l. qui per colluſionem.ff.de act.emp.& uendi. l.quæro.in prin.ff.loca.ubi doct.*Et *quòd detur deficiēte actione ordinaria,eſt etiam tex.in l.quadam ff. de eden. & ibi doct.*Notandum *tamen eſt quòd officium iudicis, eſt remedium ordinarium.ut eſt gl.in l.ſi is à quo.in prin.ff.ut in poſ.leg.& competit pro omni actu bona fide facto, ubi deficit actio.ut l. cum filius ff. ſi cert.pet. & ubicunque æquitas ſuggerit, quid faciendum.ut eſt glo.in l. ſi ſeruus.ff. de uſufruc. & in locum exceptionis deficientis text.ſingularis.in l.ſi.ff.de petitio.haredi.*

SVMMARIVM.

1 *Executor ſententiæ, quod facit, uidetur à iudice factum.*

QVAEST. CCXCIII.

QVOD*executor ſententię facit,uidetur à iudice factū fuiſſe. ut dicit expreſſè Cyn. in l.ab executore.in v.q.C.quorum appellationes nō recip.allegat. l.& licet.C.de conſtitu.pecu. Et ideò ſi excedat fines mandati, nullum eſt quod fit ab eo.c.cum dilecta. in ſi. extrà de reſcriptis. ita tenet gl.ſi.in c. qđ ad cōſulta tionem.extrà de ſen. & re iudic. contra quem executorem propterea poteſt agi de dolo. in l. non uidetur.§.qui iuſſum.à cōtrario ſenſu.ff.de regu.iur.in ca. quod

a quod quis.[a] à contrario ſenſu.& ibi per Dy. extrà eo.lib.vj. Et a-
b ctione iniuriarum : [b] quia licet iuris executio non habeat iniu-
c riam.[c] l.iniuriarum.§.j.ff.de iniur.tamen ſi excedat fines mandati, non eſt iuris executio: ſed iniuriæ illatio.l.ſi iniuriæ. & ibi eſt text.expreſſus.ff.de iniur. Et aliàs poteſt ex iudicis officio puniri.in auth.de mãda.prin.§. hęre.co.iij.¶De actiõe iniuriarum,uide quæ dixi ſ.q.cccxciiij.

a ¶In cap.quod quis. *Adde in eod. ti.do. Ioan. And.in mercurialibus.*

b ¶Actione iniuriarum. *Facit ad hoc,quod no.in deci.Tholo.q.cccxcvij.& infrà,q.cccxxxiij.*

c ¶Executio nõn habet iniuriam. *Facit quod ſcribitur,per glo.in lege, quod enim nullus.§. planè.ff. de acquirendo rerum dominio.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ nulla eſt, an poßit per aliam confirmari. Et an in ea confirmatione poßit oppom de nullitate prima.*

QVAEST. CCXCIIII.

1 QVAERO, utrum ſententia quæ nulla * eſt, poſsit
a confirmari.[a] ſuper hoc dicit Inno.in c.j.de confirma.uti.uel inuti.ubi mouet quæſtionẽ,utrum ſententia,à qua non fuit appellatum, uel quæ in rẽ tranſit iudicatam,poſsit peti cõfirmari &c. Et uidetur ibi dicere, ꝙ ubi ſententia eſt nulla:fortè quia à non competẽti iudice lata:uel etiam dico, ſi eſſet uenalis, uel contra ius ſcriptum lata: iuxta l.ij. & l. uenales. C. quando prouo.non eſt neceſ. uel quia lite non conte.fuit lata,ꝙ tũc ſententia confirmationis non faceret ualere. & ſequitur in uer.Item plus dicimus,ꝙ ille qui petit ſententiã confirmari,debet probare ſententiam tenere:ut puta,ꝙ iudex qui illã protulit, erat cõpetens, & ꝙ ordinem iuris ſeruauit: nõ autẽ habet probare, ꝙ ſit iuſta: ut dicit ibidẽ Inn.& ita uidi determinari in camera conſilii inter dominos meos de parlamẽto,inſequendo opinionẽ Innocentii.¶*Sed quid ſi iudex ap- 2
pellationum confirmet ſententiam nullã, & non appelletur à ſententia iudicis appellationũ, an in executione ſẽtẽtię iudicis appellationũ poterit oppo-
b ni de nullitate primæ ſẽtẽtię?[b] Dic ꝙ ſic, ut plenè dixi in tractatu meo, de appellationibus. in §.cviij.quæro &c.

a ¶Poſsit confirmari. *Vide do. Bar. in l.j.in uerſicu. circa tertium.& in uerſi.quæro iterum. C.quando prouo.non eſt neceſſe.*

b ¶De nullitate primæ ſẽtẽtiæ. *In hoc iuris articulo diſtinguitur, per do.Bar.in præalle.l.j.in iij.col.in uerſi.ſed antequam.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamiliàs qui quittauit bona paterna, an numeretur inter liberos.*

2 *Filius emancipatus an computetur in numero liberorum.*

QVAEST. CCXCV.

AN filiusfamiliàs, qui quittauit bona paterna, cũ iu-

1 ramento,* numeretur inter libe ros:adeò,ꝙ partem faciat in legitima:licet ad partem non admittatur? Pe.Ia.in ti.de cond.ex l.omnimodo ex teſtamento cumulata.in q.quæ incipit, ſed qd
a erit ſi filius[a] &c.dicit, ꝙ ſic,ſed ꝙ portio remanebit hęredi pa-
b tris.[b] Sed contrariũ mihi uidetur tali ratione: quia ipſe filius tale pactũ cum iuramẽto faciendo ſe totaliter alienum reddit à ſucceſſione paterna: quia pater ſuus non tenet eũ hęredẽ inſtituere, uel exhæredare,ſecũdum Pe.Iac.ubi ſ. quẽ in hoc caſu ſequitur do.Io.de Aramõne,in repetitione ſua.l.pactũ. C.de coll. quam repetitionẽ ego Guido, penes me habeo. hanc opinionem etiã ſequitur do.Io.Guillionis,famoſus doctor Montiſpeſſulani,in quodã ſuo conſi.incipiente,in duob⁹ exactis,ex quæſtione ſuperius &c. & mouetur tali ratione.nã ipſa dicit,filia uel filius qui quittauit cum iuramẽto,cogitur iuramentum ſeruare omnino.c. quãuis.de iureiu.lib. vj.ibi omnino ſeruari debebit. ergo debet intelligi,ꝙ ſiue pater nihil relinquat, nec in aliquo eum hæredẽ inſtituat, ꝙ nõ impugnabit nec annullabit teſtamentũ:quia qui omne dicit,nihil excludit, ut in rib⁹ uulgatis. & generaliter eſt intelligẽdũ.l.j. §.generaliter.ff.de le.præſtãdis. & ſic ſub illo iuramẽto cẽſetur comprehẽſus omnis modus,per quem poſsit uoluntatem patris impugnare: & ſic ꝙ non poſsit dicere nullum: licet ſibi nihil relinquatur.De hoc etiã tetigi ſ.q. cccccxviij.ĩ fi. imo nec talis fili⁹ patri ſuo ab inteſtato põt ſuccedere.iuxta d.l.pactũ.iũcto c.quãuis.de pac.li.vj. & hoc idẽ tenẽt dicti doct.in locis ſ.alleg. Sic ꝙ propterea uerũ eſt dicere, talẽ filium haberi pro mortuo,quãtum ad ſuccedẽdũ: modò filius qui habetur pro mortuo,nõ cõputatur in numero liberorũ,præſertim dum & quãdo agitur de augmento uel diminutione legitimæ aliorũ fratrũ ſuperſtitũ: quia perinde habet,ac ſi rerum natura nõ eſſet:ita ꝙ non facit partem, nec admittitur ad partẽ ad ſimilitudinẽ filii exhęredati. l.j.§.ſi pater.ff.de cõiungendis cum emãci.liberis. Pro hoc etiã bene facit una regula,quam ponit Bar.ĩ l.huiuſmodi.§. ſi Titio & Meuio.ff.de leg.j.& ſic dicit, ꝙ ille,qui nõ admittitur ad partẽ: nec admitti ſperatur aliquo iure actionis, retentionis,uel alterius æquitatis per ſe uel per alium,ſi facit partem.l.j. §.in j. & §.pro ſecũdo.C.de cad.tol.l. ſi duobus.§. Titio.ff.de leg.j.& qa filius qui ſucceſsiõi paternæ cũ iuramẽto renũciauit,ad eam admitti non põt ex teſtõ,uel ab inteſtato iure actionis,uel retẽtionis, per ſe uel per aliũ,obſtãte iuramẽto per eũ præſtito: ꝙ omnino eſt ſeruãdũ: ut d.c.quãuis. ſic nihil excludẽdo,dũ uniuerſaliter loquitur:dicẽdo,omnino

nino ſequitur, proptereà ꝙ ipſe partem facere nõ poteſt, obſtãte regula iam dicta. Sed opinio Ia.eſt magis cõmunis inter doc. 1 in iure ſcribẽtes:ut plenè tetigi a in tractatu meo qui intitulatur tractat⁹ in materia detractionũ fiendarũ per hęredẽ grauatũ in reſti.fideicõmiſsi:& quæ ueniãt ſubſtituto reſtituẽda uel non,in x.q.& ita in hac curia parla.uidi iudicari pro opi.Pe.Ia.& ſequacium: & fuit iudicatũ iteratò: ut
2 dixi ſ.q.ccccxcix. ¶ Sed* qd de filio emãcipato: utrũ cõputetur in numero liberorũ?Pet.Iac.ubi
c ſ.ᶜdicit ꝙ nõ. Et idẽ de deportato uel exhęredato iuſta de cauſa. De filio, qui quittauit bona paterna,cum iuramento: plenè tetigi ſuprà,q. ccxxiiij.& in iiij. quæſtionibus ibi ſequentibus.
a ¶ Sed quid erit ſi filius. *Videlicet in iiij.col.in §.ſed quid erit.in uerſi. ille ergo filius.*
b ¶ Remanebit hære.patris.*Et eſt ratio.qa pater uidetur uidiſſe hare di ſuo futuro,ut dicit d.Pe.Ia.ſ.pra. §.ſed quid erit.in uer.dicamus ergo. in fi.& alle.l.ſi pactum.ff.de proba.*
c ¶ Vbi ſ.*Voluit alle.do. Pe.Ia.in iiij. col.in §. & eſt notandum.in prin.et in uerſi.idem in emancipati.*

SVMMARIVM.

1 *Legatorum & debitorum ſolutio, ad quem pertineat.*
2 *Meliorationes facta in rebus hare ditarijs,ad quem ſpectent.*
3 *Quarta Trebellianica an detrahi poſſit de legato de portione hareditatis, uel aliqua re facto, uel de legitima filij.*

QVAES. CCXCVI.

Ad onus fideicommiſſarii ſpectat* ſolutio legatorũᵃ inſolidum.l.ij.iuncta gloſ. C.ad Treb.& in l.j.§.fi. & ibi not.per glo.ff.eo.ti.& ibi glo.magiſtralis, quam ſequuntur cõmuniter doct. debita & funeris impenſa ſpectat ad hæredem pro quarta parte: uidelicet pro quarta Trebel.pro trib⁹ alijs partibus,quę ſunt ix.unciæ ad fideicommiſſarium. ut ibidem not.licet de funeris impenſa nihil dicatur:ſed tamen eodem paſſu ambulant, ſicut æs alienum.l. Papin.aliàs l. contrà ueterani.§.iiij. de inoffi. teſt. præſtatio alimentorũ, anni luctus mulierũ,ſpectat ad hęredem:quia mulier anno illo operari debet ad opus hęredis.Bar. in l.ſicut.ff.de ope.lib.& ibi no. Tum etiam pro eo,quia illo anno durante hæres lucratur fructus bonorum mobilium & mouentium: quos non tenetur reddere.l.j.§.exactio.C.de rei uxo. act.ideò qui ſentit commodum, & onus ſentire debet. in ca. qui ſentit.de regulis iuris. libro ſexto.ita dicit gloſſa,poſita ſuper uerbo,facto.& glo.ſentit in l.di uortio.ff.ſoluto matrim. Quod idem dicendum uidetur de ueſtibus lugubribus mulierũ eadẽ ratione. ſed Ange.in l.decreto. C.ex quib⁹ cau.infa. irrogatur. dicit & tenet ꝙ dictæ ueſtes lugubres nõ debẽtur uxori ab hæredibus uiri, niſi cõſuetudo loci

ci hoc habeat, uel niſi etiam teſtator ita diſponeret. ¶ * Sed qd de melioramentis in rebus hæreditariis factis, ac expenſis, inde ſuſtentis? dic quòd ad onus hæredis ſpectat iiij. parte, & ad fideicommiſſarium pro tribus partibus. l. ubi purè. in fi. iuncta opi. Bar. ibidē poſita. ff. ad Trebe. Attamē ſuper fructibus perceptis per hæredem, utrum cõputari debeant ſolutiones taliũ onerũ: uide Bart. in l. ſcribit [b]. ff. ad Treb. ¶ Iſta hic duxi ſubiungēda, pro meis memoria in futurum. quia quotidie occurrunt in hac curia parla. ſuper detractionibus fiēdis de hæreditatibus fideicõmiſſariis, quæ reſtitui ordinatur detractis detrahē dis. de qbus detractionibus etiã tetigi j. q. ccccxcvj. ¶ Sed an * delegato de portione hæreditatis, uel de aliqua re facto, aut etiã de legitima filii, quam quis rogatus eſt reſtituere, detrahi poſſit quarta Trebellianica? dic ꝙ nõ, ĩ l. mulier. §. fi. ff. ad Treb.

1 — 1
2 — 2 (line: ſtator ita diſponeret)
3 — 3 (line: delegato de portione)

a ¶ Solutio leg. *Vide de hoc, ſcilicet de modo ſolutionis debitorum & legatorum fienda per hæredem rogatum & fideicommiſſarium iſtum, & conſ. ſuo viij. nume. iij. uer. inique. ibi, ſolutio uerò legatorum. uol. j.*

b ¶ Scribit. *Fortè uoluit allegare l. Marcellus. in §. idem Pomp. ſcribit: ſed caue: quia aliud ibi dicit d. Bart. ſubtiliter tamen intelligendo, poſſet trahi in argumentum, quòd ſic. ad quod dicitur per eundem do. Barto. ibidē in uerſ. quaro quid ſi teſtator.*

SVMMARIVM.

1 *Feudales conſtitutiones an faciant ius apud omnes.*

2 *Delphinalis conſuetudo, in quibus deroget conſtitutionibus feudalibus.*

QVAEST. CCXCVII.

CONSTITVTIONES feudales clauſæ in lib. feudorum faciunt ius * commune [a] apud oẽs, ut dicit Iac. de bello uiſu, de his, qui feudũ dare poſſunt. c. j. circa fi. idem Mar. ſulymagni. Cyn. & Iac. de But. in authen. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccl. in antepe. q. idem Inno. in ca. ex trãſmiſſa. & in c. uerum. extrà de fo. comp. & plenè in c. cæterum. de iudi. Facit bene c. j. de feud. cog. & ita etiam * in hac patria Delphi. ſicut ius ſcriptum ſeruatur exceptis aliquibus, in quibus cõſuetudo contraria in hac patria reperitur: uidelicet in eo ꝙ mulieres in feudo ſuccedunt, & in certis aliis, in qbus iura feudorum ſunt hodie de cõſuetudine huius patriæ ad inſtar patrimoniorum redacta, ut etiam refert Ioan. Fabr. inſtit. de rerum diui. in prin. & in auth. ingreſſi. C. de ſac. ſanct. eccle. quia feuda de conſuetudine præſentis patriæ poſſunt ſine conſenſu domini legari, in dotem dari, & alienari. & quæ conſuetudo in talibus eſt attendenda & ſeruãda: ut tenet expreſſè Petr. Iac. in tit. de cond. ex l. imperialē. §. callidis. ibi dum dicitur, item fallit ꝙ hodie &c. & in uer. qui incipit, item fallit. quia de cõſuetudine

dine idem tenet Bal.in tit. qualiter olim feudum alie. poterat. §.porro.ibi dum dicit, quando alienatio erat ficta de bona cōſuetudine.¶De materia feudali,uide quæ dixi j.q.ccciij.& ccciij.& ſ.q.lix.& quæſtio.clxxx.

a ¶Faciunt ius commune. *Hoc tenet pulchrè do. Bald. in præludio li. feu.in ij.col.in uerſic. in contrarium quòd iſte liber ſit authenticus.& d. Iaco.de Aluarotis. in prologo d. libri feud.in ij.col.in uerſ.ex nonnullis.& in præfatione eiuſdem, quæ incipit, humanum in iij.col. in uerſic. quarto tertio.ſed dom. Petr.Iac.de Aureliaco,aliter locutus eſt, errorem quorūdam ſecutus,quaſi rigidè carpit. ubi ſuprà dominus Bal.ut in tracta. ſuo libellorum.in titu. de condi.moribus habetur.& copioſius in titu.de cauſis, ex quibus uaſallus,quantum eſt de iure ſcripto, debet amittere feud. in iij.colum.uerſic.item quia in prædictis locis.*

SVMMARIVM.

1 *Furnum conſtruere in fundo proprio utrum quilibet poſſit.*

2 *Furni habendi in priuato ius præſcribi poteſt.*

QVAEST. CCXCVIII.

VTRVM qlibet poſsit facere furnū in domo pro-
1 pria,ad *coquēdum panem ſuū, nō obſtante quòd baro uel nobilis ibi per prius habeat furnū. dicit Ioan, Fabr,inſtit.de act. in §.æquè.in quæſtione,quæ incipit,ſed quis erit modus probādi &c.ſi formaliter. & ideò credo, quòd ſi in una uilla fuiſſet furnus, non poteſt quis prohiberi, quominus uadat alibi, uel quominus quilibet poſsit ibi ædificare furnum:niſi aliàs ſibi prohibitum fuiſſet:quia contra illa quæ ſunt licita de ſe, & debentur de iure communi, non conuentione,nō currit pręſcriptio, niſi à tēpore, quo quis eſt prohibitus iure cōtrario uti, &c. Et pro hoc nihil allegat Ioan. Fab. Tamē hoc bene probat l. quoties.ff.de ſeruitutibus.& no. per glo. Cyn.& Bart.in l.j.& ij.C.de ſeruit.& aqua.pro hoc etiam facit, quia quilibet in re ſua propria facere poteſt id, quod ſibi
a prodeſt,licet alteri noceat: a dū tamen animo nocendi non faciat.l.j.§ deniq;. ff. de aqua plu. arcen.nec in dubio animus nocēdi præſumitur.l.meritò.ff.pro ſoc.quod tenet gl.& bene ſecūdum Bart.in l.filium.§.fina.ff.de dam.infect.& dicit Petr.Iaco.in ſuo libellario,libellus ſuper furno,in uerſi.qui incipit, itē quod prædictum ius habendi furnum
2 &c. quod * ius habendi furnum in loco priuato bene pōt præſcribi, licet ſecus in loco publico uel communi.l.fin.ff. de uſuca.quod facit pro illis,qui in domibus ſuis furnum fecerunt: & longiſsimo tempore tenuerūt, & panes ſuos decoqui fecerunt: ꝙ ipſi tale ius præſcripſiſſe cenſentur, & præſcribere potuerūt: licet de præſcriptione iuris fiſcalis agatur: ut uidetur text. in ratiōe in l.ſi manifeſtè.C. de ſer.

&

& aqua. licet illa l. Mǽlius. faciat quando mos; hoc eſt, conſuetu- 1 do antiqua, prætenditur, quòd eſt multum attendēdum in modo articulandi uel libellādi: ꝑut etiā dicit Bart. in l. j. C. de ſerui. & aqua. & prͤmiſſa uera, [b] ni-
b ſi ius ſuper hoc tali baroni fuiſſet quæſitum authoritate principis. l. quominus. ff. de fluminibus. l. quod principis. in prin. ff. de aqua plu. arcen. & plenè po-
c nit Bar. in d. l. quominus. in j. q. [c] 2 quam mouet de molendino uel etiam præſcriptiōe, ut quia uolēti facere furnum de nouo, in- a hibuit, ne faceret. & poſt prohibitionem ius tale præſcribit. l. quoties. ff. de ſerui. & aqua. & ſic eſt in uilla mea ſancti Albani, in qua habeo furnū, & nullus audet facere alium furnum ex antiquiſſima prǽſcriptione: ſed omnes habitantes in ipſo mādamento tenentur ibi decoquere eorum panes, ſoluēdo mihi certum annuum tributum.

a ¶ Licet alteri noceat. *Vide l. ſicut. §. Ariſto. & ibi dominus Bart. ff. de ſerui. uend. & no. in l pen. ff. de iniur.*

b ¶ Et præmiſsa uera. *Haec referas non ad proxima, ſed ad ea, quæ ſuprà dicuntur in princip.*

c ¶ In prima q. *Adde eundem d. Bar. ibidem in uerſicu. ij. quæro.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtator excluſione filiarum, uideatúrne uoluiſſe hæreditatem ſuam ad maſculos peruenire. Et an ea diſpoſitio inducat fideicommiſſum, quoad maſculos. nu. 1.*

QVAEST. CCXCIX.

TESTATOR * plures habet filios & plures filias, ſiliabus hæredibus particulariter inſtitutis, filios hæredes inſtituit uniuerſales, & ipſos adinuicem ſubſtituit in caſu, quo ſine liberis maſculis decederent. prohibendo & ordinando, quòd nullæ filiæ ſuccedant in bonis ſuis: ſed ꝙ liberi maſculi ipſas habeant maritare ad ordinationē amicorum. * Vtrum per hęc uerba inducatur fideicōmiſſum in fauorē liberorū maſculorū: credo quòd ſic. [a] quia per hæc uerba uoluiſſe uidetur hæreditatē ſuā, atque bona ad liberos maſculos filiorum ſuorū peruenire, fœmellis excluſis. Pro hoc uidetur text. in l. epiſtolam. §. fin. iuncta l. ubi. §. j. ff. ad Trebelli. Nam eoipſo, quòd ipſe grauauit tales liberos maſculos de maritando fœmellas, ipſe eis ſuam hæreditatem tenetur reliquiſſe. l. denique. §. interdum. ff. de pecu. leg. & l. ſi ſtipulatio facta fuerit. ff. de oper. lib. facit bene quod poſuit Bar. in l. Centurio. in quæſt. quæ incipit, ulterius quæro &c. ff. de uulg. & pup. & de hac materia tetigi ſ. q. clxxxiiij. & j. q. cccclxix. & q. ccccc. & ibi reperies deciſionem quæſtiōis præſentis &c.

a ¶ Credo quòd ſic. *Cōtrarium determinatur infrà quæſtio. cccccc. & ibi uide ad intelligētiam eorum, quæ hic dicuntur. & omnino ſuprà quæſtione xxxix. & q. clxxxiiij.*

Sum

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis non aditæ tranſmiſsio fit ad proximiores. & nu. 2.*

3 *Occupatio iure peculÿ hodie correcta eſt.*

QVAESTIO CCC.

FILIOFAM. uel nepoti in poteſtate conſtituto hære-
1 ditate delata,* & in ætate pupillari morieti, hæreditate per patrem uel auum non adita, proximiores ab inteſtato ſuccedũt: nec pater ipſam hæreditatẽ, po-
2 teſt occupare[a] iure peculii. ut in authen. de hære. ab inteſtato. in prin. quod magis declaratur in auth. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. hæred. dũ dicitur in ſucceſſione, paterfa. ſiue filiusfa. &c. quicquid dicatur, in l. ſi infanti. C. de iur. deli. quæ hodie eſt correcta per dictam authẽ. ſicut tenent glo. Bart. & Bal. in d. l. ſi infanti. nam hæreditas talis quaſi primo iure cenſetur quæſita filiofa. in ætate infantili morienti, & ipſo iure: ſicut dicit tex. in l. ſi matre. C. de ſuis & legi. hæ. ſe-
2 quitur* quòd in ipſis talibus bonis tali infanti quęſitis ꝓximiores ſuccedunt & debẽt admitti: ut dicit auth. de hære. ab inte. & in auth. in ſucceſsione. ſ. alle. nec præmiſsis obſt. quòd dicit Bart. in d. l. ſi matre. ubi dicit, ꝙ uerba ipſo iure debẽt intelligi ſecuta aditione reali uel uerbali, & facta ſuper hoc declaratione animi ad ſimilitudinem cõpenſare uolentis: iuxta no. in l. ſi cõſtat. C. de compenſa. Quod etiã poſuit in l. uętre. ff. de acqui. hęre. Quia illud intelligitur in extraneo, uel filio aut nepote ætatem infantilem iã egreſſo, hære de inſtituto: non autem in filio, uel nepote in ętate infantili morięte, cuius pater uel auus, in cuius erat poteſtate, hæreditatem adire neglexit: quia in tali caſu non eſt neceſſaria animi declaratio per talem infantem faciẽda, cum etiam talẽ animũ adhuc faciendi non habeat: quia quicquid uidet, uel audit, ignorat. l. j. C. de fal. moneta. ideo aditio ipſa iuris miniſterio ſuppletur. l. ſi infanti. alleg. adeò quòd talem hæreditatẽ, quaſi patrio iure quæſitã ad proximiores trãſmittit: ut d. auth. per* quam oc- 3
cupatio, iure peculii, de qua in d. l. ſi infanti. mẽtio habetur, eſt hodie correcta: nec eſt mirum, ſi aliqua ſtatuãtur in fauorem alicuius infantis, quæ aliàs reſpectu maiorum aliter deciſa reperiuntur, ſicut uidemus in caſu l. qui duos. §. cum in bello. & §. fi. l. cum pubere. & l. ſi mulier. ff. de reb. dub. Nec obſt. l. ij. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Tertul. quia ibi eſt alius caſus, ſi bene inſpiciatur: ſicut dicit Cyn. expreſsè in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. hære. quod etiã poteſt ſatis percipi ex poſitione caſus d. §. quẽ ponit ibi Bart. cũ apoſtilla Dyn. uel poteſt dici, quòd ibidẽ nepote moriente, non ſuperat aliquis, in cuius poteſtate foret, cui negligentia hęreditatis nõ adi-

tæ

tæ poſsit imputari : ſicut fuit in
caſu.l.ſi infanti. ideo nimirum ſi
ibi nõ habeatur hęreditas qua-
ſi patrio iure quæſita, & ſic ceſ-
ſat tranſmiſsio. ita dixi in deci-
ſione proceſſus diffiniti in ma-
nibus Ioan. Albi. inter uxorem
Arnulphi Rolandi, agentem, &
Iac. Maronis & conſortum ſuo-
rum de Ebruduno &c.

a ¶Poteſt occupare. *Poteſt tamen*
hæreditatem & ex iure compelli per
mediam perſonam infantis adire. hæ
reditas enim non adita per infantem
trãſmittitur ad patrem, ac ſi ipſi in-
fanti non quæſita fuiſſet. no. do. Bal.
in l. ſi infanti. C. de iure delibe. in j.
col. iij not. ueruntamen adit tãquam
hæres infantis, & cum eo æqualiter
ſuccedũt alij proximiores, ueluti ma-
ter & frater. d. Bal. ubi ſ. in ij. col. in
uer. ſic ſequitur alia cõcluſio. Sed ali
ter ſentit do. Alex. ibi in addit. ad d.
Bal. in v. opp. ſuper uerbo differẽtia.

SVMMARIVM.

1 *Famæ uis & effectus. Vide p diſcur-*
ſum nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

QVAESTIO. CCCI.

a FAMA operatur[a] multos ef-
1 fectus.* & inter cęteros ope
ratur effectus ſequentes, quos
ſtudẽdo collegi, & pro mei me-
moria in futurũ deſcripſi: quia
hic ſunt effectus ſingulares, &
diſperſi hincinde in corpore iu
2 ris. Primus* eſt, quia impedit ma
trimonium contrahendum. in c.
ij. de cõſan. & affi. & ibi per doc.
3 Secũdus *effectus eſt, quia rele-
uat quem à probatiõe, iuxta no.
per gl. & Bart. in l. j. C. qui & ad-
4 uer. quos. Tertius* effectus, quia
fama cum iuramento officiarii
facit fidẽ. text. eſt in auth. hodie.
& ibi etiã tenet Bar. C. de diuor-
5 tiis. ¶ Quartus* eſt, qa fama ex-
cuſat quem à dolo. l. ſi miles. §.
mulier. & ibi etiam tenet Bar. ff.
de adul. & l. plagii. C. ad l. Iul. de
6 plagi. Quintus eſt*, quòd tranſ-
fert onus probationis in aduer-
ſarium, in caſibus in quibus cõ-
munis opinio ſeu fama quẽ cõ-
ſtituit in poſſeſsione alicuius
qualitatis, libertatis, aut ſeruitu-
tis. l. mater. C. ne de ſtatu defun-
ctorum. & l. ij. C. ſi ſeruus uel li-
bertus ad decurio. peruenit. li. x.
7 Sextus * eſt, quia in aliis in qui-
bus ſufficit famam eſſe, licet in
ueritate non ita ſit, operatur p-
bationem plenam. l. Barbarius.
ff. de offic. præto. & l. j. C. de te-
ſta. & l. ij. C. de ſent. & interlo.
om. iudic. ita dicit Barto. in l. de
minore, §. tormenta. in quęſtio-
ne, quę incipit, ultimo principa-
liter quæro, &c. ff. de quæſtioni-
8 bus.* Septimus eſt, quia releuat
quem à tormẽtis, uel operatur,
quòd quęſtionetur: iuxta ea quę
ponit tex. in d. §. tormẽta. Octa-
9 uus* effectus eſt, qa præſumi fa-
cit inſtrumẽtum ab aliquo no-
tario bonæ famæ exiſtenti con-
b fectum, eſſe ualidum [b], ubi aliàs
nõ ualeret. l. nõ omnes. §. à Bar-
baris. ff. de re mil. tenet Bar. in l.
ij. circa fi. ff. quẽad. teſta. ape. ubi
dat conſilium aduocatis practi-
cantibus, q formẽt articulos, &
de legalitate & bona fama no-
tarii.

tarii. & facit bene quod ponit Spec.in tit.de inſtru.edi.in §.reſtat.uer. quid ſi dũ teſtes publicantur,&c.De alio effectu famæ tetigi infrà q.ccccxlvj.&c.De fama & uoce publica quæ ſunt in patria,& ſimiliter de rumore publico,ſi excuſat à dolo,dixi infrà quæſtio,ccccxlvj.& cccxl.

a ¶Fama operatur. *De poteſtate & uirtute famæ,uide poſt omnes per diuerſas quæſtiones do.Fel.in c.ueniẽs. el j.ante iij.col.uer.prima concluſio. cum ſequen.de teſta Item fama probat ſemiplenè.l.iij.§.eiſdem.cum ibi not.ff.de teſti.l.admonendi.ff.de iureiur.& in c.ueniẽs.de teſta.& not. do.Bar.in l.de minore.§.tormẽta.ff. de quæſt.* Et *hoc uerum quando apparet,quòd ipſa fama traxerit originem ex aliquibus probabilibus ſeu ueriſimili. cauſis.aliàs ſecus.l.decurionẽ.C.de pe.& ideo dicit do.Bar. in præd.l.de minore.§.tormẽta.quòd non ſufficit probare famam ſimpliciter.& idem not.do.Bald.in l.proprietatis.C.de prob.ſecundum dom. Alex.ij.parte.cõſi.xc.in iiij.colum. in uerſi.non obſtat.Iſta tamẽ procedũt, ubi agitur de magno præiudicio.ubi uerò agitur de modico præiudicio, tũc fama facit plenam prob.ut in c. ſuper eo.de cõſang.& affin.& in c. ueniens.de teſti.alias autem ſola fama,ſine alijs adminiculis, non prob. domin.Innocen.& Abb.in cap.cùm cauſam.de probat.*

b ¶Eſſe ualidum. *Tu uide iſtum conſilio lxxxv.incip.adhærendo opinioni.numero iij. uerſiculo,uenio ad tertium.*

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus læſus, an debeat in integrum reſtitui.*

2 *Carolus, Francorum Rex, in integrum eſt reſtitutus.*

QVAESTIO CCCII.

1 VTRVM fiſcus læſus poſſit in integ.reſtitui? Pet.& a Cyn.[a] tenent quòd non,in l.res publica.C.qui.ex cauſ.maior. in integ.reſtitu. in quæſt.prima.per rationes ibidẽ per eos deductas. ¶Tamẽ quicquid ſit de iure,de ſtylo, & communi obſeruantia, ſeruatur contrarium: quia reſtituitur, & fuit ita iudicatum pro 2 domino noſtro Carolo Francorum Rege inter Delphi.Vienñ. qui tunc minor, & læſus,fuit in integ.reſtitutus ſentẽtialiter aduerſus remiſsionẽ quam fecerat domino Ludou.de Pictauia,domino ſancti Valerii, de comitatibus Valen.& Dieñ.Et quos comitatus ex poſt habuit, & adhuc tenet & poſſidet (ut notorium eſt) ipſe dominus noſter Delph. Sed an fiſcus remaneat illæſus,ſi non conficiat inuentarium infra tẽpus iuris? uide quæ ſcripſi infrà quæſt.cccxxxiij.& quæſt.ccccclxxj. in uerſic.an fiſcus,&c.

a ¶Pet.& Cyn. *In j.col.q.j.ubi format quæſtionem tam de fiſco,quàm de principe,ſcilicet regeFrancorũ.& aduerte, quòd ipſe loquitur in principe maiore:quod probatur arg. ru. ubi autem Princeps eſſet minor natu,de iure uenit reſtituẽdus,ſi læſus reperiatur. Nam tunc in eo duo ſingularia concurrunt:puta,quia Princeps*

ceps, & minor. unde ſi non ſit reſtituendus, quia Princeps, ſaltem quia minor, debet reſtitui. De principe autem maiore ratio fuit dubitandi: quia reſpub. & res principis, idem uidebantur, ſed reſpub. reſtituitur: ergo & Princeps uidebatur reſtituẽdus, ratione læſionis: licet maior. Sed cõtrariũ deciditur: quia peritus, a quòd non uerificatur in maiore.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus quod acquirit ratione ſupplemẽti legitimæ, ueniátne in fideicommiſſo uniuerſali.*

2 *Bona donata an ueniant in fideicommiſſo, ubi quis ea reſtituere non fuit expreſsè rogatus.*

3 *Præcepta iure ſubſtitutionis pupillaris, an ueniant in fideicommiſſo uniuerſali.*

4 *Actio quæ intentetur contra fideicommiſſarium.*

¶ *Nota hanc quæſtionem utilem.*

QVAEST. CCCIII.

QVAE ſunt illa, quæ ueniũt in fideicõmiſſo uniuerſali? uide Bar. in l. Marcellus.
1 §. quidam. ff. ad Treb.* Sed quæro, utrum illud quod hæres inſtitutus acquirit ratione ſupplementi legitimæ, quæ filius uel filia hæres particulariter inſtitutus egit ad ſupplementum infra tempus iuris, ueniat in fideicom miſſo uniuerſali. & licet circa iſtud, quòd non reperi tactũ, uideretur prima facie dicendum, quòd ſic: ad ſimilitudinem iuris, quod acquiritur iure actionis, quod uenit in fideicõmiſſo uniuerſali. l. ſi totam. iuncta gl. ff. de acquiren. hæred. & l. Papinianus. ff. ad Treb. quod tenet Bar. in d. §. quidam attamen. ſaluo ſaniori iudicio, credo ꝙ non ueniat, ex eo maximè, quòd in tali iure, quod eſt pars legitimæ de iure naturæ debitæ, nõ potuit per fideicõmiſſum ſubſtitui, nec aliud grauamen apponi,[a] imò ſi tale uel aliud ſimile onus diceretur, uel reperiretur adiectum, ipſum pro nõ adiecto haberetur. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſt. iũcta l. quæ de tota. ff. de rei uendi. quamuis fuerit in plus talis hæres inſtitutus, quàm aſcendere poſsit legitima ſibi iure naturæ debita. ut dict. l. quoniam in prioribus. iuncta l. ſancimus. §. cum autẽ. eo. tit. ſicut tenet dom. Raymũdus de ſabanaco, in repe. ſua d. l. quoniam in prioribus. in pe. q. licet ante repetitionẽ dictæ l. per eum factã aſſerat contrarium tenuiſſe, ut ibidem recitat. Non obſtat ſimilitudo allegata in contrariũ: quia non poteſt dici ſimilitudo, ſed diuerſitas: quia in caſu dictarũ legũ non reperitur prouiſio, quæ eſt & reperitur in caſu dictæ l. quoniã in prioribus. Ideò nimirũ ſi aliud ius ſtatuatur, cum ſeparatorũ ſeparata eſſe debeat ratio. l. duobus. ff. de teſta. tute. l. tam is. ff. de do. cauſa mor. ¶ Sed iuxta præmiſſa, quæro de alia q. Tres fratres fuerũt hæredes inſtituti, & adinuicem grauati de reſtituendo, deceſsit unus, & ita portio ſua ad alios duos deuenit iure fideicõmiſſi: demum

demum deceſsit alius:utrum id quod habuit à primo, ueniat in fideicõmiſſo,ſic,quòd tertio debeat reſtitui?uide Bar.in l.pater. §.quindecim.ff.de leg.iij.& in l. Marcellus.§.quidam.& in l.Scæ
2 uola.ff.ad Treb.Vlterius * iuxta hoc quæro, an bona donata ueniant in fideicommiſſo,ubi quis ea reſtituere non fuit expreſsè rogatus,ſed ſimpliciter facta eſt ſubſtitutio alicui, qui hæres fuit inſtitutus?dic quòd non.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulg.& pupill.de hoc etiam uidetur bonus tex.ſi bene inducatur.in l.Lucius. §.maritus.ff.ad Treb.iuncta glo. poſita ſuper uerbo ſentiiſſe,dum dicit, Et quia hoc expreſsè dixiſſet, allegat ibidẽ certa iura.probatur etiam in l.à filia. in princi. ff.eo.probatur etiam in l.unũ ex familia.§.ſi.cum l.ſeq.ff. de leg.
3 ij.& uide in d.l.cum uirũ.* ¶Vlterius circa pręmiſſa quęro,utrũ ea quæ percipiuntur iure ſubſtitutionis pupillaris,ueniant in fideicõmiſſo uniuerſali? pone in terminis: Teſtator habens duos liberos, unum impuberẽ, & aliũ puberẽ, quos hæredes inſtituit, & dicto pupillo alium pupillariter ſubſtituit:& talem ſubſtitutum rogauit reſtituere hæreditatẽ Titio, in caſu quo decederet ſine liberis,pupillus deceſsit in ætate pupillari, & ſic locũ habuit ſubſtitutio. Demum moritur alius filius ſine liberis, nunquid id quod habuit iure pupillaris ſubſtitutionis, teneatur reſtituere Titio?Dicẽdũ eſt, quòd ſic.argu.l.qui fundum.§.quis filiis.ff.ad l.falc.& ita tenet Barto. in l.ita tamẽ.§.qui ſuſpectum.ff. ad Trebell. Sed quid de prælegatis utrũ ueniant in fideicommiſſo uniuerſali?dic,ut in l.Marcellus.§.penult.ff.ad Treb.& in l.cum uirum.C.de fideicommiſſ.
4 ¶Sed iuxta pręmiſſa quęro,*quę actio intentetur per fideicõmiſſarium: ut hæreditas ei reſtituatur?dicit quòd actio ex teſtamento,ut not.gloſ.in l.& ſi non ſcriptura.C.ad Trebell. idem tenet Bart.in l.ſi legatarius. ff. eod.tit. iſta ſtudẽdo in diuerſis paſsibus iuris collegi, & hic duxi inſerenda pro mei memoria, quia ſunt ſingularia. Et ſemper occurrunt iſta in iudicãdo in hac curia parlamenti ſuper reſtitutionibus fideicommiſſorum, & in eadem curia uidebo determinari ſuper præmiſsis quæſtionibus, hic determinationes ſubiungam.¶De uerbis ex quibus inducitur tacitum fideicommiſſum, uide quæ dixi infrà quæſt.ccccLxix.

a ¶Grauamen apponi. *Adde quæ habentur in c.Raynutius. extrà, de teſta.& in c.Raynaldus.eod.tit.*

SVMMARIVM.

1 *Dominium utile rerum, quæ infeudantur, ſi traditio rerũ interueniat, an transferatur.*

QVAEST. CCCIIII.

EX infeudatione transfertur
a dominiũ [a] utile rerum, quæ
1 infeudantur,* ſi traditio interue
b niat,in c.j.§.ſi quis. [b] uerſ.ſi dominus

C 2

minus. de controuerſia inueſti. aliàs incipit, ſi de inueſti. cõtrouer. fuerit. & in c. ibi, tanquã dominus poſsit uẽdicare. de inueſt. de re aliena fa. in feudis, colũ. x. iũcta l. non ſolũ. §. meũ. ff. de rei uendi. l. Q. Mutius, la ij. §. argẽto. ff. de aur. & arg. leg. iſtud etiã tenet glo. expreſsè ſuper uerbo, de bonis. in c. j. per quos fiat inueſtitura. & etiã in c. j. de cõtrouerſi. inter uaſallũ & aliũ de benefi. feudi. licet enim ex inueſtitura uerbali nõ quæratur dominiũ, pro eo, ꝙ non continet traditionẽ, uel quaſi, ſicut no. Inno. in c. ex parte. extrà de conſtitu. & Dy. in c. j. de re. iur. lib. vj. Tamen ex reali inueſtitura: ut potè, quia ei quæ datur in feudũ poſſeſsio traditur uel apprehẽditur, dominium utile quæritur: ut iuribus ſ. alle. ita etiã no. per Bal. in d. c. j. ſi de inueſtitura cõtrouerſia fuerit. Hinc eſt, quod dicitur, per feudũ reputatur eſſe in bonis uaſalli, adeò quòd ipſi tenentur ſoluere dotes & collectas cæteráq; onera ad uſufructuariũ pertinentia, tanquã ille, qui percipit fructus, l. qui pendentes. & quid ſit. ff. de uſufru. l. neque. ff. de impenſis in reb. do. factis. ¶ De materia feudorũ, uide quæ dixi ſ. q. ccxcviij, infrà q. ſequenti. & ſ. q. lix.

a ¶ Transfertur dominiũ. *Licet ex infeudatione reali transferatur dominium utile, & uaſallus efficiatur dominus utilis: tamẽ bona feudalia alienare nõ poteſt, niſi in certis caſibus, ut per Spe. tit. de feud. §. ij. uerſi. xix. Et uide caſus in quibus uaſallus poteſt rem feudalem alienare. per do. Pet. Iac. tit. de condi. ex lege. l. Imperialem. §. ſed fallit. & uide d. Bald. in lib. feud. de alien. feud. c. j.*

b ¶ §. ſi quis. *Ibi uide Bal. de hac q. & de multis aliis pulchris quæſtionibus & ſingularibus.*

SVMMARIVM.

1 *Venditio rei allodialis, qualiter fiat.*

2 *Homo ſi abneget domino homagiũ, & alteri praſtet, utrum dominus priuetur dominio ſuo.*

QVAEST. CCCV.

1 SI uaſallus feudũ alienet, credens eſſe franco* allodio, ut puta, quia patri uel auo paterno ſucceſsit, & ita iuret, uel iurare paratus eſt, electioni emptoris committitur, utrũ domino uelit cedere feudum, an uaſallo reſtituere, quo reſtituto uaſallo idẽ uaſallus pro beneficio retinebit, non obſtãte uẽditione: eò quòd ignorãs alienaſſet. c. ij. de cõtrouerſia inter dominũ & emptorẽ. ubi uerò uaſallus ſciẽs rem eſſe feudalẽ, & eam de franco allodio uẽdat, ipſa res cõmittitur. ut in c. j. §. j. de prohibi. feu. alie. per Fed. & c. j. §. ſ. de feudi alien. per Lotharũ. Et emptor ſciens rem eſſe feudalẽ pretio ſuo priuatur, ut in dictis iuribus habetur: & augeat dominus rei uẽditione directa, ut tenẽt gl. & Bal. in d. c. j. quia eum ſemper ſibi retinet, ut in c. j. §. ſi uerò de inueſtitura. de re. alie. facta. Idem ibi tenet And. de Yſern. attamẽ (prout ipſe dicit) uidetur melius domino, ꝙ agat

cond

condictione ex moribus & uſu feudorũ, uidelicet ex cõſuetudine, ex l. Imperialem. ſic dicẽdo, cum Titius teneret in feudum à me talẽ rem, & eam ſciẽter uẽdidit, ex ea cauſa tu poſsideas eã, ob quam feudum illud eſt mihi apertũ, ago ut mihi reſtituas. Et hęc cõdictio aduocat poſſeſsionẽ tantũ, ut in l. j. C. de don. quæ ſub modo. nõ rem, nec rei dominiũ: quia nemo cõdicit rem ſuã, præterquã à fure. l. fi. ff. uſuf. quẽadmodũ caueat. ita dicit ibidem.

2 ¶ *Quid ſi homo alicuius domini eum abneget, & alteri præſtet homagiũ, utrũ priuetur dominus ſuo dominio? Spec. dicit ꝙ nõ, in tit. de iuriſd. om. iu. §. j. uer. illud. ¶ Item, de illo, qui inſtrumento uenditionis aſſerit rem eſſe de dominio alterius, uide quæ dixi ſuprà quæſt. xxiiij.

a ¶ L. Imperialẽ. *Adde d. Pet. Iac. tit. de condi. ex l. Imperialem. & ibi, & in duobus tit. ſequenti. omnino eum uideas de hac materia.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredum ſuorum appellatione, qui comprehendantur.*

QVAEST. CCCVI.

GENERALE uerbũ, ſi aliqua diſpoſitione adiectum, coniunctũ ſpeciei ſeu alicui uerbo ſpeciali, reſtringitur ad ſpeciẽ, à ſuo generali ſignificato, ut probatur in l. fi. ff. de tritico, uino, & oleo lega. l. ſeruis urbanis. in prin. & l. cum quæreretur. §. j. ff. de lega. iij. ita dicit Bart. ſuper rub. de nouo C. cõponẽdo. circa princ. *Quod facit ad quæſtionem, quãdo quis aliquẽ inſtituit & ſibi ſuos hæredes ſubſtituit, qui hæredes aut tantum ſui, aut extranei quicunq; uideãtur ſubſtituti cum appellatione hæredũ tam ſui, quàm neceſſarii ac etiã extranei quicunq; cõtineantur. l. ſciendũ. & l. hæredis appellatione. & l. ex illa parte. ff. de uer. ſig. Et per iam dicta uidetur ſui tantũmodo ſubſtituti propter uerbum, ſuos, ibidẽ ſubiunctum: per quod uerbũ, hæredes, quod eſt generale, reſtringitur. ſuper quo uide quæ ponit Bal. in c. j. de natura ſucceſsiõis feudi. colla. x. ubi mouet iſtã quæſtionẽ. facit bene quod ponit Spe. in ti. de teſt. §. in primis. uer. fi. ubi dicit quòd nomẽ hæredis poſitũ in ultima uolũtate in ſubſtitutione nõ ſignificat alios, quàm deſcendentes. quod ſecus in cõtractibus. l. fi. C. de hære. inſti. l. ſub diuerſis. §. j. ff. de cond. & dem. hoc etiam facit ad multa alia, quæ ſæpe contingunt. De hac materia, uide quæ plenè dixi ſ. q. ccccliij. & q. cccxxx.

a ¶ Bartol. circa princ. *In uerſic. ueruo ad ſecundam.*

b *Hæredes ſubſtituit. *Aduerte, quando quis inſtituit Titiũ & ſuos liberos, an ueniant liberi ſimul cum Titio, uel ordine ſucceſsiuo. Et quid ſi inſtitutum erat teſtatori de deſcendentibus non de tranſuerſalibus, uide pulchrum conſil. do. Phil. Decij, in conſil. ccv. incip. in cauſa. in ſecundã parte cõſiliorũ. Et qui cõprehendantur appellatione hæredũ. uide Alex.*

in conſi.cv.incipiente perſpectis uerbis.col.ij.uerſicu.ſi comprobatur.& col.ſequenti.in primo uolu.in conſil. clxv.incipien.conſideratis uerbis. in ſecundo uolumine.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis præſtandum ab habitantibus in territorio alicuius bannereti.*

QVAEST. CCCVII.

SI aliquis, qui non eſt homo meus, moretur in territorio 1 *meo, ac iuriſdictione, ipſe non tenetur præſtare mihi homagiũ uel fidelitatem: attamen ratione habitatiõis ipſe eſt mihi ſubditus, & ideò ipſe debet mihi præſtare ſacramentum, quòd nõ erit mihi nociuus, ſed fidelis, ut no. Hoſtien. extrà, de ſimonia. & in capit. diligenti. in lectura ſua. pro quo uidetur text. in feudis qualiter uaſallus iurare debeat. a in cap. primo. §. fin.[a] Et ideo anno domini, M. ccccl x. de menſe Nouembris, dum fui in Sancto Albano, feci coram me aſsignari omnes homines meos ipſis locis caput hoſpitii facientes, & dum coram me fuerũt, ipſi mihi præſtiterunt iuramentũ, quòd erunt mihi fideles, &c. ut conſtat iuramento recepto per Claudiũ ueteris, notarium dicti loci.

a ¶ §. finali. *Vbi ad hoc uide l. apertum. & ibi dominum Bald. in uerſi. iij. eſt iurament.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutionibus duabus eodem teſtamento factis, an ſecunda ualeat.*

2 *Inſtituo, uerbum, qualiter ſumatur.*

QVAEST. CCCVIII.

TITIVS eius uxorem hæredem inſtituit, quamdiu uixerit, ei poſt eius * deceſſum 1 Sempronių hæredẽ uniuerſalẽ: utrum inſtitutio de Sempronio facta, ualuerit, qui reperitur ſuperuixiſſe dictæ uxori? uidetur quòd non, ut l. miles ita. in prin. ff. de teſta. mili. ibi miles. ita hæredẽ ſcribere poteſt, quo ad uiuet Titius, hæres eſto poſt mortem eius: ſed Titius, &c. ubi dicunt Dy. & Rayn. aliud in pagano: quod eſt notãdũ: & nihil plus dicũt. Idẽ uoluit dicere Bar. in l. hæreditas. ff. de hæred. inſtit. ubi facta oppoſitione de d. l. miles ita. dicit & ſoluit aliud in milite. ut ibi, aliud in pagano. ita ergo. & ꝙ ibi duplex inſtitutio reperitur in teſtamẽto pagani. quarũ prima eſt ad tempus certũ facta, utpote quamdiu uixerit. l. j. circa prin. ff. de cõd. & dem. Et ſecũda eſt ſubiũcta, initiũ habere debẽs à tempore incerto, hoc eſt, poſt tempus primo loco inſtituti quãdiu uixerit, ꝙ ſecunda inſtitutio non uidetur ualere, licet prima inſtitutio bene ualeat. l. qui filio. in princ. & l. in tempus. ff. de hæ- 2 redi. inſtitu.* Sed credo contra- a rũ,[a] quòd imò ſecũda inſtitutio ualet: quia uerbum inſtituo, debet ſumi, pro ſubſtituo, ſicut ſumitur in l. Gallus. in gl. poſita ſuper uerbo, exprimat. ff. de libe. & poſth. & iſtud uidetur tenere Bal. in l. id quod pauperibus. xiiij. q. C. de epiſ. & cle. quæ all. l. quærebatur.

batur.ff.de teſta.mili.ubi mouet quæſtionē de uxore inſtituta, & uſufr. ¶ Vide ĵ.q.cccccxxxiiij.de ſubſtitutiōe cōpēdioſa facta filio puberi. ¶ Sed quid in filio, qui ſubſtituitur hæredi extraneo, & nihil ſibi relinquitur iure inſtitutionis, an teſtamentum ualeat? uide quæ plenè dixi ĵ. q. cccxxv.

a ¶ Credo cōtrariū. *Hanc opi.tenet expreſſè d.Bal.in l.extraneū.ij.col. uer.ulterius quæro.C.de hære.inſti.*

SVMMARIVM.

1 *Ligij, qui dicantur.*

2 *Argumentum ab etymologia, ualidum eſt in iure.*

QVAEST. CCCIX.

VLTRA octo genera hominum, quæ ponit glo.in rub. C.de agri.& cenſi.lib.xij.reperio alia duo hominū genera. Quia alii ſunt homines ligii, & alii nō ligii homines.* Ligii dicuntur, reſpectu imperatoris uel regis Frāciæ, uel reſpectu domini noſtri Delphini: quia ſibi homagiū faciunt nullius alterius fidelitate ſalua.de prohibi.feu.alie.per Fe. §.in feu.col.x. c. uenies.extrà de iureiu.Et dicūtur ligii, quaſi ligati domino uel quaſi legalitatem cōtinentes, ſic alludēdo etymologiæ uocabuli, quod* eſt argumentū ualidū in iure.inſti. de teſta.in prin. & inſti. de tutelis.§.j. & §.tutores.iūcto §. eſt & aliud. inſti.de dona.ita dicit Spe.in ti. de ho.& fide.[a] circa prin.uer.& no.in uer.dicitur autē homo ligius &c.de quo homine ligio, habetur tex.expreſſus in clemē. paſtoralis.§.rurſus.ibi, homóq; ligius uaſallus &c.de ſentē.& re iudi.& ibi plenè per Gulielmum de mōte lauduno, qui bene declarat quis eſt homo ligius. ¶ Sed quid dicatur feudū ligiū, & feudū nō ligiū: uide plenè per Bal.in proœmio feudorum. ibi, ſexta diuiſio feudorum.

a ¶ Spe.in ti.de ho.& fide. *Voluit allegare Pe.in tit.de feu.in §.quoniā ſuper homagijs & fidelitatibus.*

SVMMARIVM.

1 *Ligius homo nō poteſt eſſe duorum.*

QVAEST. CCCX.

HOMAGIVM ligium, de quo ſ.proximè tetigi, non poteſt fieri duobus diuerſis dominis, etiā pro diuerſis feudis, ſecūdū Spe.in ti.de fi.& ho.[a] uer. x.quæritur.& Bal.in proœ. feu. vj.di.in fine*, dicit quod homo ligius non poteſt eſſe duorū.qui alle.Spec.ubi ſ.& c.recolētes.extrà de ſtatu mona. Tamen Petr. Iaco.in materia feudorum circa finem x.diſtinctionis, dicit ſe uidiſſe uaſallos facere homagium ligium diuerſis dominis, pro diuerſis caſtris.& ita ſeruat conſuetudo in hac patria Delphinali & aliis patriis circunuicinis, quicquid ſit de iure.

a ¶ Spec.in ti.de fi.& ho. *Allegare uoluit penul.§.quoniam ſuper homagijs & fidelitatibus.*

SVMMARIVM.

Homines non ligij, qui dicantur.

QVAEST. CCCXI.

HOMINES non ligii dicuntur, qui faciunt homagium

gium alicui baroni bannereto
1 uel militi: & ita*alteri quàm im
peratori, uel regi, aut domino
noſtro Delph.ſecũdũ Spec.tit.ſ.
in præcedẽti q.alleg.in uerſi.&
nota.Et talis poteſt de iure eſſe
horum duorum diuerſorum do-
minorum, pro diuerſis feudis.
caſus uidetur expreſſus, quem
a Spec.alle.in c.graui.[a]ibi, uel cui-
cunque aliæ perſonæ &c.in uer.
quæritur &c.ita etiam ſeruat cõ-
ſuetudo in hac patria Delphi.

a ¶C.graui.*Voluit alle.c.grandi.de ſupp.negli.prælato. lib.vj.*

SVMMARIVM.

1 *Ligiorum hominum diuiſio bifaria.*

QVAEST. CCCXII.

HOMINVM non ligiorũ
alii dicuntur franci,alii tal- 1
liabiles,& ita uidemus in hac pa
1 tria Delph.& locis * circunuici-
nis,ubi ita ſe habet conſuetudo
talium hominum talliabilium, 1
quæ debet propterea attendi.ff.
commu.prædi.l.uẽditor.§.ſi cõ-
ſtat.& l.de quibus.ff.de legi. &
ſi etiam dicit Spe.in tit.in præce.
q.mentionato.uer.xix. quæritur.
circa fi.& uer.xxvij. quæritur. in
fine.De materia hominũ tallia-
bilium, & manus mortuæ uide
quæ dixi plenè infrà q. cclxj.
¶Iuxta hanc materiam quæro,ſi
filius natus ex homine meo,&
muliere,quæ ſit fœmina alterius
domini, cuius erit homo talis?
dicit Martinus de fano, quòd
meus erit adiudicãdus. l.ne diu
tius. C. de agri.& cenſi. lib. xj.
quia iura plus fauoriſant mihi,
qui ſum dominus patris,q̃ illi qui
eſt dominus matris. ita refert
a Spec.in ti.de homagio & fide.[a]
§.j.uer.v.quæritur.ibi,in hac quę
ſtiõe &c. ¶Et de hac materia ui
de plenè per dominũ Martinũ
de fano.in ſuo tractatu de homi
nibus.hanc etiam materiam ui-
de per Spe.in tit.de feudis.¶An
per mortem hominis deceden-
tis ab inteſtato bona ſpectant?
do.Bal.quòd ſic.in l.j.C.de hæ-
redita.de curia.niſi conſuetudo
aliter ſe haberet, ut ibi dicit
idem Bal.

a ¶Spec.in tit.de ho.& fide. *Voluit allegare ut ſuprà dixi duabus q.præceden.*

SVMMARIVM.

1 *Franci homines, dicuntur dupliciter.& nu.1.*

QVAEST. CCCXIII.

FRANCI[c]homines* dicun-
tur dupliciter. uno modo
qui liberi ſunt à præſtatione ali-
cuius homagii,ſic quòd tali cõ-
ditioni nunquam fuerunt adſtri
cti.inſti.de ingenuis.in prin. uel
ſi fuerint adſtricti,qui pacto ſeu
remiſsione aut principis reſcri-
pto uel præſcriptione fuerunt à
tali conditione liberati.De pri-
mo eſt tex.inſti.de libertinis. in
§.j.& §.multis. De ſecundo,eſt
tex.in l.j.& ij.C.de iure aureorũ
anulorum.& de na.reſti.De ter-
tio,eſt text. in l.ij. C.de præſcri.
lõgi tẽporis, quæ pro libertate.
2 Alio*modo dicũtur frãci, qui re
cognoſcũt ſe homines alicuius
nulla cauſa adiecta, & homagiũ
ſimplex

ſimplex faciunt alicui bannereto, uel militi uel alteri nobili, ſiue ſe adſtringendo ad aliquod ſeruitiũ. & de iſtis hominibus, uidetur loqui Martinus de fano. in tractatu ſuo de hominitiis & homagiis. in ij.q. principali. quã etiam Spe. in tit. s. in præcedentibus quæſtionibus allegat, in uer. iiij. quæritur &c.

a ¶Franci. *Id eſt, liberi & ab omni ſeruitute abſoluti. do. Bal. in c. j. circa fin. in uerſi. alia quæſtio. de ca. qui curi. uendi. in uſi. feud.*

SVMMARIVM.

1 *Talliabiles, qui dicantur.*

2 *Operas ſuas an quis poſsit locare in perpetuum.*

3 *Talliabiles, quibus æquiparentur.*

QVAEST. CCCXIIII.

TALLIABILES dicũtur, qui ita ſe recognouerũt quibus prætereà imponi poteſt tallia: quia ad eã ſe adſtrin-
1 xerunt: & ideò ſic dicũtur à *tallia, alludẽdo etymologiæ uocabuli, ut nomẽ conſonet rei. l. defenſores. ij. C. de defenſoribus ciui. inſti. de tutelis. §. j. & §. tutorũ: cum ſimi. Et ipſorum hominum modus ſeu uſus potius moribus & ex uſu antiquo, quàm alio iure naturali, uel gentium, fuit introductus & adinuentus. Ita dicit Gulielmus de monte laududuno in cle. paſto. §. rurſus. de ſententia & re iudi. ubi poſt eum ſubiungit do. Fran. de Zabarellis, Card. flo. quòd talis uſus ſeu modus fulcitur iure poſitiuo, propter pactiones & ſtipulationes: quæ interueniunt, quibus mediantibus quis poteſt obligare perſonã ſuam, & cõditionem deteriorẽ facere. l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. l. j. §. j. l. iuriſgẽtiũ. §. prętor. ff. de pactis. c. j. & ij. extrà eo. ti. ita etiã tenet
a Spe. in ti. de homa. & fide.[a] in uer. qui incipit, primò &c. & uerſi. ij. quęritur. & allegat tex. quem dicit expreſſum in c. grandi. s. alle. ibi, fidelitate, homagio, iuramento, ſeu pacto, &c. iſtud idem tenet Io. Fab. inſti. de iure perſonarum. §. pen. in prima quæſtione. Pro hoc facit bene, quia ſi quis
2 *operas ſuas poſsit locare in perpetuum. l. ſibi. lo. ij. iuncta gl. locati. & quod locari poſsint in perpetuũ, tenet Ioã. Fab. inſti. de iure pſonarũ. §. pen. in pe. quęſt. item etiam pacto uel ſtipulatione poteſt ſe quis hominem alterius conſtituere, uel ligium, aut talliabilem uel francum. arg. l. fi. C. de conſtitu. pecu. Attento etiã quòd ex hoc libertas ſua nõ minuitur, imò tenetur dominus eũ contra alios in perſona & rebus defendere. xxij. q. ult. c. de forma. in fi. ſicut dicit Spe. in ti. s. alleg. in uer. qui incipit, primò &c.
3 *Et tales homines talliabiles propriè poſſunt æquiparari hominibus adſcriptis glebæ ſeu oneri talliarum ſoluendarum. ſicut ad ſcriptitii ſe adſtringunt. l. cũ ſcimus. C. de gra. & cenſi. li. xj. ¶De hac materia tamen uide plenius infrà quæſtio. ſeq. Et ibi ponitur limitatio & declara-

tio ad prædicta.

a ¶Spec.in titu.de homa.& fide. *Voluit a lle.tit.de feu.§.quoniam ſu per homagijs & fidelitatibus.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſimplex ſe eſſe talliabilē, an ſibi, & poſteritati præiudicet. vide & nu.2.*

3 *Pater ſi iuramentum adiecit in recognitione tallia, an filius tali iuramento adſtringatur.*

QVAEST. CCCXV.

SED iuxta præmiſſa, quæro: Titius recognouit ſe & liberos ſuos natos, & naſcendos, eſſe hominē & homines talliabiles cuiuſdā nobilis,& ſuorum,& promiſit & iurauit:ſed nūquam tamen tale homagiū aliàs præſtiterat: modò inſurgit quæſtio, 1 *utrum uirtute talis recognitionis dictus Sempronius filius poſſit cōueniri & conuentus condēnari ad recognoſcendum ſe eſſe hominē talliabilem hæredi dicti nobilis?Pro cuius quæſiti euidētiori declaratione præmitto, quæ ſ.dixi,q.præcedēti.Quibus præſuppoſitis,ſi conſtaret legitimè de tali recognitione, dictus Titius potuit adſtringere ſe & liberos ſuos ad talem cōditionē, ut dixi in q.præcedenti,iuncta l. pe. C.de libertis & eo.libe.ſed quia nullum tale homagiū fuit per dictum Titiū patrē præſtitū ipſum peti non poteſt uirtute dictæ recognitionis à dicto Sem- a pronio filio,ex tali ſeu alia[a] recognitione,ſi nō ſequatur actus uel uſus,de quo appareat:utpotè præſtatio homagii, uel ſolutio talliæ,nō poteſt petēdi ius fuiſſe quæſitū:ita uoluit dicere Io.Fab. inſtr.de act.§.æquæ.uer.iij.quæritur &c.facit bene l. nec ſi uolēs. iuncta l.interrogatus.C.de libe. cau.Et eſt ratio.* 2 quia tales recognitiones nō præiudicant quaſi cōtrariæ naturæ exiſtentes: ſed quo ad adſcriptitiā cōditionem bene præiudicant,ſi tamen talia ſubſequātur,de quibus in l.cùm ſcimus.circa prin.C.de agri.& cēſi.lib.xj.ita dicit gl.in d.l.nec ſi uolens.per quā gl.apparet,ꝙ ſi quis cōfiteatur ſe hominē talliabilē,qui primò erat frācus,aut liber,ꝙ ex tali confeſsione ſola ipſe nō poteſt prætēdi homo talliabilis,niſi pſtatio homagii, aut præſtatio ſeu impoſitio & ſolutio talliæ fuerint ſubſecutæ: ita uoluit dicere tex.expreſsè in d.l. cùm ſcimus. ubi tex.cū ſcim⁹ noſtra iura nolle preiudiciū generare cuiquā circa cōditionē.ſubaudi,prout dicit Dyn.ſtatim, ut de libero fiat adſcriptitius. Sequitur in tex.neque ex cōfeſsionib⁹.ſubaudi,put dicit Andræas de yſernia ſolis uerbalibus. Sequitur,neque ſcriptura, niſi etiā ex aliis argumētis aliquod acceſſerit incrementū, ſancimus ſolā cōfeſsionē uel aliā quācūq; ſcripturā.ad hoc dicit Odof.id eſt, ad inducēdū maculā adſcriptitiæ cōditionis.Sequitur, minimè ſufficere,nec adſcriptitiā cōditionē cuiqua inferre:ſed debere huiuſmodi ſcripturæ aliquod aduenire adiutoriū,uidelicet ex præſtatione ſenſus adſcripti, uel ex

aliis legitimis mediis talis ſcriptura inueni: melius eſt enim in huiuſmodi difficultatib^9,dicit Odof.id eſt,caſib^9 ſeruituti ſimilib^9 & odioſis.in uer.ſequit in tex.ex plurib^9 capitulis cōditiones oſtēdi,& nō ſolis cōfeſsioni b^9 neq; ſcripturis homines fore liberos,ad deteriorē trahi fortunā &c.ꝓbat ergo clarè d.l.ꝙ ex ſola cōfeſsione homagii talliabilis ſeu adſcriptitiæ cōditionis facta,nō poteſt prætēdi homagiū talliabile deberi,niſi talis cōfeſsio aliis argumētis incremētū habuerit:utpotè ꝑ homagii ꝑſtationē,aut ꝑ ſolutionē glebæ ſeu talliæ:q̄ cū nō fuerint ſecutæ recognitionē ꝑdictā,ex ea libertas dicti Titii ad deteriorē trahi non potuit fortunā.qđ eſt multū notabile.Nec obſtat ꝙ ſ.dixi in ꝓcedenti quæſtio. ꝙ pactionibus & ſtipulationib^9 poteſt quis adſtringere ſuā ꝑſonā,& ipſius cōditionē deteriorē facere:quia illud limitationē recipit.per d.l.cū ſcimus. uidelicet, ſi aliquis ſubſequatur actus,illi ꝓmiſsioni correſpōdēs,& ipſum coadiuuās,aliter nō.ſicut ponit tex.ad literam in dicta l.cū ſcimus.qđ tenet gl. in d.l.nec ſi uolēs.¶ Sed qđ ſi in a b
3 tali* cōfeſsione ſeu recognitione facta per d.Titiū patrē iuramētū interuenit,an Sempronius eius filius & hæres ligetur tali iu- 1 3
b rамēto?crederē ꝙ nō^b,qa licet ſucceſſor debeat ſeruare iuramētū defuncti,ut in auth.de iureiurādo à moriēte ꝓſtito.attamen a 2
ſi nō ſeruat, nō eſt ꝓpterea periurus.ut l.generaliter.in prin.C. de iureiur.& no.ꝑ Bar.in l.codicillis.§.q̄ſquis.ff.de leg.iij.& ponit Bal.in l.nō dubiū.C.de legibus.& eſt caſus in c.ueritatis.extrà de iureiur.¶ Sed qđ de Titio patre,recognoſcēte,q iurauit,ut quotidie uidemus,an ipſe teneatur ad obſeruātiā talis iuramēti? Dico ꝙ ſic,cū poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ:iuxta c.cū cōtingat.& c.licet.extrà de iureiu.& c.quāuis.de pact.li.vj.Et facit auth.ſacramēta.C.ſi aduerſus uēditorem.Sed crederē,ꝙ ſuper tali iuramēto eſſet diſpenſandū per Epiſcopū, cū iſtud iuramētū ſit naturæ cōtrariū,& cōtra hominis libertatē.Sicut in ſimili dixi de illo,q renunciauit ceſsioni bonorū in iuramēto.de quo uide quę plenè dixi.ſ.quæſtio.ccxj. ¶De diſpēſatione tamē iuramēti,uide quæ plenè dixi ſ.q.cxl.

a ¶ Seu alia. *Vide omnino d.Bar.in l.cū ſcimus.C.de agri.& cēſi.li.xj.*

b ¶ Crederē,ꝙ nō. *Caue, quia & ſi in hæredē nō deſcendat obligatio iuramenti, tamen deſcendit obligatio principalis:ut pulchrè dicit d.Pet.de Anch.in c.cum C.laicus.in iij.not. de for.competenti.libr.vj.*

SVMMARIVM.

1 *Talliabilis,an poſſit immunitatē cōſequi præſcriptiōe xl.anno.uidenus.*

2 *Iuramentum interiectum an impedit præſcriptionem immunitatis.*

QVAEST. CCCXVI.

SED iuxta præcedentē quæſtionē,^a pone* quòd dictus Sempronius filius dicti recognoſcētis ignorauit dictū Titiū eius

patrem cognouiſſe ſe eſſe hominem talliabilē, ſicut probabiliter potuit ignorare, poſtquā eam nō fecit. l. fi. in fi. ff. pro ſocio. & l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Et quod fuerit in quaſi poſſeſsione libertatis ſpacio xl. annorum abſq; eo, ꝙ dictū ſeruitiū uel aliud homagiū ab eodem petitū fuerit: & pro libero homine & franco & nō talliabili ſe geſſerit, an dici debeat frācus & liber à dicta cōditione homagii, & ipſum talem fuiſſe effectū per lapſum quadraginta annorū, nō obſtāte tali recognitione. licet habuerit titulū: credo ꝙ ſic: quia in tali libertate præſcribēda nullus requirit titulus. Et de hoc eſt textus expreſſus in l. ij. C. de præſcriptio. longi tēporis, quæ pro libertate datur. iūcta gl. ſup uerbo, bona fide. imò dato caſu, ꝙ probaretur dictū Sēproniū filiū malā fidē habuiſſe, quòd tamē in dubio non eſt præſumēdū, ipſe præſcriptione xxx. aut ſaltē xl. annorū, [b] inquantū ipſe ſimilis dici poſſet, aut parificari homini aſcriptitio, eſſet tutus. text. eſt expreſſus in l. omnes. ibi dum dicitur, in quacūq; perſona, &c. Et ſit liber. & ex præſentis ſaluberrimè minutione ſecurus, &c. iūcta gl. ſup uerbo liber. C. de pręſcriptione xxx. uel xl. annorū. & facit generalitas. l. ſicut. eo. tit. hoc etiam tenet Azo, in ſumma in tit. de præſcri. longi tēporis, quæ pro libertate cōpetit. Si igitur ſeruus exiſtens in quaſi poſſeſsione libertatis ſpatio xl. annorum, à cōditione ſeruili uel adſcriptitia liberatur: ſic & talis poſſeſsio cōtinuata ſibi præſtat firmā libertatis defenſionē, ut l. ij. & l. ſi omnes. ſ. alleg. Multò magis debet preſtare Sepronio filio, quaſi poſſeſsio ſua iam dicta tam lōgiſsima. ar. auth. multò magis. C. de epiſco. & cle.

2 Cōcludēdo* ergo dixi, quòd di. Sēpronius filius dici meret̄ francus, & à tali cōditione talliabili liber. nec uirtute dictæ recognitionis poteſt cōueniri neq; condemnari.

3 ¶ * Sed an iuramentū ſi interuenerit, impediat talem præſcriptionem: uide quæ dixi plenè ſ. q. cxcix. in fine. ¶ De hac materia uide in ſimili quæ dixi infrà q. ccclxxxvij.

a ¶ Iuxta præcedentem. q. *Vide iſtū, conſi. ſuo ccxiij. incip. ſequuntur rationes. nu. vj. uer. alia etiam ratione.*

b ¶ Saltem xl. annorum. *Iſtud tempus uidetur neceſſarium, per ea, quæ leguntur, & notantur in l. cùm ſatis: & ibi. d. Bar. circa princ. C. de agri. & cenſi. li. xj. & hoc ſentit gloſ. huiuſmodi. in l. omnes nocendi. C. de præſcrip. xxx. uel. xl. annorum.*

SVMMARIVM.

1 *Iuratus, an habeat officium de publico, perinde ac notarius.*

2 *Tabellio quiſne poſſit effici, de conſuetudine.*

QVAEST. CCCXVII.

1 VTRVM iuratus* curiæ Grayſnodani uel officialatus præſentis ciuitatis Grationopo. uel alicuius alterius curię, qui non eſt notarius publicus, poſsit

poſsit ſtipulari pro aliquo abſen te?Et uidetur quòd non, pro eo, quòd non eſt publica perſona: utpotè notarius.inſtit. de inutili ſtipulatione. §.ſi quis.& l.ſtipula tio iſta. §.alteri.ff. de uerb. obli. nam licet ſpeciale exiſtat in notario,ut pro alio poſsit ſtipulari, ut no.in d.§.ſi quis.& in auth.de litigioſis.§.ad excludendas. col. viij.Quod tenēt doc.cōmuniter omnes:plenè ponit Bart.in l.j ff. rem pupil.ſal.fore.Attamen hoc nō reperitur in iurato curiæ qui nō eſt notarius. Plus dixit Spec.
a in tit.de inſtru.edi.§.reſtat.[a]uer. ſed quis poteſt facere tabelliones.
1 nes.Quòd licet* ex conſuetudi ne aliquis poſsit effici tabellio, non tamē habet poteſtatē & offi ciū publicū,quod tabellionibus, legibus,& iure ſcripto datur. Et ita poteſtatē ſtipulandi quam ha bet notarius,ut ſ.dixi. Sed fortè hodie æquitate canonica, qua quis etiā nō publica perſona po teſt alteri ſtipulari, iuxta c.quo-
b ties cordis.q.vij.Crederem[b]talē iuratū curiæ poſſe ſtipulari, ac ſi eſſet notarius, & ita etiam tolerat conſuetudo & ſtylus curiarū præſentis patriæ:prout uidi temporibus meis obſeruari.

a ¶§.Reſtat. *In ſeptima columna.*

b ¶Crederē. *Pro opi.authē. uidetur facere id,quod legitur in c.ad audientiam.in §. nos igitur. extrà de præſcriptione.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius an poſſit conficere inſtrumentū procurationis in cauſa ꝓpria.*

2 *Notarius poteſt facere inſtrumentū, in quo ſe obliget alteri.*

QVAEST. CCCXVIII.

AN notarius poſsit* inſtrumentū procurationis cōficere pro ſe in cauſa propria? Et
a uidetur quòd non.[a] per ea quæ ponit Bar.in l.pupillus.§. itē ipſe tuto.ff. de authoritate tutorū. & plenius in l.ij.ff.de ſtipulatio.ſeruo.ubi inter alia dicit,quòd promiſsio facta à notario, qui procuratorē facit & procuratoriū conficit, non ualet. quia inter promittentem & ſtipulantē debet eſſe differentia. Sed quicquid ſit de iure,de ſtylo,& communi obſeruantia curiarū præſentis patriæ,tolerātur talia procuratoria,prout uidi in pluribus
2 & diuerſis cauſis.* Notarius tamen de iure poteſt cōficere inſtrumentum in quo ſe obliget alteri,ſecundum Bart. in l. ſi puberes.ff.de falſis.

a ¶Et uidetur, quòd non. *Et illud eſt uerum,quando notarius ſcriberet procurationē paſsiuè : quia nō poteſt ſibi adſcribere authoritatē uel officium:ut tenet do.Bal. in l.indices. in fi.C.de fi.inſtru.ubi uerò actiuè,ſcilicet quando notarius alium conſtitueret procuratorem, poteſt ſcribere propriam procurationē: & quo ad mandatum ualet : & facit fidē tam pro ipſo procuratore,quàm pro parte aduerſa hoc inducente contra conſtituentem:ſed pro ipſo non niſi probaret ante illi inſtrumento fidē impoſitam. quo autem ad ſtipulationē cōtentam in procuratione, per quam*

procur

procurator releuatur ab onere ſatiſdandi, non ſufficit huiuſmodi inſtrumentum procuratorium. quia inter ſtipulantem & promittentem debet eſſe diuerſitas. & ita ſentit do. Bartol. in l. ſeruus communis. in uerbo, quaro quidam notarius. ff. de ſtipu. ſeruo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an poſſit tollere præſcriptionem longi temporis xxx. uel xl. annorum.*

2 *Renuntiari an poſſit præſcriptioni xxx. uel xl. annorum, ex pacto inter contrahentes adiecto.*

QVAEST. CCCXIX.

1 AN ſtatutum poſſit tollere præſcriptionem longi* tẽporis xxx. uel xl. annorum? Bald.
a dicit quòd ſic. in c. j.[a] de cap. Corra. in §. præterea. in feud. col. x. imò & omnẽ præſcriptionẽ indiſtinctè ſecũdum Anto. de but. ut dixi q. ccccix. & ita iudicatur in curiis Delphi. ſancti Marcellini & Cabeoli, uigore ſtyli ipſarum curiarum, in quibus nõ admittitur exceptio præſcriptionis aduerſus inſtrumentum obligatorium ad uires, & ſubmiſsione ipſarum curiarum confectum, niſi tantummodo exceptiones ſolutionis, nouationis, & pacti de non petendo. Sed aduerte: quia hoc caſu oportet quòd inſtrumentum ſit ſigillatum ſigillo dictæ curiæ ſancti Marcellini, ut di
2 xi plenè ſuprà q. clxxxj. ¶* Sed an ex pacto inter cõtrahentes adiecto poſsit renunciari tali præſcriptioni: uel teſtator in ſuo teſtamento poſsit impedire ne currat? & uidetur quod ſic, per l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edic. ſed Bar. dicit, quòd cũ ſit merè odioſa, non poſsit eidem renunciari. ut no. ipſe in l. j. ff. de uſucapi. & de lega. j. l. nemo poteſt. ¶ De hac etiam materia tetigi ſ. q. lxxxj. ¶ De materia ſtyli d. curiæ ſancti Marcellini, uide quæ dixi ſuprà q. xv.

a ¶ *In c. j. Adde domi. Bartol. in addi. Spec. in ulti. colum. in uerſic. ponunt Tudertini. ubi uult, quòd princeps poteſt ſtatuere, ne præſcriptio unquã currat. ex quo nõ eſt de iure diuino, ſed humano. alleg. l. ut inter diuinũ. C. de ſacroſan. eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Geſta per falſum procuratorem, an poſſint ratificari poſt renuntiationẽ & concluſionẽ in cauſa. diſting. nu. 1.*

2 *Geſta per falſum procuratorem, an poſſint ratificari poſt ſententiam.*

4 *Geſta per falſum tutorẽ uel curatorem, an poſſint ratificari per pupillũ.*

5 *Tutor an poſſit ratificare geſta per falſum actorem.*

6 *Geſta per procuratorem, quo caſu non poſſint ratificari.*

QVAEST. CCCXX.

QVIA geſta per falſum procuratorem, poſſunt ratificari: ut l. licet. C. de proc. & l. licet.
a [a] ff. de iudiciis.* Nunquid poſt
1 renunciationẽ & concluſionem in cauſa poterit fieri talis ratificatio? dic quòd ſic: poſtquam tale negotium non peccat, niſi in defectu conſenſus: talis conſenſus poteſt interuenire quandocunque

cunque ante ſententiam. l.quod enim. §.ratum.ff.rem ratam haberi.Et hoc tenere uidetur gloſ. in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de exceptio.rei iudi.& Bart.ibi.item.& idem Bar.in l. ſi tutor. C. in quibus cau.in integ.reſtit.nō eſt neceſſar.Et ita ſeruatur de ſtylo in hac curia parlamēti Delph.¶ Sed
2 *utrum poſt ſentētiam geſta per falſum procuratorem poſsint ratificari? Videtur caſus, quòd ſic, in d.l.licet. C. de procu. glo. ſuper uerbo,ſolent, ibi.niſi ratum habeat &c.Et pro hoc eſt tex. in l.iij. §. falſus pro. ff. rem ratam haberi.& tenet gloſ.l.ij.C .ſi ex falſis inſtrumentis ſententia lata fuerit.In cōtrarium uidetur, per l.j.C.ſi in cōmuni eadémq; cauſa in integ. reſtit. poſt. fuerit. Et per l. ſi fundus.§.j.ff.de pign.& l.
3 ſi mater.C.de rei uend.*Sed pro concordia dic,quia aut quis uult ratificari ſententiam in ſui fauorem,& non poteſt.ut l.ſi pupil.§. ſed ſi ego.ff.de neg.geſt.l. ſi ſeruus.ff.de prec.& c. cū quis.extrà de ſentētia ex cō.li.vj. Aut uult habere ratum in ſui præiudiciū. & tunc hoc facere poteſt.ita intelliguntur iura pro iſta parte ſ. alleg.ita dicunt gl. Cy.& Bar. in d.l.j.C.ſi in cōmuni eadémq; cauſa in integ.reſti.poſt.Sed uidi in hac curia parlamenti tolerari indiſtinctè ratificationes ſententiarum,ſiue pro ratificante fuiſſet lata ſententia,ſiue contra eū. Et ita etiam communiter pertranſeūt iudices inferiores præſentis patriæ Delphi.ex quadam æquitate.Et hāc partem ſequitur Ang.de Are. poſt Raphaēlē, qui dicit quòd eſt communis opinio in l.ſi ſe non obtulit.ff.de re iud. Et ſcripſi de hoc in apparatu meo,ſuper ſtatuto Delphi.ſi quis per literas. in gloſ. ſuper uerbo,
4 appel.in fi.¶* Vtrū geſta per tutorem,uel curatorem poſsint ratificari per pupillū? Bar.quòd nō, in l.ſi tutor.C.in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſaria. ¶ Sed an tutor poſsit ratificare geſta per falſum actorem?credo quòd ſic.per ea quæ dicit Bar. in d.l.ſi tutor.¶ Vtrum per appellationē ſentētia nulla, ualidetur ex quadam tacita ratificatione: uide infrà q.cccccxxxvj.in uer.vj. pone.Bald.in l.falſus. C. de furtis.dicit,quòd geſta per procuratorē reuocatū tamen poſſunt ratificari:cum tamen diſtinctione ibi poſita.dicit etiam ipſe Bal. in authen. ei qui appellat. C. de
5 tēporibus appellationū.* quòd ſi iudex interloquendo pronunciat aſſertum procuratorē non habere ſufficiens mādatū, quòd poſteà non poſſum geſta per eum ratificare.

a ¶L.licet.*in glo fi.in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Oeconomum Eccleſiæ citari ſufficit, in cauſis tangentibus capitulū Eccleſiæ.& quid de qualibet uniuerſitate.nu.1.*

QVAEST. CCCXXI.

IN cauſis tangentibus capitulum alicuius eccleſiæ, ſufficit quòd

quòd citetur œconomus eccleſiæ. tex. notabilis in l. omnes. §.
a hoc nihilominus [a]. C. de epiſc.
1 & cle. Idẽ * in gardiano fratrum minorum. idem in procuratore fratrum prędicatorũ. idem in cõſulibus uniuerſitatis, arg. d. l. Et ita etiã ſeruatur de ſtylo pręſentis curiæ parlamenti & aliarum curiarum præſentis patriæ Del-
b phi. ¶ De materia citationis, [b] plenè tetigi in notabilibus. fo. xij. & fol. xxxij. uerſo. & foliis xxxvij. lxxxiij. cxlj. cxlv. ¶ De materia citationis etiam tetigi ſuprà quæſtione. cclv.

a ¶ Nihilominus. *Et ita ibi not. do. Bal. in j. nota.*

b ¶ Citationis. *de materia citationis, uide per dom. Fely. in c. j. indiſpar ſim per totum cap. de multis modis citandi.*

SVMMARIVM.

1 *Iudici delegato non creditur, niſi conſtet de eius mandato. Quid de ordinatione. nu. 1.*

QVAEST. CCCXXII.

NON creditur iudici de legato, niſi de eius conſtet
a commiſsione. [a] * per l. fin. C. de
1 legibus. & facit text. in c. cũ in iure peritus, extrà de officio deleg. Et idem in officialibus Cęſaris. l. prohibitum. C. de iure fiſci. Et idẽ in procuratore, ut capit. alia. extrà de procura. & c. cauſamq;. extrà de iudiciis. & facit hoc ad quæſtionem agitatus eſt & completus proceſſus coram locum tenente iudicis Grayſnodani. nõ conſtat in proceſſu de eius locumtenentia, nunquid ualeat talis proceſſus? dic quòd non, per
2 iura ſuprà allegata. * Secus tamen eſt, de ipſo iudice ordinario. quia licet in proceſſu non conſtet de eius poteſtate, nihilominus tamen ualet proceſſus, quia pro eo præſumitur. ita tenet gloſſ. in dict. capitulo, cum iure peritus. in gloſſa finali. Et ibi dicit Innocen. quòd ſententia talis delegati uel aſſerti locumtenens non debet executioni demandari, niſi de eius commiſsione uel locũtenentia conſtet. & ita ſeruatur in omnibus curiis præſentis patriæ Delphinalis. Et de hac materia reſpectu iudicis delegati qualiter debeat exhibere eius commiſsionem tanquam exerceat: uide quæ dixi ſuprà quæſtione cclxxxvj.

a ¶ Commiſsione. *Et ideò delegatus quando citat, debet mittere copiam reſcripti. non tamen bullam, aliàs nõ ualet citatio. ordinarius uerò quando citat, non debet facere fidẽ de ſua iuriſdictione. ſufficit enim ipſum eſſe in poſſeſsione iuriſdictionis. Si tamẽ citat ſibi ſubditum, uel in loco ſubditi, ſecundum dominum Bal. in Marga. in uerbo, delegatio. ibi, delegatus quando citat.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula teſtamentaria, Si non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum, quid operetur.*

2 *Codicillum poſsitne quis facere, ſine teſtamento.*

3 *Clauſula codicillaris ſi ſit adiecta in teſta*

teſtamento, nunquid teſtamentum ualebit iure codicillorum facto ſecundo teſtamento.

4 *Petitio hæreditatis directa an competat ea, qui agit uigore codicillorũ.*

QVAEST. CCCXXIII.

3 ¶ Sed*an bonis publicatis fiſco, cenſeatur ius patronatus publicatũ? Sali.ꝙ non,in l,j.C,de bonis libert.& de materia authent, bona damnatorum. C. de bonis damnat.uide plenè,per Bald. in feud,in titu,de pace tenenda,& eius uiolatoribus.Sed cui applicētur bona illius,qui ſeipſum interficit:uide Cy.& doct.in l,ij.C, qui teſt.fa.poſſ. ¶ An dicta auth. bona damnatorũ.ſit hodie correcta, uel in quibus habet locũ: uide quæ dixi ſ,quæſt.ccccxxxvij, uerſi,ſed quod dixi,&c,

a ¶ Diuerſis dominis. *Vide omnino do.Angel.in tracta.maleficiorum.in gloſ.& eius bona publicamus. in j. col.in uerſi.quaro,bona expreſſè.*

b ¶ Nomina debitorum. *Vide iſtũ, infrà dec. ccccclxxxiiij.& quod ibi poſui in addi. in uerſicu.an appellatione bonorum.*

SVMMARIVM.

1 *Productio teſtium per partem priuatam facta,non prodeſt, neque nocet parti fiſcali.*

2 *Teſtes producti à falſo procuratore,alia parte præſente,an ualeant.*

3 *Pronũtiari an poßit in criminali,ex probatione habita in cauſa ciuili.*

QVAEST. CCCXLII.

1 VTRVM teſtes in cauſa *inquiſitionali, per partē priuatam producti,proſint parti fiſcali, quæ ipſos non produxit?uidetur quòd non,per tex.in l.ſi quando.C.de teſta.circa finē. ibi,quæ eos introduxit,&c.Et facit cap.ij.extrà de teſt,ſicut enim res inter alios acta, aliis non prodeſt, neque nocet, etiam in ſimili negocio.l.ij.& l.fin.C.qui.res iudic.non nocet,ſic nec productio per partem priuatam facta nõ prodeſt neque nocet parti fiſcali. ut dicto c,ſecundo.cum not.per Innoc.in c.conſtit.extrà, de teſt,ubi dicit,quòd teſtes producti reſpectu unius perſonæ,nõ ualent reſpectu alterius. & facit bene quod not.per Bart.in l.j.§. fin.ff.de quæſtio. & in lege denuntiaſſe.§.fina,de adulter. Sed quicquid ſit de iure, hæc curia parlamenti Delphin. ſeruat contrarium ; prout uidi in multis & diuerſis cauſis inquiſitionalibus obſeruari,nam de ſtylo dictæ curiæ fit condemnatio contra delatum ex informationibus ſumptus tantummodo per partē priuatam.

2 uatam. ¶*Sed an teſtes producti à falſo procuratore, parte alia præſente, ualeant? Videtur quòd ſic, per text. in d. l. ſi quando ibi alterutra parte præſente, &c. in contrarium uidetur per l. licet. C. de procurato. & facit l. cùm minor. §. falſus procurator. ff. rem ratam haberi. Et hanc quæſtionem relinquo pro utraque b
a parte dubiã: [a] quia non recordor uidiſſe in hac curia parlamenti determinationem fieri de
3 iure, & de ſtylo. ¶*Sed an ex probatione habita in cauſa ciuili poſſit pronuntiari in criminali cauſa? Dic, quòd non, per gloſ. in l. ſi quis ad ſe fundum. ſuper uerbo, deſtinatus. ff. ad l. Iulia. de ui publ. ibi Bar. & idem Bartol. in l. ſecũda. §. primo. ff. ui bonorum raptorum.

a ¶Dubiam. *Prima opi. uidetur probabilior. Nam procuratoris falſi factum poteſt tacitè uel expreſſè ratificari, per do. utentem illo. ut per do. Bar. & doct. in l. ſi tutor. C. in quibus cau. reſt. in integr. non eſt neceſſ. & in l. licet. ff. de iu.*

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis, non liberatur, quin ſoluat ad pinguiorem fortunam euectus.*

2 *Lugduni, ceſſio bonorum liberat, etiam in futurum.*

QVAEST. CCCXLIII.

1 CEDENS *bonis, [a]non li-
a beratur, quin ſoluat ſi perueniat ad pinguiorẽ fortunã. l. q
2 bonis* C. q. bo. ced. poſſũt. quod uerum intelligo, niſi uituperoſa fieret ceſſio: ut quia remotis familiaribus, de culo percuſſit ſupra lapidem, iuxta conſuetudinem curiarum ciuitatis Lugduni, & aliorum diuerſorum locorum: quoniam tunc liberatur, etiam ſi perueniat ad pinguiorem fortunam. ut eſt glo. in cap. ſicut dignum. in §. primo. ſuper uerbo, ſi hunc, [b] &c. extrà, de homicidio. in antiquis. ¶Et de hac materia ceſſionis bonorum, uide quæ dixi plenè ſuprà quæſt. ccxj.

a ¶Cedens bonis. *Tu uide de nouatis ſuper hoc, plenè per iſtum cõſil. cxxiiij. incip. circa materiam. nume. vij. uerſic. ad ſeptimum.*

b ¶Gl. in §. j. ſuper uer. hũc. *Voluit allegare §. iiij. qui incipit hi quoq;. & gloſ. in uerſicu. ſi habent ibi, niſi pro eo iam ſuſtinuiſſet pœnas corporales.*

SVMMARIVM.

1 *Machinans mortem alterius, quàm Imperatoris, an incidat in crimẽ læſæ maieſtatis. diſting. num. 1.*

3 *Machinans mortem unius ex dominis Parlamenti Delphinalis, an incidat in crimen læſæ maieſtatis.*

QVAEST. CCCXLIIII.

PONE aliquis machinatur necẽ alterius domini, quàm
1 Imperatoris, *[a]an habeat locum
a titulus ad l. Iul. maieſtatis? & uidetur, quòd non: quia dictus titulus loquitur de principe, hoc eſt, de Imperatore, ergo non eſt extendendus. l. cùm quidam. ff. de liberis, & poſthum. & capitu. odia. de regulis iuris. libro vj. in

E 3 contr

contrariū uidetur per l.iij.§.reus
2 etiā.C.de epi.aud.Circa* hoc pu
to diſtinguendū:quia aut loqui-
mur de maioribus Baronibus,ut
de Rege Frāciæ, de domino no
ſtro Delphino, de Duce Burgun
diæ, & ſimilibus, tunc locū habet
pœna dictæ l. aut nos loquimur
de inferioribus Baronibus exiſtē
tibus ſub talibus maioribus, &
tunc non habet locum pœna di-
ctæ legis. aut nos loquimur de ta
libus Baronibus, qui ſuperiorem
nō recognoſcūt, ſaltim de facto:
& tunc habet locū pœna dictæ l.
ſic intelligitur l.iij.C.de epiſ.au-
di.Nā licet l.locum non habeat,
attamē mens l.locū habet, & hoc
ſufficit, ſicut dicimus in l. hæc a-
ctio.quę eſt pen.ff.ſi quad.paupe.
feciſſe dicatur. & ita tenet Paul.
de Caſt. in l.j.ff. ad l. Iul. maie.&
ita etiam uidetur tenere Archi.
in c.felicis.de pœnis.li.vj.& facit
bene.ij.q.j.ſi quis.iij.q.v.c.iij. Sed
quicquid ſit de iure, obſeruatur
in hac patria Delp.ꝗ conſpiran
tes in tales principes uel mortē
ipſorū machinātes ſiue recogno
ſcāt ſuperiorē ſiue nō, puniuntur
pœna dictæ l. & ita de tempore
meo fuit obſeruatū in patria Sa-
baudię, in perſonā domini Io.la
gireti.legū doc.qui propter cō-
ſpirationē per eum factā in per-
ſonam domini Amedei ducis Sa
bau.fuit decapitatus, & bona ſua
confiſcata, de anno domini M.
ccccv.licet ipſe dominus Sabau.
recognoſcat ſuperiorē, uidelicet
3 imperatorem. ¶* An machinans

mortē alterius ex dominis parla
men.Delp.incidat in crimē læſæ
b maieſtatis. Saly.ꝗ nō[b], in l.quiſ
quis.ibi,tertio quęro.ad l.Iul.ma
ieſt.ſed tales puniuntur tanquā
delinquentes in magiſtratum, ut
ibidem di.Salycetus.

a ¶ Quàm Imperatoris. *Vide domi. Car.in cle.ij.de re iud.& d.Bar. & doc.in l.cuiusq;.ff ad l.Iul. maie. & d. Alexan.in l.j.cod.titu.& Spec.de feud.§.ij.*

b ¶ Quod non. *Secus tamen in his, qui militant circa latus principis, ſiue in militia armata, ſiue inermi. ſexta.quaſtio.j. ſi quis.et ibi domin. Archid.Et uide loca ad qua ipſe remittit.*

SVMMARIVM.

1 *Supplicare ſecundò non licet à ſententia Præfecti Prætoris Delphinalis.Limita.num.2.*

QVAEST. CCCXLV.

1 A SENTENTIA* præfe-
cti prætoris nō licet ſecun-
a dò ſupplicare.[a]per tex.in l.j.quis
aduerſus.C.de precibus impera.
offerē.& no.Inno.in c.ex literis.
extrà de in integr. reſtit. Et ita
b dom.noſter Delph.[b]in ſequēdo
hanc iuris diſpoſitionem, per
ſuas patentes literas conceſſas
Romæ,M.ccccliij.prohibuit ſup-
plicari bina uice à ſentētiis ex or
dinationibus curiæ parlamenti.
& niſi ſemel uidi. tamen in hac
curia parlamen.quæ uicē præfe-
cti prætoris obtinet, admittit ſe-
cundam ſupplicationem ab alia
parte emiſſam de anno domini,
Mil. ccclj. in cauſa dominorum
Bach

Bachagii,& Meolani, ſuper facto caſtri ornaceui. Sed ubi ſecũda ſupplicatio ab eadẽ parte emitteretur, nõ admitteretur,per dictam legem, ſi quis aduerſus. prout uidi fieri in hac curia par-
2 lamenti.ideò* credo quòd dictũ reſcriptum Delphinale debet intelligi quòd non ſuplicetur niſi ſemel:uidelicet ab eadem parte. ¶Et de materia huius ſupplicationis: uide quæ dixi, in alio tamen caſu,ſuprà quæſtio.clxxxix. & Spe.in ti.de ſupplicatione. Et an hæc curia parlamenti obtineat uicẽ præfecti Prętoris:uide quę dixi ſ.q.cxcvij.

a ¶Secundò ſupplicare. *Semel tantum à ſententia ſupplicatur, ſed appellatur bis poſt ſententiam. Spec. de ſup. §. j. & per hoc patet. & §. ij. uerſicul. item ſemel tantùm.*

b ¶Dominus noſter. Delphin. *Tu uide de hoc per iſtum conſi. cxxxix. incip. literæ Delphinales. num. iij. uerſic. iij. quia. cum. ij. uerſi. ſequen.*

SVMMARIVM.

1 *Barones & Bannereti an debeant requiri in exequendis literis Parlamenti Delphinalis. & num. 2.*

QVAEST. CCCXLVI.

DIE duodecima menſis Nouemb. M. ccclix. magnificum Delphinale parlamen. quo erãt domini Io. copperii, locum tenens, Ioan. bauilli, præſidens, Matthæ. thomaſsini, Gulielmus guillonis, Ioã. de ſancto Germa. aduocatus fiſcalis, legũm doc. Io. de morallio, Io. de orgniaco, auditores computorum, Pe. bauilli, legum doc. procurator generalis Delphina. & ego Guido Papæ habita deliberatiõe ſuper modo dirigendi literas à curiis Delphi. ad curias, & contra ſubditos Baronũ, & Banneretorũ, & eccleſiarum iuriſdictionẽ ob-
1 tinentium fuit* ordinatum & ſtatutum, ꝙ amodo in antea literæ iudiciales citatoriæ quę emittuntur à curia parlamenti, exequendo in territoriis dictorum bonorum & banneretorum, fiant ſine
a requiſitione[a], & exequãtur ſine difficultate per officiarios taliũ Baronum & Banneretorum, iuxta etiam ordinationes dudum factas per dominum Humbertũ Delph. de quibus tetigi ſ.q. cccc liiij. Aliæ uerò literæ citatorię ab inferioribus iudicibus Delphi. emittendo exequendæ in terris talium Baronum, & Banneretorum, fiant cum illa clauſula, requiſitis requirendis, &c. Et executores ipſarũ eas exhibere & pręſentare debeãt officiariis dictorum locorum ipſos requirendo, iuxta mentem & tenorem libertatum Delphi. in xxiij. ca. ¶Sed quid ſi iudex Grayſuodani condemnauerit aliquem ſubditum Bannereti, qui deliquerit in territorio Grayſuodani, uel aliâs ſi
2 bi ſubmiſſum, * an ipſe iudex Grayſuo. in literis ſuis executoriis debeat requirere officiarios talis Bannereti? fuit die xxij. mẽſis Nouemb. per dic. dominos meos determinatum, & concluſum, quòd non, & quæ pręmiſſa

tunc fuerunt in deliberatione conſilii poſita ad querimoniam 1 magiſtri Io.Poytier,procuratoris fiſcalis,& exactoris expletorũ dictæ curiç Grayſuodani contra iudicẽ,& officiarios curiç Theſij ei petere pro do. de dunois: tũc domino & poſſeſſore dict. loco rũ.qui officiarii, nõ permittebãt exequi ſententiam iudicis Grayſuodani, contra quendã eorum ſubditũ latam,ſuper quadam inqueſta:quia ipſi officiarii non re a quirebãtur in literis executoriis iudicis Grayſuodani: ideo tunc b fuit concluſum, ꝙ nõ requirebatur requiſitio in iuris ſubditum pro iudicato curiæ Grayſuo.

a ¶Sine requiſitione. *Et pro hoc facit,quia inferior non poteſt imponere legem ſuperiori.de iureiur.c.uenientes,& do.* Bar.*in authen.ſed nouo iure.C.de ſer.fugit.* Nec enim poteſt *inferior limitare iuriſdictionẽ ſuperioris.d.* Bal.*ubi ſuprà,ergo fruſtra fieret requiſitio, ubi requiſitus nil poteſt agere iuriſdictionem ſeu poteſtatem requirentis,ſeu eius uicẽ gerẽtis.*

SVMMARIVM.

1 *Depoſitiones teſtium ſuper impertinentibus articulis examinatorũ, an ualeant.*

2 *Teſtes producti ab aduocato, in cauſa appellationis,ſuper eiſdẽ articulis, quibus in prima inſtãtia, an ualeãt.*

QVAEST. CCCXLVII.

TAM de ſtylo huius curiæ parlamenti, quàm rigore ſtatutorum Delphinalium ſuper articulis qui traduntur in cauſis, non diſputatur per partes ſuper admiſsione uel nõ admiſsione ipſorum.* Sed omnia admittuntur,ſaluo iure impertinẽtium, & non admittendorum, modo iuxta hoc quæro an depoſitiones teſtium ſuper talibus articulis impertinentibus examinatorũ ualeant.do.Inn.in c.per tuas. extrà de teſt.dicit, ꝙ non.Tamen de communi obſeruãtia in iudicando tolerãtur tales probationes, ſi curiæ æquum uideatur, & faciant ad deciſionẽ cauſæ. [a] Et ita fiendũ eſſe uidetur ſentire Bart. in l.ſi duo.§.idẽ Iulianus.[b] ff. de iureiu.ubi facit mentionẽ Bar.de illa clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorũ,

2 * Sed iuxta hoc quæro,ſæpe hoc contingit,ꝙ in cauſa appellationis aduocati tradunt articulos, ſuper quibus teſtes fuerant iam examinati in prima inſtantia,tamen curia parlamẽti ex inaduertẽtia admittit tales articulos, ad probandum per teſtes, contra cle.ſi.de teſtibus,& eorũ quę ſcripſi ſ. q. xiiij. an tales teſtes probent:dico,ꝙ non cũ præſumantur ſubornati. in c. fraternitatis. extrà de teſtibus. licet eorum depoſitiones faciant ad deciſionẽ cauſæ.Et hoc etiã operatur clauſula,quæ additur ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum.

a ¶Ad deciſionẽ cauſæ. *Tunc enim uidẽtur tales articuli nõ omnino impertinẽtes,cum uideantur ſuffragari propoſito.& tunc ſic pertinentes,& admittendi. & ſuper hoc uide d.Io.*

And.

And. in additio. ad Spe. in tit. de teſti bus infrà, nunc uidedũ in addi. quæ incipit, quando in articulo.

b ¶ Bar. §. idem Iulia. *Et hoc uerum cum de terminatione illa, quam ibi ponit in uerſi. quæro iuxta literam.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi egerit cõtra principalẽ, an poſteà poterit redire ad fideiußorem.*

2 *Creditor qui in cauſa iudicati pignus accepit, non poteſt, eo relicto ad aliud tranſire.*

QVAEST. CCCXLVIII.

a NOBILIS Petrus[a] de bella comba, pro octo centũ florenis dotalibus eius uxoris compulit principalem debitorẽ in patria Sabaudiæ, cõtra quem obtinuit ſententiã, & inde capi fecit de pignore certa bona, quę inde fuerunt incãtata, & eidem Petro creditori liberata pro dicto debito in ultimo incãtu, tan quàm plus offerenti. Quibus ſic peractis ipſe Petrus relicta proſecutione dicti proceſſus, fecit citari nobilem Franciſcum de orliaco, fideiuſſorem dictæ dotis in hac curia parlamenti uigore ſubmiſsionis, ad ipſam curiam à quo petiit dictam ſummam dotalem, pro qua pignorari fecerat dictum principalem dicto fideiuſſore replicante, & opponẽte de dictis incãtibus, & liberatione, quos etiam in cauſa producit. Et ſuper hoc fuit groſſus exorſus proceſſus, in manibus magiſtri Cathalani Chanterelli: in cuius diffinitione fuit dubitatum, pro quo deberet ſententia ferri, an pro dicto Petro creditore, uel pro dicto fideiuſſore. & uidebatur, quòd eſſet ferẽda ſententia pro dicto Petro creditore, ex eo, quia poſito, quòd liceat creditori eligere, quẽ uoluerit aut principalem aut fideiuſſorem, propter renuntiationem iuri de prius conueniendo principalem, quàm fideiuſſorẽ. Et elegerit dictus Petrus debitorem principalem, potuit nihilominus redire ad fideiuſſorẽ. tex. ſunt. in l. non rectè. & in l. iure noſtro. & in l. reos. ibi, uel ſatis non facienti eo, contra quẽ egeras, quod poteſt ad aliam reuerti, &c. C. de fideiuſ.* Vnde licet 1 ipſe Petrus elegerit principalem debitorem, licuit ſibi redire ad fideiuſſorem, propterea, quòd fortius eſt ubi creditor capit pignus, non ideo impeditur proſequi contra fideiuſſorem, licet teneatur cedere ius pignoris. text. ſunt in l. ij. & in l. omiſsis pignori. C. eo. ti. & no. Bar. l. inter reos. ff. de fideiuſ. In contrarium uidetur: quia creditor, cui per ſubhaſtationem liberãtur bona debitoris, pro debito habetur loco emptoris, & uocatur emptor. l. ij. & iij. C. ſi in cauſa iu. pi. ca. ſit. & l. ſi eo tẽpore. C. de diſtra. pig. & emit pro eodẽ pretio ad quod aſcendit debitum. poſtquàm ergo emit, & habet ius ad rem conſequendam, ſicut emptor, & qui iam ſoluit pretium, ſiue habetur pro ſoluto. unde ſicut emptor qui ſoluit pretiũ uenditori, non

auditur uolendo prętium recuperare, ſic nec in caſu iſto uolendo à fideiuſſore petere, cum exceptiones quę competunt etiam principali, competant fideiuſſori. iura ſunt uulgata. Prætereà
2 * creditor qui in cauſa iudicati pignus accepit, nõ poteſt ab eo diſcedere, & ad aliud pignus trãſire. l. à diuo Pio. ff. de re iudi. Vnde poſtquam Petrus creditor accepit pignus, & nedum accepit, ſed fuit ſibi liberatũ, quomodo ergo poteſt ad aliud tranſire, & ad fideiuſſorem recurrere, non uideo. Nec obſtat ſi dictus Petrus creditor non habuit poſſeſsionem realem dictorum bonorũ incantatorum, & ſibi liberatorũ: quia ſtat per eum: quia realem poſſeſsionẽ obtinuiſſet, ſi proſecutus fuiſſet, quod non facit, igitur, &c. Et ita pro iſta parte fuit iudicatum, M. cccclix. Decembris, in manibus dicti magiſtri Cathalani.

a ¶ Nobilis Petrus. *Tu qui in practica curiarum uerſaris, nota hanc quæſtionem: quia multa uolumina Iuris perſcrutaberis, antè, quàm hanc materiam abſolutam inuenias.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier nobilis, nupta plebeio, an mortuo uiro debeat conferre in ſubſidijs Delphinalibus, unà cum plebeijs.*

2 *Mulier nobilis nubens plebeio, an retineat paternam dignitatem.*

3 *Vidua ignobilis, relicta uiri nobilis, uel qui foret immunis à ſubſidijs, an debeat contribuere cum plebeijs in ſubſidijs.*

QVAEST. CCCXLIX.

IN hac curia parlamenti Delphina. fuit lis mota inter conſules ciuitatis Dien. ex una parte, & nobilem Mariam de cizerino, filiam nobil. Ioan. de cizerino, quondam ciuis Grationo. uiduam relictam honorabilis uiri Stephani nigri, ciuis quondã dictæ ciuitatis Dien. ſuper eo, quod dicti conſules petebant, quòd ipſa nobilis Maria contribueret in ſubſidiis Delphi. cum plebeiis dictæ ciuitatis Dien. ſicut faciebat dictus Nigri, quondam eius maritus. dicta nobilis Maria de cizerino, dicente & replicante ſe eſſe nobilem, & de nobili genere procreatã, quod & probauit in proceſſu dictę cau
1 ſæ. * Modò dubitatum fuit, ſi ipſa debeat in dictis ſubſidiis contribuere. Et uidetur quòd nõ, cùm ipſa Maria ſit nobilis, & de nobili genere procreata. nam in confeſsione trium ſtatuum præſentis patriæ in confeſsione dictorum ſubſidiorum exceptantur nobiles nobiliter uiuentes, &c. In cõtrarium uidetur, quòd mulier retinet dignitatẽ, quam habet à patre, donec nubat ple
a beio. in lege fœminæ [a]. §. j. ibi. parentes uero. ff. de ſenatoribus. Et ita etiam ſummat dictum
2 textum Albericus de roſate. * Ergo à contrario ſenſu, ſi nubat plebeio, non retinet paternam dignitatem. Et licet maritus moriatur muliere ſtante in tali ſtatu,

reti

retinet talem conditionem uiri. per l.filius.§.uidua. ff. ad municipales. Nam uidua abſtinens à ſecundis nuptiis,uidetur in præ teriti uiri coniugio perdurare, & in prioribus conſiſtere nuptiis.in authen. de nup. §. ſoluto. & not. Archidiaconus in capitulo,ſi quis.de ſepul.libro ſexto. & alibi dicitur, quòd mulier ſequitur uirum ſiue in uita, ſiue in morte.decimatertia quæſtione ſecunda. capitulo, unaquæque mulier. & debet ſepeliri. cum ſuo ultimo uiro, ubi de eius ſepultura uerteretur dubium. in dicto capitulo, ſi quis.

b [b] de ſepult. libro ſexto.& ideo menſe Decembris die ſententiarum,M.ccccliх.in diffinitione proceſſus dictæ cauſæ in manibus Ioannis de uouray ſecretarii Delphi.fuit condemnata di- 1
cta nobilis Maria ad cōtribuendum in dictis ſubſidiis, pro eius bonis à dicto eius uiro ſibi euen 3
tis. ¶Sed aduertendum: quia quandocunque ipſa nobilis Maria in futurum nubat cum uiro 4
nobili, ipſa gaudebit nobilitate ſua. & non tenebitur contribuere in dictis ſubſidiis cum ple 6
beiis. ita dicit Bartolus in repetitione legis primæ, codice, de dignitatibus.libro decimoſecundo.& in lege,incolas.codice, de incolis. libro decimo. ¶Sed 2
3 * quid de uidua ignobili relicta uiri nobilis uel alterius, quæ non contribuebat in dictis ſubſidiis, an debeat contribuere cum plebeiis in dictis ſubſidiis? uidetur quòd non, per præmiſſa à contrario ſenſu. Et uide quæ circa hoc dixi ſuprà, quæſt. cclxxx.&c.

a ¶L.fœminæ. *Omnino ibi d. Bart. & in l fin. uerſicu. ſed quid ſi eſt effecta uidua. C. de uerborum ſignificationibus.*

b ¶C.ſi quis.*Voluit allega.ca. is qui. in fin. & ibi dicit Archi. quod uidua priuilegium, & domicilium uiri retinet. & de hoc legitur & not. per doctо in l.fin. §.uidua.ff.ad munici. ſi ergo illud priuilegium, qualiſcunque uiri, ſcilicet nobilis ſeu ignobilis, illud ſortitur, & retinet, ut d.l.fœminæ.per d. Barto.in præ di.l.fin.*

SVMMARIVM.

1 *Iuri quod introducit inſinuationem, an renunciari poſſit cum iuramento. uide & num.2.& 5.*

3 *Lex ubi prohibet contractum præcepto directo ad perſonam,talis contractus iuramento non firmatur.*

4 *Renunciatio ſuper fundi dotalis alienatione, aut pacto de non ſuccedendo patri,non ualet.*

6 *Inſinuatio an poſſit fieri coram quocunque,etiam incompetenti.*

QVAEST. CCCL.

VTRVM renunciatio facta iuſdicēti, donationem cccc. aureorum * excedentem non ualere, & iuramento firmatam, ualeat,adeò, quòd donatio talem ſummam excedentem

dentem ſit ualida? Dicendum ui detur quòd ſic:nam licet maiores noſtri præſertim Cy. in l. ſi quis pro redemptione, in quæſtione ſi.C. de dona. & Bar. in l. Modeſtinus.in antep.q.ff.eo.tit. & in l.nemo poteſt.ff.de leg.j. di
2 cere uideantur,* quòd non poſſit renunciari iuri,quod introduxit inſinuationem,hoc tamẽ intelligendum eſt ceſſante iuramẽto.Sed ubi interuenit iuramẽtũ, ualet & tenet renunciatio. in c. cum contingat.extrà de iureiur. & in c.licet.eo.tit.li.vj.Et hoc tenet Bar.ſi eius uerba bene intelligantur,in l.ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo.dum ibi dicit,quòd ubi contractus non ualet ratione publicæ utilitatis ſecundariò, tunc ſi lex prohibet contractum nullo præcepto directo ad perſonam talem contractum facientem,contractus ipſe quanuis nullus exiſtat, bene firmatur iuramento. ſicut uidemus in l. Iulia. de fundo dotali,quæ alienationes fundi dotalis prohibet propter publicam utilitatem ſecũdariò,licet talis prohibitio principaliter & primò in fauorem mulierum conſeruet,ne ſuis priuentur dotibus.l.j.ff.ſolu. matri. Idem in pacto facto,de non ſuccedendo patri, quando pactum lex prohibet.l.pactũ.C.de collationibus.quæ tamen alienatio & pactũ ſi iuramento firmẽtur, ualent & tenẽt.ut c.cũ contingat.& l.licet.§.alleg.&c.quãuis.de pact.
3 libr. vj. Vbi* uerò lex prohibet contractum præcepto directo ad perſonã, tũc talis contractus iuramento nõ firmatur.[a] Et eſt ratio:quia qui facit contra præceptũ legis factæ ab habẽte authoritatẽ, peccat mortaliter. Quoniam ſcriptum eſt: qui non obedierit principi,morte moriatur. c.ij. extrà de maiori.& obedi. in antiquis. ideò ſi fideiuſſor pro dote ſoluenda detur contra titulum,ne fideiuſſores dotium dentur: talis fideiuſsio iuramento nõ firmatur.Et eſt ratio, quia ibi ſit prohibitio præceptò directo ad perſonã, uidelicet ne mulier det,& ne uir accipiat.Ideo ſi cõtrarium fieret, factum eſſet contra præceptum legis. & ita iuramentum eſſet interpoſitũ ſuper peccati mortalis obſeruatione: & ſic per conſequens nullũ:quia iuramento firmato, nõ debet ſic ſeruari ubi in ſalutis æternæ uergeret diſpendium: ita dicit Barto.in d.l. ſi quis pro eo.in uerſic. iij. &c.Sed ſic eſt,licet textus dicat donationẽ excedentẽ ccccc. aureos,non ualere, in eo, quod excedit dictos ccccc.aureos,ut l. ſancimus. ibi dũ dicitur, Si quid autem ultra legitimã diffinitionem donatum fuerit,hoc quod ſuperfluum eſt,tantummodo nõ ualere,&c.C. de don. Non tamẽ propterea reperitur aliquod præceptũ prohibitũ,quod dirigitur ad perſonã donãtis. quia lex nõ prohibet, ꝙ non poſsit donare ultra quinq; centũ. Sed ſi donet lex ipſa illud, quòd excedit, uult non

non ualere, ſicut ex tenore dictę legis, ſancimus. clarè poteſt uideri. Ideò ſi renuncietur, & cum iuramẽto tali iuri, ualet & tenet
b renuntiatio, b ſicut dicimus * in
4 alienatione fundi dotalis, & in pacto facto de nõ ſuccedẽdo patri, ſuper quibus facta renuntiatio nõ ualet: tamẽ bene firmatur iuramẽto, & firmata ualet & tenet, uti iuribus allegatis. Prouiſio enim à iure facta, ꝙ donatio ultra ccccc. aureos nõ ualeat ſine inſinuatiõe, principaliter concernit fauorẽ donantiũ, & ſecundariò utilitatẽ publicã, ne donantes domeſticis fraudibus præſertim neceſſariorum & cõiunctarum perſonarum ſuis priuentur bonis, ipſa prodigaliter donando. Et ideò renuntiatione facta cum iuramẽto iuris inſinuationẽ requirẽti, tenet renũtiatio & firmatur donatio, ſecundũ Bart. & dicta per eũ in d. uerſ. iij. dixi, &c. Licet hæc opi. Bar. in hoc, ꝙ uoluit facere differentiam quando præceptũ legis dirigitur in perſonam contrahentẽ, reprobetur per doctores nouiſsimos, uidelicet per dominos Raphaẽlẽ Cumanũ, Ant. de But. & Io. dè Imo. dicentes non eſſe fiendam differentiã, prohibeatur cõtractus uel perſona, ut dixi ſ. q. cxc. Tamen
5 * pro illa parte, quòd renũtiatio inſinuationis confirmetur iuramento, uidetur gl. expreſſa in authenti. ſacramenta. ſuper uerbo, contractibus. C. ſi aduerſus uenditionem. dum ibi dicitur, contractibus etiã, ſi ipſo iure non ualeant. in eis enim maximè iuramentũ firmat. l. quoniã. ff. de leg. j. l. j. ff. ad municipales. & l. j. C. de theſauris. lib. x. &c. Et hãc partem, quòd ualeat renũtiatio inſinuationis cum iuramẽto, tenẽt expreſsè Ioan. de Imo. in c. cùm cõtingat. de iureiu. & Io. And. in addi. Specu. de inſtru. edi. prope finẽ. ſuper §. nunc uerò aliqua. in uerſi. itẽ no. ꝙ donationes ultra ſummã ccccc. aureorũ excedentes, &c. in uerſi. fin. dicti §. c De
c hac materia etiã uide, quę ſcripſi in notabilibus meis in §. donatio ſine inſinuatione, &c. fo. xlix. uerſo. & fo. xviij. Tum etiã quia donatio ſine inſinuatione nõ eſt penitus inimica iuri, quod patet: quia tenet infrà ſummam ccccc. aureo. d. l. ſancimus. C. de dona. præſtito tali iuramẽto, non ui, nõ dolo, neq; metu, ſuper tali renũtiatione facta, iuramentũ ipſum eſt ſeruandum: ſicut probãt dicta iura. Iſtam partem etiã tenet do. Humbertus de bouenco, in ſua repetitione dictæ authenticæ, ſacramẽta. in materia cauſæ fina. in uerſic. v. infertur, quòd ſi fiat renuntiatio, &c. Et pro hac parte, quòd ualeat talis renuntiatio, cũ iuramẽto, recordor fuiſſe iudicatũ in hac curia parlamenti, de anno dom. M. ccccxxxiij. in cauſa tunc ibi diffinitiua ad cauſam caſtri illiui, inter dominum Humbertum de grolea, tunc balliuũ Matiſcon. & Seneſcal. Lugdun. ex una parte, & dominam Hely-

norgiam,dominā Turnionis ex altera: in cuius cauſæ diffinitione ego Guido Papæ tunc fui adiunctus dominis meis de parlamēto, cum tunc de numero con filiariorum non exiſterem, ſed practicarem.Poſteà etiā de anno domini M.cccclxj. & de mēſe Iu nij in cauſa reniſionis caſtri Rupiſchinardi fuit hæc quæſtio poſita in medium,& determinatum poſſe rennutiari inſinuationi cū

6 iuramēto. ¶ * Sed an inſinuatio poſſit fieri corā quocunq; iudice

d etiam incompetēti? [d] uide quæ dixi ſ.q.cccxxvj.¶Sed an in donatione cauſa mortis requiratur inſinuatio: uide quæ dixi ſ. qō. ccccxxv.in fine.&c.

a ¶Non firmatur. *Vide quo ad hoc omnino do.Pan.extra de iureiu.in c. cum contingat in iij.colū. in uerſicu. circa primum.*

b ¶Tenet renuntiatio. *Contrà uidetur ſentire d. Bald. in l. illud. iiij. col.uerſi.v.quaro.iūcto uerſi.ſequen.* C.*de ſacroſ.eccl.& aperte d.Pau.de caſt.j.parte.conſi.not.xcj, in uer. nec habet obſtare. ubi tenet expreſſè, quòd inſinuationi etiā cum iuramen to renuntiari non poteſt.*

c ¶In uerſi.ſi.dict *§.Vbi ipſe dominus Ioan.and. non uidetur reſolutiuè loqui: ſed allegando pro & contrà, uidetur dare in terminis.*

d ¶Incompetēti. *Vide quod not. do. Bal.in præal.l. illud. in iij.col.in uer ſic. illud eſt notandum.* C. *de ſacroſan.eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus an poſſit cogi facere inuentarium de rebus reſtitutioni ſubiacentibus, ad ſubſtituti poſtulatione. Et quid ita? nu.2.3.& 5.*

4 *Bonorum hæreditariorū deſcriptio per quem fiet.*

QVAEST. CCCLI.

VTRVM heres rogatus reſtituere* hæreditatē, ſi ſine 1 liberis deceſſerit, uel poſt eius obitum, poſſit ſubſtituto poſtulāte cogi bona ponere in inuentario?&uideretur dicendū,quòd nō propter rationē poſitā in l.ij. dū in ea dicitur, quid enim tam durum,&c. C. quando & quibus quarta pars.libr. x. Conſiderato maximè, ſi quæ incōueniētia reſpectu hæredis uel hæreditatis, quæ inde ſequi poſſent, ex tali inuentarizatione,ſicut dicit tex. in l.ſi.ibi dū in ea dicitur, Interdum etiā neceſſe eſt fieri, ne ſecreta patrimonii, &c.C. de ali. pupil.præſtandis.Attamen iſta ratione non obſtante,credo hæreditarias res ad poſtulationē ſubſtituti debere pro ſui iuris cōſeruatione deſcribi. Pro hoc uidetur text.in l.j. §.ſeruus.in uerbo, curatore autem,&c.ff.de uentre in poſſeſsionem mittēdo.& hæc deſcriptio nihil aliud eſt, quàm quædam quaſi inuētarizatio, ita dicit text.in l.ſi quis intra.iuncta gloſ. poſita ſuper uerbo,deſcriptio.C.de bonis damn. Et poteſt

2 * duplex aſsignari ratio: quia mediāte tali deſcriptione auffertur uia malignandi hæredi, qui aliàs ceſſante deſcriptione poſſet de facili res hęreditarias diſſipare,

ſpare, aut furari in præiudicium ſubſtituti. Ita dicit tex. ad literam in d.l. ſi quis intra. dum in ea dicitur, nequid rei priuatæ commodis per gratiã atq; colludiũ furto ſubducatur. & pro tanto ta lis deſcriptio uidetur promiſſa, ut malitiis hominum obuiet. l. in
3 fundo. ff. de rei uẽ. Alia* eſt ratio. quia cum talis deſcriptio proſit ſubſtituto, nec eſt heredi nociua, ideo ad poſtulationem ſubſtituti debet fieri. l. j. §. item aiunt. ff. de aqua plu. arc. & l. creditorẽ. ff. de euictio. Præterea, hæres rogatus reſtituere ſub certa die, uel conditione, adueniẽte die, uel con-
a ditione, tenetur rationem [a] de rebus hæreditariis reddere. l. cũ tale. §. Titius. ff. de condi. & demon. & l. mulier. §. ſed enim. ff. ad Treb. Quam tamen reddere nõ poſſet rationem commode, niſi ſciretur quæ ſunt res hæreditariæ: quod tamen commodè non poſſet ſciri, niſi mediante deſcriptione. ergo deſcriptio ipſa ad poſtulationem ſubſtitu-
b ti eſt fienda. Et iſtam partem [b] tenet Pet. Iac. in titu. de fideicom. hære. pet. uer. item interim pendente conditione, &c. & pro hac parte uidi determinari in dicta curia parlamenti in extraneo hærede. Et pro hoc facit etiam ratio, quia licet de iure ſequeſtratio ſit prohibita. ut l. j. C. de prohibita ſequeſtra. niſi in certis caſibus, ibidem per glo. not. attamen poteſt fieri creditore poſtulante deſcriptio rerum, quę ſequeſtrari petuntur: ita dicit & tenet Bart. in d. l. j. §. ſeruus. ff. de uen. in poſ. mittendo. ubi etiam dicit, quòd deſcriptio bene poteſt fieri, & eſt permiſſa: ut ſciatur quæ & quot ſunt res, ſicut ha betur in l. ſi quis. s. allega. Idem poſuit in l. mandatis. ff. de requi. reis. & fiet* iſta deſcriptio per 4
notarium, in præſentia hæredis & ſubſtituti uocatis duobus uel tribus ex cognatis uel amicis eorundem, qui talem deſcriptionem tenebunt ſecretam. Et ita ceſſare potuerunt rationes in contrarium factę: quę deſcriptio ſic facta, licet non faciat fidem reſpectu creditorum legatariorum, tamen faciet fidem reſpectu hæredis, & ſubſtituti. Ad* quẽ 5
finem propterea, ne res hæreditariæ ſubtrahantur aut diſsipentur, fuit talis deſcriptio iure introducta, iuxta dictam l. ſi quos. ſuprà allega. Et iſtam partem, uidelicet, quòd nõ facit fidem reſpectu creditorũ, & legatorũ, ſed ſolũ reſpectu hęredũ & ſubſtituti, tenet Bar. in l. qui repertoriũ, in quæſtione, quero qualiter inuentarium debeat fieri &c. ff. de adminiſtra. tuto. & fiet talis deſcriptio ſumptibus ſubſtituti, cũ ad ipſius fiat utilitatem, argumen. l. fina. §. in computatione. C. de iure delib. l. j. §. idem tutor. ff. de tute. & rationibus diſtrahen. & l. tutoribus. §. fina. ff. de admini. tuto. ¶ Sed an fideicommiſſarius poſsit ſibi cautionem petere præſtari ab hærede

rede

rede rogato ſuo uel extraneo
ante conditionis euentum? ui-
de l. cum Archimedorã. C. ut in
poſ.lega.&c.

a ¶Rationem. *Hæc eſt potiſſima ra-*
tio Spe.de inſtr.edi.§.ſi.uer. quid in
patre. ubi dicit, quòd licet pater ha-
bens uſumfructum in aduẽtitÿs filÿ,
nõ teneatur reddere rationem admi-
niſtrationis: tamen quia poſſet alie-
nare bona filÿ, tenetur facere inuẽta
riũ, ut ſciri poſſit, ſi aliquid aliena-
uerit. Et ratio eius concor. cum au-
thore noſtro. Et ſecundum hoc, ego
Ioan. de gradibus, utriuſque iuris
profeſſor, iudicaui in curia appella-
tionum uenerabilium & egregiorũ
dominorum Decani & Capituli ec-
cleſiæ Lugdunen. in quadam cauſa
ſancti Geneſÿ, ubi pater qui habe-
bat uſumfructum bonorum aduen-
titiorum filÿ ſui, nolebat facere in-
uentarium, & erat timendum de
alienatione bonorũ, & ideò iudicaui
debere fieri inuẽtariũ ab ipſo patre,
ſecundum opin.Spec.ubi ſuprà.

b ¶Et iſtam partem. *Pro hoc facere*
uidetur, quod dicit do. Panor.ÿ. uol.
conſi.iiÿ.penul.in uerſi.formatur &
ſextum.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarÿ confectio poteſt remitti à*
teſtatore, uel Iudice.

QVAEST. CCCLII.

a CONFECTIO inuẽtarii[a]
1 in tutorem* poteſt remitti[b]
b per teſtatorem. l. fin. C.de arbi.
tute. tenet gloſ. in l.tutores.C.
de adminiſt. tuto. Et non aliàs,
c niſi aliud iudici[c] uideretur. l. in
confirmando. ff. de confir. tut.
& l.utilitatem. eod. titul.item &
ſi conſuetudo eſſet de nullo in-
uentario conficiendo, non con-
ficeretur. l. an in totum. C. quæ
ſit longa conſue. & l. de quibus.
§.inueterata.ff.de legibus. item
ſi expediat pupillo non habere
tutorem, poteſt remitti à iudice
confectio inuertarii. Idem ſi ex-
pediat pupillo quantitatem ſui
patrimonii non manifeſtari, po-
teſt etiam iſto caſu à iudice re-
mitti inuentarizatio. lege ſecun-
da.§.tractari.uerſicul.ergo ſi ma
ter.&c.C.ad Tertul.& lege fina.
C. de ali. pupil. præſtan. ita di-
cit Bartol. in l.tutor qui reperto
rium.in quæſtione, quæro quare
dicatur iuſtiſtiſsima cauſa.ff. de
admini.tutor. ¶ De materia in-
uentarii iuxta diſpoſitionem le-
gis finalis.C.de iur. delibe. uide
quæ dixi infrà q.ccccclxxj.

a ¶Confectio inuentarii. *Vide de*
hac materia in deci.Tho.q.xlvj.

b ¶Poteſt remitti. *Adde dom. Bar.*
& docto.in l.tutor qui repertorium.
ff.de adminiſtra.tuto. & in l.nemo
poteſt.ff.de leg.j.& do.Cy.& Bald.
in l.fi.C.de arbi.tut.& do. Alex.ÿ.
uolu.conſi.lxxxÿ.in ulti.col. & non
poteſt intelligere illud uerũ, quòd tu-
tor non tenetur cõficere inuentariũ,
quando teſtator confectionem inuen
tarÿ remiſerit, niſi iudicialiter ui-
deatur, ut quòd pupillo expediat fie-
ri inuentarium, quia tunc fieri de-
bet non obſtante remiſſione inuen-
tarÿ, per ipſum teſtatorem facta.
domi. Bartolus in l. in confirmando.
ff.de confirm.tuto.

Aliud

c ¶Aliud iudici. *Poteſt iudex ex cauſa confectionem inuentarij remit*2 *tere tutori,ſed quando expedit pupillo,non tetigit eius facultatem,ſecundum do.Bar.in præd.l.tutor.& d.Abb.in c.ex parte.ij.extrà de app.*

SVMMARIVM.

1 *Filij ex filia,an dicantur ex alio corpore nati,ut faciant deficere fideicommiſſum.* a

2 *Neptis,an dicatur ex proprio corpore nata.* b c

3 *Teſtatoris uoluntas maximè debet attendi.*

QVAEST. CCCLIII.

TESTATOR tres habēs maſculos,&tres fœmellas, quas hæredes inſtituit particulares, & maſculos uniuerſales, & alterum alteri ſine liberis & ꝓprio corpore & legitimo matrimonio procreatis,ex decedēti ſubſtituit,& ſi omnes ſine liberis ex proprio corpore procreati decederent,filias ſuas & eorū liberos maſculos ſubſtituit:moriuntur duo maſculi ſine liberis,tertius inde moritur, relicta nepte quadā ex filia ſua prædefuncta,inter quā neptem & filias

1 iam dictas eſt quæſtio,*in quas ſeu quē locum habeat ſubſtitutio nepte dicente in ipſius perſonam locum habere,per l.j.C. de condi.inſer.& l.iubemus. §. pe.& fin.C.ad Treb.dictis ſororibus contrarium dicentibus & aſſerētibus in perſonas ſuas locū habere,pro eo quòd conditio,ſub qua fuerunt ſubſtitutæ, euenit,quia fratres ſui nullos li-beros ex proprio corpore pro-

2 creatos reliquerunt,* quoniam neptis ex proprio corpore non proceſsit.& conditio in fōrma ſpecifica debet impleri.l.qui hæredi.& l.Meuius.ff.de condit.& demon. inſurgit quæſtio, quæ dictarum partiū bene dicat.do.

a Bald.in d.l.j.[a]C.de condi.inſer. uidetur mouere iſtam quæſtio-

b nem[b].& ibi tenet,quòd neptis

c dicitur ex proprio[c]corpore nata:quia dicit ipſe, in nepote eſt ſanguinis cōtinuatio,quādo immediatè dicitur,quicqd per rerum naturā cōtinuatiuè eſt unū & idē.l.cū acutiſsimi.C.de fidei cō.& facit bene pro hac parte,ultra eum.l.fi.de polli. Tamē qcquid dixerit in hoc do.Bal.ego Guido ſuper hoc dixi & conſului, dum practicabā contrarium pluribus rationibus ſubſcriptis, qa certū eſt,ꝙ pater teſtator ad eius hæreditatē admitti uoluit primò filios ſuos maſculos,quos uidetur prædilexiſſe.l.Publius. §.j.de condi.& demō.& l.Iulia. ff.ad Treb.& ibi etiā not.p Bar. Et poſt dictos maſculos inuitauit ad eius hæreditatem liberos ipſorū nulla differētia, utrū eſſent maſculi uel fœmellę, dū tamen eſſent de ſuo proprio corpore procreati,de legitimo matrimonio exiſtēte,& ſi nulli eſſent tales liberi, ipſe inuitauit ſuas filias,& poſt ipſas liberos maſculos earundem.& iſta fuit

3 *uolūtas teſtatoris expreſſa,quę

d multū debet attendi[d].l.in con-

 ditio

ditionibus.ff.de condi.& demõ. & l.fideicõmiſſa. §.itẽ ſi quis.ff. de leg.iij.Vlterius eſt præmittẽdũ,ꝙ teſtator adiiciẽdo in ſubſtitutione uerbũ,proprio corpore,uidetur excluſiſſe liberos filiarum,utpotè nepotes & pronepotes,ſi qui forẽt tẽpore obitus earũ,quãuis tales appellatione liberorũ cõtineãtur.l.cognoſcere.§.liberorũ.& l.liberorũ.ff.de uerb.ſigni.ſicut dicimus in ſimili de uerbo,maſculos,in ſubſtitutione adiecto,cuius uirtute fœmellæ excluduntur:qui aliàs excluderentur.l.cum ita legatũ.ff.de cond.& demon.in c.Raynaldus.iuncta glo.ſuper uerbo,maſculis.extrà de teſta.& tenet Bar.in l.cum auus.ff.de cond.& demon.& tetigi ſuprà q.clxxiiij. Non ergo ſine cauſa adiecit teſtator in ſubſtitutione hoc uerbũ,proprio corpore.uolẽs intelligere de liberis immediatis ſuorũ liberorũ.aliter hoc uerbũ proprio,de nihilo operaretur. quod tamen non eſt dicendũ.l.ſi quando.§.j.ff.de leg.j.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſur.Inde dicitur, ꝙ in dubio recurrere debemus ad cõmunem uerbi intellectum, & illum ſeruare.c.ex literis.lo j. ibi,ad communem uerbi intelligentiam &c.extrà de ſponſalib. in antiquis.Et eſt ratio,quia uti debemus uerbo ad id,quod fuit inſtitutũ:ut legitur & not.xxij.q.ij.c.is autẽ.j.reſpõſo.nec ab eodẽ debet recedi.l.non aliter.in prin,ff.de leg.iij.& l.j.§.inſtitorũ.uer.in re igitur dubia melius eſt uerba edicti ſeruare &c.ff.de exerci.niſi tamen de mente diſponentis aliter & aliud nõ appareret:ut in d.l.nõ aliter habetur.Et cũ ſignificatũ huius uerbi,proprio,ſe habeat immediatè reſpectu corporis filiorũ,qui hæredes fuerunt inſtituti. ut de hoc uidetur text.ſatis expreſſus in c.nulli.uerb. proprio iuramẽto &c.c.ut circa.§.fi.de ele.li.vj. inſti. de patria pote.§.j.Et facit quod no.per gl.in l.j.§.qui mãdatũ.ff.de offi.eius,cui eſt mandą.iuriſdict.ꝙ ſumendo in ſuo proprio ſignificato,nulla agitur abſurditas,uel iniquitas,imò æqtas, ut ſtatim dicã. ipſum propterea ſic accipere debemus.& eodẽ uti,ut reſtringatur ad liberos qui ex talibus filiis fuerunt immediatè procreati.Et iſta fuit & eſt uera mens ipſius teſtatoris,per quã uoluit liberos immediatos filiorum,hoc eſt,ex ipſorũ corpore proprio procreatos, prius admitti,quàm filias ſuas: & in defectu talium liberorum admitti filias nepotibus & neptibus excluſis.Iſtud etiã uidemus, ꝙ ratione perſonæ ſubſtitutæ materia ſucceſsione filii ſui pupilli excluditur,uirtute ſubſtitutionis pupillaris tacitę,quæ aliàs nõ excluderetur.nã fratre uel ſorore pupilli ſubſtitutis,mater excluditur,quæ tamẽ nõ excluderetur,ſi alius eſſet ſubſtitutus.Ita dicit glo.fi.in l.fin.l.precibus.C. de impu,& aliis ſubſti.Idẽ tenẽt

doct.

doc.præſertim Bart.in l.ij.in q. quæ incipit,quæro ex qbus &c. ff.de uulg.& pup.propterea mo naſteriũ habetur loco filii.c.in præſentia.extrà de prob.tamẽ ſi teſtator opponat in teſtamẽto, liberis ex ſenatis,nõ habet locũ. auth.niſi rogati.C.ad Treb.ita dicũt ibi Cy.& Bart.iſtud uidetur uelle dicere l.j.C.de condi. inſer.dũ ibi dicitur,niſi euidens uoluntas teſtatoris in contrariũ appareat &c. Quæ tamen euidens uoluntas in caſu iſto appa ret,propter uerbũ propriè adie ctũ,quod in ſuo proprio & cõmuni ſignificato debet teneri, nec ab eodẽ debet recedi.iuxta l.nõ aliter.& qa etiã filiæ ipſius teſtatoris fuerunt datæ ſubſtitutæ:quas ad ſuã hæreditatẽ prius admitti uoluit, quã neptẽ alterius dictorũ ſuorũ filiorum,quæ à ſuo proprio corpore nõ proceſsit,ſicut proceſſerunt filiæ.& ita etiam in dubio debet conie cturari,ſicut dictũ fuit ſuprà de matre & filio dato ſubſtituto pu pillo fratri ſuo.nam ex charitate & neceſsitate,uel etiã ex natu rali affectione mens teſtatoris cõiecturatur.l.ſi ſeruus plurium. §.fi.ibi,charitas uel neceſsitudo &c.ff.de leg.j.l.Aurelius. §.Titius.ibi, præſumptionẽ propter naturalẽ effectũ &c.ff.de lib.lega.faciunt bene,l.cũ acutiſsimi. C.de fideicom.& l.cum auus.ff. de condi.& demon.& talis con iectura probationẽ euidentem operatur:ſicut habetur in l.licet. & ibi etiã not.per Bar.ff.de leg. j.non obſtat l.Lucius.la ij.ff.de hær.inſti.qa in caſu illo teſtator uoluit prius ad eius hæreditatẽ liberos fratris ſui,q̃ extraneum ſubſtitutũ.qđ apparet ex his uer bis,aut filiũ,filiã, natũ, natámue nõ habebit &c.uolens ꝙ ſi haberet,ꝙ ipſi tales liberi ſubſtituto extraneo prǽferrẽtur:quod ſic nõ fuit in caſu iſto, ubi teſtator filias ſuas admitti uoluit deficientibus liberis ex ꝓprio cor pore filiorũ hæredũ procreatis, ut dictũ eſt ſuprà,ibi, in quibus filiabus cadebant charitas & na turalis affectio,cũ eſſent ipſi teſtatori in eodẽ gradu,in quo filii hæredes erãt.& ideò pariter debeant inſtitui cum fratribus ſecundum ordinem charitatis, cum natura in ipſis procreãdis in nullo cenſetur peccaſſe.l.ma ximum uitium.C.de libe.præte. uel exhære.Non obſt.etiã dictũ Bal.quia ſine l.loquitur. & licet eſſet continuatio ſanguinis, nõ tamen propterea ſequitur nepo tem ex filio fuiſſe à proprio cor pore ſui aui procreatũ,cũ aliud ſit corpus aui,& aliud ſit corpus eius filii,& conditio in proprio ſignificato debet adimpleri. l. Meuius.& l.qui hæredi,ſuprà al leg & quia à diuerſitate corporum ſequitur diuerſitas animorum:ſequitur dictũ Bal.in nullo obſtare.& pro iſta parte benefacit,quod pulchrè ponit Archidia.in ca.nulli.ſuper uerbo, proprio iuramẽto. extrà de ele.

lib.vj. Cōcludendo ergo, credo ſorores bene dicere, & ſubſtitutionem in earum perſonas locū habere. ¶ De hac materia etiam tetigi ſuprà quæſtio, ccxxxiij. & infrà q. dcxij. ¶ De liberis ex ꝓprio corpore ꝓcreatis, tāgit do. Lud. ponti. dictus de Roma. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. ¶ De hoc etiā tetigi in nota. meis. in §. ſi uerbis ex proprio corpore.

a ¶ Dom. Bal. in d. l. j, *In j. col. in uer. quæro quid ſi.*

b ¶ Iſtā quæſtionē. *Aduerte, qa ipſe do. Bal. nō mouet huiuſmodi quæſtionem ſub his terminis, cum dicat ex ſuo corpore, ſi autem ex proprio,*

c ¶ Ex ꝓprio corpore. *Voluit dicere ex ſuo corpore, allegando ibi d. Bal. & uide do. Bart. in l. libertorū. viij. col. uer. quæro quid. ff. de uerb. ſigni. Et facit ad materiam, licet in alijs terminis loquatur. & idem do. Bal. conſi. xix. v. parte. Adde eundē Bal. in c j §. fin. de ſuc. feud.*

d * Multum debet attendi, *Aduerte tamen, quòd iura quæ dicunt uoluntatem teſtatoris eſſe attendendam, intelliguntur, quādo apparet de tali uoluntate diſpoſitiua, quia non ſufficit teſtatorem ita uoluiſſe, niſi diſponat: ut eſt tex. not. in l. quidā cum filium. ubi Bald. & Inno. ita dicunt, per illum text. ff. de hæredi. inſti. & facit tex. in l. j. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. ubi per illū tex. Bal. dicit, quòd illud, quod teſtator non loquitur, uelle non præſumitur. & talis uoluntas debet concipi, ex uerbis teſtatoris. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & poſth. ibi, ut ex eo caſu ualeat, qui ex uerbis concipi poſſit. quem tex. ad hoc ponderauit Bald. in c. ſecundo requiris. de appel. apoſtillando tex. ibi, in uerbo, intētioni. uide do. Phi. Dec. in cōſi. ccv, in ij. parte conſiliorum. in ij. col.*

e ¶ Diuerſitas animorum. *Vide pro hoc c. quia d. uerſitatem. in princ. & in gl. in uer. corporum. & ibi cōcor. extrà de conceſ. præb.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium cōceſſum ab alio, quàm ab Imperatore, Papa, Rege Frāciæ, uel Delphino, an teneat.*

QVAEST. CCCLIIII.

a VTRVM alius[a] quam Imperator, Papa, Rex Frāciæ,
1 uel dominus noſter* Delphinus
b poſsit priuilegiū cōcedere[b]? credo ꝙ ſic. l. forma. C. de off. præfect. præto. Affr. l. nō ambigitur. ff. de leg. maximè reſpectu ſuorū ſubditorū, quòd quilibet Ba-
c ro[c] poteſt in ſua terra facere, ſicut facere poteſt legatus in prouincia ſibi cōmiſſa. c. fi. de offic. leg. Et etiā quicūq; iudex ordinari⁹ inter ſuos ſubditos: ut no. in l. j. ff. quod quiſq; iur. & l. diuus. uer. ſed caput &c, ff. de cuſt. & exhi. reo, idē etiā uidemus in ciuitate iuriſdictionē omnimodam habēte. l. Antiochenſium. ff. de priui. credi. & l. Lucius. §. fin. ff. ad munici. quæ hoc poteſt facere inter ſuos ciues: ut ibi dicitur. Iſtud etiā uidemus in epiſcopo, qui inter ſuos ſubditos poteſt priuilegiū concedere, & cōſtitutiōes facere. in c. fi. extrà de his quæ fiunt à maio. parte capi. & c. ij.

& c.ij. de maio.& obe.facit bene c.ut animarũ. de cõſti.lib.vj. ita tenet Io.Fab.inſt.de iu.natu. gen.& ciui.§.ſed quod principi. Idẽ uidetur tenere Barr in l.oẽs populi.in j.q.ſuæ repetitionis.ff. de iuſt.& iur.& iſtud ſeruatur in iudicando in hac curia parlamẽti.ſic etiam ego Guido in uilla mea ſancti Albani,in baronia,in qua habeo omnimodã iuriſdictionẽ altã & baſſam:quia ibi aliqua edicta & cõſtitutiones decreui.Quæro,olim Delphini cõceſſerunt libertates aliqbus uillis,ſeu in eiſdẽ habitantibus nõ ſoluẽdi pedagia,per Delphi.an illę libertates extẽdantur ad terras & uillas poſteà acquiſitas? uide quæ dixi infrà quæſti.ccclxxxix.&c.

a ¶ Vtrum alius. *Hic not.quòd priuilegium præſumitur conceſſum motu proprio.c.ſi motu.de præb.& digni. & per Bar.in l.j.C.de peti.bo.ſubl. lib.x.quod eſt uerũ,ſi ſecũdũ formã legis eſt conceſſum:alias præſumitur conceſſum ad poſtulationem partis, ſecundum Bar.ubi ſupra.& per Ludo.Pont.in l.ij.ff.quod quiſque iur.*

b ¶ Priuilegium cõcedere. *Poteſt concedere priuilegium,quicunq; poteſt legẽ facere:& in quibus poteſt: ut Papa in ſpiritualibus & etiam in temporalibus in terris ſubiectis Romanæ eccleſiæ, ut etiam cùm ad eum deuoluitur iuriſdictio in temporalibus.faciunt not.per do.Inno.in c. quanto.de conſuetu.& c.ad audientiam.de præſcrip.Item poteſt concedere Imperator priuilegium in temporalibus,non in ſpiritualibus:quia de his enim non licet diſponere.xcvj. diſt.bene quidem.Item poteſt epiſcopus in ſua diœceſi priuilegium concedere.extrà de religio.do.conſtitutus.et de cenſi.c.cum uenerabilis.& c.cum olim.ij.de priuileg.& xvj.q. ij.uiſis.dum tamen faciat de uoluntate capituli.extrà de exceſſib.prælato.c.ſicut unire.& de iur.pat.c.paſtoralis.multo fortius patriarcha.extrà de cleri.nõ reſidẽ. cũ ad hoc not.*

c ¶ Quilibet baro. *Si non tendit priuilegium in præiudicium ſuperioris. Nam inferior non poteſt limitare iuriſdictionem ſuperioris.do.Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fugiti.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus nouus an poſsit res ſeu iura eccleſiæ poſsidere.*

2 *Eccleſia poſsidet,per ſuos canonicos.*

3 *Poſseſsio an continuetur de patre ad filium.*

QVAEST. CCCLV.

1 VTRVM prælatus* nouus cenſeatur res,uel iura ſui beneficii poſsidere, uel quaſi, ſine noua apprehenſione? Et dicendum eſt,ꝙ ſic,ſecundũ Bart. in l.j.§.fin.& l.cum hæredes.in prin.ff.de acqui.poſ.qui alle.In no.in c.in officiis.extrà de teſta. Et eſt ratio,qa ipſa eccleſia poſſidet,quæ eccleſia non moritur, nec mutatur.xij. q.ij.liberti. Pro hoc bene facit l.iubemus.in fin. C.de ſacro.eccl.facit l.raptores. uer.ſinautẽ diaconiſſa.ibi,& plenam poſſeſsionem earũdem.C. de epiſ.& cle.unde dicit Spe.in tit.de pet.& poſſeſſo.§.j.uer.ſed pone

pone &c. Vacãte eccleſia, Petrus occupauit poſſeſsionẽ cuiuſdã rei eccleſiæ: electus in prelatum eccleſiæ repetit poſſeſsionẽ illius rei occupatæ, petẽs occupãtẽ punire tãquã inuaſorẽ. Petrus dicit, ꝙ intrauit uacuũ, cũ à nemine poſsidebatur: iuxta l. nũquã. §. uacuũ tempus. ff. de uſuca. & l. cum quærebatur. C. unde ui. utrũ bene dicat? dico ꝙ nõ: quia nõ dicitur uacua talis poſſeſsio: quia eccleſia dicitur poſsidere & ius habere. d. l. raptores. §. ſin autem. & eccleſia nunquã mori
2 tur: ut c. liberti. alle.* Et ſicut ciuitas poſsidet per ſuos miniſtros. ut l. j. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de acquirẽ. poſſ. ita eccleſia per ſuos canonicos poſsidet: quia uacãte eccleſia, apud eos remanet iuriſdictio. in c. cum olim. extrà de maio. & obe. & c. is qui. ideò nõ eſt neceſſe, ꝙ factus epiſcopus intret quãlibet poſſeſsionem ſiue rẽ ſui epiſcopatus, ſed ſufficit, ꝙ intret poſſeſsionẽ ſui epiſcopatus. ar. l. poſsideri. §. j. ff. de acqu. poſ. Et ita ſemper uidi obſeruari in iudicãdo in hac curia parlamẽti: etiã circa quæcũq; alia beneficia. Et de hac materia qualiter cõtinuetur poſſeſsio in beneficialibus, uide in quodã conſilio domini Petri Papæ: incipiẽte, ego dico hunc libellũ &c. quod cõſiliũ poſui infrà q. cccccclxxx.
3 & ibi uide &c.* Si continuetur poſſeſsio de patre ad filiũ, uide a quæ dixi in ſtatuto, ſi quis per literas. in glo. fi. circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio ciuilis, quot & quos effectus operetur.*

QVAEST. CCCLVI.

QVOS & quot effectus operetur, & habeat ciuilis poſ
1 ſeſsio?* dico ꝙ octo, inter alios. Primus eſt, quia per eã fit dominii trãſlatio, ſi uendens aut donãs dñs exiſtat. l. quiſquis. iũcta gl. C. de don. & l. ſi quis argẽtũ. §. ſed & ſi quis. eo. tit. Et hoc uerũ, ſi donãs uel uendẽs poſsideret. Quia ſi nõ poſsideret, non poſſet per cõſtitutũ in aliũ tranſferre poſſeſsionẽ, etiã ciuilẽ: quia nemo dat qđ nõ habet, ut pleni* dixi in apparatu meo, quẽ feci ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. in glo. ſuper uerbo, poſſeſsio. in uer. & ultra. &c. Secũdò, quia per eã cauſatur præſcriptio cũ ſine ea præſcribi nõ poſsit. in c. ſine poſſeſsione. de reg. iur. lib. vj. & l. ſerui & filii. §. fi. ff. de furt. & l. j. §. per ſeruũ in fuga. ff. de acquir. poſſeſ. & l. de acceſsionibus. ff. de diuer. & temp. præſcr. Nec ſola naturalis ſufficit. l. acquiritur. §. fin. ff. de acqui. rerũ domi. ita dicit Dyn. in d. c. ſine poſſeſsione. ideo dicit Bart. in l. j. in prin. ff. de acquiren. poſſeſ. quòd poſſeſsio ciuilis, eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſsideri, apta producere ciuiles effectus. Ex tali poſſeſsione ciuili transfertur uera poſſeſsio: ut dicit Bar. in l. ab emptione[a]. ff. de pactis. & alleg. l. certe. ff. de precario. Tertius, quia ipſa cauſante

lici

b ¶L. fœminæ. *Hac lex melior in propoſito, quæ uult quòd fœmina nupta, coruſcent radijs maritorum, & uidua radijs relictorũ. Et contra degenerãt nuptæ quæ uilioribus nupſerunt, ſecundum dominũ Bald. ibi. Vel congruentius & clarius ad materiã ſubiectã uxoris coruſcant, radijs maritorũ, & eorum dignitate & priuilegio gaudent, etiam poſt mortẽ ipſorum, donec nubent alij inferioris gradus, quo caſu dignitatem amitterẽt ſecundum d. Bartolũ in prææallegata lege, fœminæ.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua nobilis, relicta plebeij, an teneatur ad ſubſidia Delphinal.*

2 *Argumẽtum à contrario ſenſu, in iure ualidum eſt.*

3 *Vidua plebeia, relicta nobilis, aut alias exempti, an durante uiduitate gaudeat priuilegio immunitatis.*

QVAEST. CCCLXXX.

1 SED quid de muliere nobili uidua, relicta * plebeii[a], ſicut

a eſt Felizia reynarde, quæ dicitur de nobili genere procreata, quę fuit nupta cum plebeio, uidelicet cum Ioan. pic, ciue quondam Gratianopolit. An debeat ipſa contribuere in dictis ſubſidiis Delphin. Et uidetur quòd non: quia, quando fiunt ceſsiones triũ ſtatuum in hac patria Delphin. pro dictis ſubſidiis indicendis, excipiun tur nobiles nobiliter uiuentes, qualis eſt dicta Felizia. In contrarium uidetur: quia mulier retinet dignitatem, quam habet à patre, donec nubat plebeio. l. fœminæ. §. 1. ibi, parentes uero, &c. ff. de ſenatoribus. & ita etiã ſummat dictum textum Albe. de roſate. ergo à contrario ſenſu,

2 * quod eſt fortiſsimum in iure, ſi nubat plebeio, nõ retinet talem dignitatem paternam, ſed eam amittit, per text. in l. fin. C. de dignita. lib. xij. ita dicit glo. cum te. C. de nuptiis. & licet talis maritus plebeius moriatur, mulier ſtans in tali uiduitate, retinet talem conditionem, uidelicet plebeii. l. filii. §. uidua. ff. ad municipa. nam uidua abſtinens à ſecundis nuptiis, uidetur in præteriti uiri coniugio perdurare, & in prioribus conſiſtere nuptiis. ita dicit Archidiacon. in cap. ſi quis, de ſepultu. libro ſexto. qui alleg. §. ſoluto. in authent. de nupt. facit bene l. mulieres. de incolis. libro x. & alibi dicitur, quòd mulier ſequitur uirum ſiue in uita, ſiue in morte. xiij. quæſtio. ij. cap. unaquæque mulier. Et ita in ſimili caſu fuit iudicatum in hac curia parlamẽti de menſe Decembris, M. cccclix. pro conſulibus ciuitatis Dienſis cõtra nobilem Mariam de cezirino, quæ etiam fuit nupta plebeio, ut ſcripſi ſuprà quæſtione cccxlix. Sed aduertendum eſt, quia quandocũque ipſa Felizia nubet in futurũ cũ uiro nobili, ipſa gaudebit nobilitate ſua, & non tenebitur contribuere. ita dicit Bartol. in d. l. j. de

de dignitatibus: in ſua repetitione.& facit d.l.mulieres. C. de incolis. libro decimo. Et ita reſpectu dictæ felizię fuit deciſum in generali reuiſione focorum M.ccccIxj.de menſe Aprilis,per dominos parlamenti in camera conſilii. ¶ * Sed quid de plebeia relicta nobilis, uel alterius priuilegiati, & exempti: an ipſa ſit exempta à contributione dictorum ſubſidiorum, durante ui duitate? uide quæ dixi s̄. quæſtio.proximè præcedenti,quę eſt quæſtio ccclxxix.

3

a ¶Relicta plebeii. *Iſta quæſtio & ſequentes deciduntur per dicta in proxima apoſtilla quæſtionis præcedentis.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici clericaliter uiuentes, non tenentur ad ſubſidia Delphinalia.*

2 *Regiſtrum,quid remiſſiuè.*

QVAEST. CCCLXXXI.

1 De clericis autem clericaliter * uiuentibus a ſicut ſunt

a presbyteri,& alii eccleſiaſtici,dixi aliàs ſuprà quæſtio.lxxix.quòd ipſi debent contribuere in dictis ſubſidiis in locis, in quibus conſueuerunt eſſe regiſtra, pro re-

b bus regiſtratis, b quas ipſi acquirunt quoquo titulo.inſequendo opin.Bar.in l.reſcripto.§.ſi.ff. de muner. & honor. Sed poſteà hic aliter ponderando hanc materiam, credo contrarium, quòd imò ipſi non debent contribuere. Primò,per textum,qui hoc di

c cit ad literam in cap. clericis.c de immunitate eccl. libro ſexto: ubi Papa authoritate apoſtolica prohibet collectas ſiue tallias ſub adiutorii,mutui, ſubuentionis, ſubſidii, uel doni nomine, ſeu quouis alio titu. uel quæſito colore clericis & eccleſiaſticis perſonis,& eorum bonis imponi per principes uel poteſtates, & quòd contrarium facientes & factores eorum ſententiam excommunicationis incurrunt,&c. Quòd etiam comprobatur iure ciuili.in l.ij.& in authē.item nulla communitas.C.de epiſc.& cleri.& quòd non obſtante regiſtro eccleſiaſtici in talliis, ſiue collectis laicorū contribuere non debeant,etiam pro rebus regiſtratis,tenet expreſſe Bal.in l.placet. C.de ſacroſanct.eccleſ.qui ibi in hoc reprobat Barto. & credo,ꝙ bene:quia talia ſtatuta & cōſuetudines contra libertates eccleſiæ caſſæ & irritæ eſſe debent.in authen.caſſa.C.eod. titul.facit l. priuilegia.in §.j.eod.tit.Et iſtud etiam eſt de mente trium ſtatuum præſentis patriæ, dum in donis quæ faciunt, excipiunt à contributione eorundem clericos clericaliter uiuentes, & ita ſecundum hanc opinionem fuit deciſum & determinatum per dominos meos parlamenti die uigeſima octaua menſis Ianuarii,anno domini M.ccccIx. dum in dicta reuiſione generali fiebat uiſio focorum patriæ Brianſonii:in qua patria eſſe cōſueuerunt regiſtra,& ſup hóc uide plenius per Bal.in lectura,quam fecit

cit ſuper l.de pace Conſtan.quę incipit,imperialis clementiæ.ſu per uerbo,nos Romanorũ.ibi,
2 quid de collectis &c.* Quid dicatur regiſtrum & an ſcripturæ regiſtri faciant fidem:uide Inn. in c.j.de procu.
a ¶ Clericaliter uiuentibus. *Et nõ coniugatis,per c.unicum.de cle.coniug.lib.vj.quòd ſolum in duobus reſeruat eis priuilegium,uidelicet, canonis,ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.& ne pro delictis ciuiliter aut criminaliter trahantur corã iudice ſeculari.*
b ¶ Pro rebus regiſtratis. *In æſtimo ſeu cataſtro deſcriptis. & aduerte, quòd do.Bart.quem allegat author* 1 *in præallega.l.reſcripto.§.fin.loquitur in alio caſu:uidelicet quando per ſtatutum prædia ſunt facta tributaria ſub cenſu collectarũ, & pro tali* 2 *bus prædijs eccleſia poteſt collectari. Et in huiuſmodi ſpecie loquitur do. Bar.quem ſequitur domi.Salic.in l. item nulla.in j.col.in j.q.C.de epiſc.* 1 *& cler. Motiua tamen elegantia do. Bald.in l.ſi.in iij.col.in uerſi.alij ſuper hoc puncto.C.ſine cen.& rel.ſuo ne.compa.non poſ.uergentis.In contrariam ſententiã uide omnino,&* 2 *adde quod dicit Spec.in tit.de cler. coniug.in uerſi.ad huius autẽ articuli euidentiam.& do.Archi.in c.j. uer.ſed certè.de immu.eccle.lib.vj. Sed do.Pe.de Anch.ibi uidetur inclinare ad domi.Bart.dum poſt recitatam opinio.do.Archi.quærit an ſit dare remediũ,quod clerici conferant in iſtis collectis pro poſſeſſionibus ſuis: ut in iam d.c.j.in iij.col.in uer.quæro.poſt Io.And.in uer.ſed iuxta hoc quæro.& do.Pan.j.uolu.conſi.iij.in uerſi.probatur quarto. ibi enim & do.Pau.de Ca.ij.parte.conſi.ccccxx. in ult.col.in uer.dicendum eſt.ibi,ſed nec etiam pro bonis proprijs &c.& d.Bar.conſi.clxxx.quod incipit,ſi aliqua poſſeſ.æſtimata & allibrata ſeu appreciata in lib.communis.& uide quòd dicit do.Bal.in additi.ad Spec.in tit.de cle.coniu.circa princi.*
c ¶ Clericis. *Hodie eſt reuocatum, & pro infecto habetur,cũ omnibus ſuis declarationibus exinde ſecutis, ut in cle.j.& ibi do.Card.de immuni.eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica perſona patri plebeio ſuccedens in bonis paternis,an teneatur ad ſubſidia Delphinalia.*
2 *Presbyter an liberetur à patria poteſtate.*

QVAES. CCCLXXXII.

SVPRA dixi de bonis, quæ acquirunt clerici à plebeiis, *ſed quæro filius eccleſiaſticus ſuccedit patri agnatis uel cognatis plebeiis:ex teſtamento, uel ab inteſtato, An debeant contribuere^a in dictis ſubſidiis pro bonis eis ſic obuentis?Dico quòd non:quia ex mutatione perſonæ mutatur cõditio rei:ut dicit Barto.in l.Paulus reſpondit per procuratorem.ff.de acquir.hær. in fin,ſui cõmẽti.& cũ dominiũ talium rerum ſit tranſlatum in perſonam eccleſiaſticam,ex tali ſucceſsione non debent tales perſonæ in talibus ſubſidiis col lectari,pro dictis eorũ bonis,iuxta expoſitionem d.c.clericis.&

auth.item nulla communitas.& ſuper hoc uide l.fiſcus.in princ. ff.de iure fiſci.& Spec.in tit.de cleri.coniug.circa medi.ibi, ad euidentiam &c.& ita fuit deciſum in dicta reuiſione generali focorum. Et pro his faciunt quę dixi ſuprà quæſtio.cclxj. An priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, gaudere debeat ſuo priuilegio: uel ſi debeat, an ut iure priuati, uide plenè Bar. in l.cum filiusfamilias.in §.in ſtipulatio-
b ne.ff.de uerb.obl.& in l.fiſcus[b]. ff.de iure fiſci.& Henri.Bohic.
2 in c.dilectus.de præben. ¶*An presbyter liberetur à patria poteſtate? Bart.quòd ſic.in l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.

a ¶An debeant contribuere. *Iſta quæſtio eſt expedita, per in ſuperioribus inducta.*

b ¶L.fiſcus. *La j.ubi dicit do.* Bart. *quod priuilegiatus ſuccedens nō priuilegiato, pro tempore futuro, gaudet priuilegio ſuo: ſecus pro tempore præterito, quia utitur iure eius, cui ſucceſſit, & quomodo iſtud ſit intelligendum, & in quo caſu, & quando uerificetur, uide theoricam do. Cyn. per uerba & elegantia diſtinctionum membra in huiuſmodi materia differentis.in auth.quas actiones.in ij.colū.uerſ.quinto quæro.C. de ſacroſan.eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici primæ tonſuræ non coniugati, ſtudentes, non tenentur ad ſubſidia* Delphinalia. *Quid de coniugatis.nu.2.*

QVAES. CCCLXXXIII.

SED quid de clericis primæ
a tonſuræ[a], * non coniugatis,
1 exiſtentibus in ſcholis, uel ſtu-
b diis[b]? An debent cōtribuere in dictis ſubſidiis? Credo quòd nō, per l.ſecundam.C.de epiſcopis & clericis.& ita aliàs fuit deciſum in hac curia, ut ſcripſi ſuprà
2 quæſtione lxxxiiij. Si*autem eſſent coniugati, deberent con-
c tribuere[c], per ca.j.de cleri.coniuga.libr.vj.per tex.ibi, in cæteris &c. iuncta gloſſ. Et per hoc dico, quòd filius Ioan. Pauioti quondam, qui eſt coniugatus, debet contribuere in dictis ſubſidiis Delphinalibus, licet ſit in ſcholis, & clericus primæ tonſuræ.

a ¶Clericis primæ tonſuræ. *Ipſi enim gaudent priuilegio clericali, etiã in rebus ſuis: ut not.c.ex parte.in §. quidam etiam.de cle.coniug.*

b ¶Studiis. *Studentes collectam ſoluere non compelluntur in terris proprijs: ut in l.j.& ij.& ibi domi.* Bar*to.C.qui ætate & profeſ.ſe excu. lib.x.*

c ¶Cōiugati deberēt cōtribuere. *Quia tales clerici nō gaudēt in perſona, nec in rebus priuilegio aliorū clericorum, ut legitur, & not.in præalle.c.ex parte.& ibi domi.* Panor. *in j.nota.*

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, nobiliter uiuentes, ad ſubſidia non tenentur, ne quidem pro rebus regiſtratis.*

2 *Collecta impoſita pro ſolido & libra, utrum quis pro re, quam tenetur*

tur reſtituere, cogatur collectam ſoluere.

QVAES. CCCLXXXIIII.

a SED quid de nobilibus[a] nobiliter uiuentibus, qui acquiſierunt & quotidie acquirũt à plebeis res regiſtratas,* an debeãt cõtribuere cum plebeiis pro talibus rebus? credo ꝙ nõ: quia in confectione trium ſtatuũ præſentis patriæ quæ fit pro ſubſidiis indicẽdis, excipiũtur nobiles nobiliter uiuẽtes, prout etiã de iure excipi debẽt, per l. iij. §. j. de mune. & hon. Et licet tales res regiſtratæ ſint cõtributariæ, quãdiu ſunt in manibus plebeiorum, tamen quando tranſeũt in perſonã nobilis, ſequuntur eius conditionẽ: quia ex mutatione perſonæ mutatur conditio rei, ut dixi ſuprà, quæſtio. ccclxxxij. & tenet Bartol. in. d. l. Paulus reſpondit per procuratorem. in fi. ff. de acquiren. hæredita. Et ita ſecundum hæc per me ſcripta, fuit deciſum per dominos parlamenti. die xxviij. menſis Ianua. anno domini M.cccix. durãte d. reuiſione generali focorum in reuiſione focorũ patriæ Briãſonii: in qua patria ſunt, & eſſe cõſueuerunt regiſtra. Et hęc uera credo, niſi in illis nobilibus, qui reperiuntur ſpecialiter obligati contribuere in talibus pro rebus regiſtratis: quia tenentur pro illis rebus contribuere prætextu obligationis, iuxta l. j. & ij. C. de actione & obligatione. cum multis ſimilibus. & hoc dico propter aliquos nobiles de Ebreduno, qui (ut fertur) ad hoc ſe obligauerũt, ut

3 audiui. ¶* Quæro iuxta hoc, ſi fiat collecta pro ſolido & libra, utrum pro re quã quis tenetur reſtituere, teneatur ſoluere collectam? dic quòd non. l. nemo. ff. de in integ. reſtitu. & ibi per Bartol. Et eſt ratio, quia non uidetur talem rem habere. l. iij.

b §.[b] hoc edicto. ff. de neg. geſt. l. Lucius. §. idem reſpondit. ff. ad municipa.

a ¶ Nobilibus. *Ipſi tamen nobiles non poſſunt collectas, nec angarias, aut perangarias ſubditis ſuis imponere: niſi ex conſuetudine uel conuentione. do. Bald. in l. is quibus. C. de fideicom. hære. & uide quod ipſe do. Bar. dixit in l. cum multa. ulti. uerſi. C. de bon. quæ libe.*

b ¶ L. ii. §. *adde & melius. ff. de uacat. mune. l. muneribus. Et l. fi. § ult. ff. de mune. & hono. & l. honorem. eod. tit. Et hæc iura faciunt pro opi. quia nobilis uel militat uel militauit, uel aptus natus eſt militare: præterea nobilis gerit honorem ſaltem dignitatis nobilitatis: omnis enim nobilitas eſt dignitas: ut leg. & nota. per do. Bart. in l. j. de dign. lib. xij. ſed non omnis armata militia, eſt dignitas: eſt tamẽ principium nobilitatis, prout & ſtudium legalis ſcientiæ, ut not. in l. j. in princ. de Iuſti. codi. confir. Militia autem cinguli aurati, de qua per glo. in. l. pen. ff. ex quib. cau. maio. in integ. reſtit. eſt dignitas: & ſimiliter militia equitum* Romano*rum. Secus eſt, ut dixi de ſimplici mi*

litia ſenſendum, ut in rubro & nigro. C.*de aquædu.lib.xij. Si igitur ſimplex miles,qui tantum eſt principium nobilitatis,eſt immunis à contributione ſubſidiorum* Delphi.*cum plebeijs,quanto magis immunis eſſe debet nobilis:qui uel iámque militauit.& ſic eſt ueteranus, de preſenti militat? & ita actu eſt miles uel ſaltem aptus natus eſt militare patriæ, paratúsque ad iuſſum principis militiam aſſumere:qui meritò militis loco habendus eſt. Sic itaque patet hanc opinionem probari per locum à maioritate rationis. de quo in lege prima.*C.*de rei uxo actione. Quod autem nobilitas tribuat immunitatem, etiam, quo ad excuſationem tutelæ,probatur per text. ſingula.in lege non tantum. & ibi nota.domi.*Bald.*ff.de excuſatio.tutorum.*

SVMMARIVM.

1 *Plebeij habentes iuriſdictionem in caſtra & homines, an teneantur ad ſubſidia* Delphinalia.

2 *Feudum natura nobilitat.*

QVAEST. CCCLXXXV.

QVID autem de habitantibus in præſenti ciuitate Grationo.& aliis ciuita.& uillis
1 *præſentis patriæ Delph.habitãtibus & tenentibus caſtra inſolidum,uel in parte,cum territorio, & omnimoda iuriſdictione,& homines iuriſdictionabiles contribuentes in dictis ſubſidiis,an debeant eſſe exempti à dicta contributione dictorum ſubſidiorum Delphin.& credo quòd ſic,etiam ſi tales ortum nõ habuerint à nobili progenie: dummodo de talibus caſtris, quæ habent & tenent, fuerint inueſtiti:& de ipſis homagium fecerint domino noſtro Delphin,& uiuant nobiliter. Quia 2
feudum*de ſui natura nobilitat a
poſſeſſorem[a],ut dicit Andr.de Yſernia.in lib,feudorum.in tit. de capitaneo,qui curiam uendidit.circa princip,ibi,item propter dignitatem &c.Et alibi dicit ipſe de Yſernia, in titu.per quos fiat inueſtitura, quòd infeudatio confert nobilitatẽ &c. facit etiam,quod ipſe not.in capi.j.quis dicatur dux.Et idem dicerem de homagiis præſtitis in perſonam domini gubernatoris b
[b]Delphinal.qui repræſentat perſonam principis, cum eadem poteſtate: maximè in hoc caſu de homagiis recipiendis: & ex his dicerem, quòd Petrus Rolandi ciuis Grationop. condominus Argenſoni, licet ſit plebeius,& ſimiles tenentes caſtra in hac patria, non teneantur in dictis ſubſidiis contribuere:& ita fuit concluſum & determinatum per dominos parlamenti cameræ computorum Delphin.in camera conſilii, de anno currente domini M.cccc.lxj.de menſe Aprilis,dum fiebat reuiſio generalis focorum in hac patria Grayſuodani:& tunc fuit per ſententiam determinatum,quòd dictus Petrus Rolãdi non contribuat in dictis ſubſidiis: quia tenet di.caſtrum argen

genſoni.recepit ſententiam Ioannes Botuti ſecretarius Delphina.

a ¶ Nobilitat poſſeſſorem. *Vide domi.Bald.in uſibus feudo.tit.quis dicatur dux.§.cæteri uerò.*

b ¶ In perſonam domini guberna.*Et bene fa.*

SVMMARIVM.

a *Plebeij non habentes caſtra,ſed feuda particularia, tenentur ad ſubſidia Delphinalia.*

QVAEST. CCCLXXXVI.

QVO uerò ad alios plebeios non habentes caſtra: ſed habentes tantummodo & tenentes feuda particularia, puta cenſus, & reditus[a] *de feudo Delphinal. dicerem quòd ipſi contribuant in dictis ſubſidiis:quia ſi pro uiginti uel triginta ſeſtariis frumenti cenſualibus:uel pro una domo, uel aliquibus particularibus poſſeſsionibus de feudo nobili Delphini mouentibus, tales eſſent exempti, ſequeretur inconueniens: quia multi plebeii tales modicas res feudales ſibi acquirerent, ut ab ipſorum contributione eſſent omnino exempti, ideò eiſdem non debent ſuffragari[b].in l.ſemper.§.diuus quoque.ff.de iure fiſci. quia grauarentur alii plebeii, qui de tanto plus onerantur, quod non eſt tolerandum. Ne etiã fiat fraus legi,iuxta ea quæ le.& not.in l.dubium. C.de lega.cum etiam talia feuda particularia, quæ non habent dignitatem, non nobilitant poſſeſſorem,quod ſecus eſſet in habentibus dignitatem, ita dicit Bald.[c] poſt docto.in feudis.in titu. quis dicatur Dux, uel Marchio.in §.cæteri.Et ex his apparet, quòd Dreuonus ſonnerii ciuis Gratiónopolitanus, & ſimiles ſuæ conditionis,licet habeãt feuda nobilia[d],contribuere debent in dictis ſubſidiis,attento maximè quòd de præſenti ceſſant armaræ,in quibus plebeii ſeruiebant ratione aliorum cenſuum, quos à domino noſtro Delphin.tenebant. Tum etiam,quia ipſe Dreuonus non eſt nobilis:ut eſt notorium,licet dicatur uiuere nobiliter: quia ut quis eximatur à talibus ſubſidiis: ambo copulatiuè requiruntur: quòd ſit nobilis, & uiuat nobiliter:nec alterum ipſorum ſufficeret:quia ad uerificationem coniunctiuæ non ſufficit alteram partem eſſe ueram,ut lege,qui hæredi plures. ff.de conditio.inſtitut.& hoc tenet Bartolus in lege prima.C. de dignitatib. libro duodecimo. Præterea etiam, quia ſi dicatur, quòd dominus Dreuonus ſeruierit in armis ſeu ſeruire fecerit, ob hoc ideò fuerit affranchiatus à contributione &c.patet in literis per eum productis.iſtud non obſtat:quia tales nouitates ſunt ſublatæ per Regem ſeu eius commiſſum poteſtatem habentem, ut patet ex productis per conſules huius

ciuitatis: & ita fuit concluſum in camera per dominos parlamenti: & cameræ computorum Delphina. de anno domini, M. ccccli. in generali reuiſione focorum præſentis patriæ Delphinal.

a ¶ Cenſus & reditus. *Iſta propriè non dicuntur feuda, ſed emphiteuſis. ut inſtitu. de loca. §. adeò autem. licet à feudo profluant: ut colligitur ex his quæ ibi domi. Ioan. Fabri. in uerſi. ſed quid. de uaſal.*

b ¶ Non debent ſuffragari. *Pro hoc bonus text. in l. cura. in §. fin. ff. de mu. & hono.*

c ¶ ita di. Baldus. *Caue, quia loquitur in alio caſu, puta quo Valuaſini accipiunt feudum a Valuaſorib. qđ quidē feudum ſi non eſt nouiter acquiſitū, ſed antiquum, nobilitat. ibi dicit domi. Bald. & poſt eum domi. Alua. quod non reperitur in caſu præſentis quæſtionis.*

d ¶ Feuda nobilia. *Id eſt, cenſus & reditus, qui mouentur de feudis nobilibus: alioqui implicaret contradictionem. Si enim eſſent feuda nobilia, utique nobilitarent. quod tamen negatur. uide in materia do. Aluaro. in præludis liberorum feuda. in v. colum. uerſi. ij. diuiſio.*

SVMMARIVM.

1 *Nobilis nobiliter uiuens, an teneatur ad ſubſidia Delphinalia: licet bis aut ter ea ſoluerit.*

2 *Nobilitas quomodo probetur.*

QVAEST. CCCLXXXVII.

SED quid ſi nobilis nobiliter uiuēs ſoluerit ſubſidia trib⁹ uel quatuor annis, pro diuerſis ſubſidiis, an præiudicet ſibi, ut teneatur in futurum in talibus

1 ſubſidiis contribuere.* & uidetur ꝙ ſic, cū etiā unus actus &c. C. de epiſc. audi. l. nemo. & facit C. de his qui ſpon. mu. l. j. lib. x. & ff. de pactis. l. ſi unus. §. ſed qđ in ſpecie dotis. circa hoc puto dicendum, ꝙ cū iſte actus reiterationem recipiat, non ſibi præiudicat tali nobili, niſi pro uicibus, quibus ſoluit: non autē pro futuro tempore: iuxta auth. presbyteros. la ij. in fi. C. de epiſ. & cleri. & de excuſa. tuto. l. uolūtariæ. In actibus uerò, qui reiterationem non recipiunt, præiudicaſſet ſibi dictus nobilis, ut l. ij. cum ibi no. C. de iure dominii impetrādo: & ita no. etiam per gl. in c. acceſſiſſent. extrà de cōſti. Vnde in caſu iſto cum caſus ſit reiterabilis, de ſui natura, di-

a cerem requiri xxx. annos: [a] ad hoc, ut eſſet ſibi generatum præiudicium perpetuò: antē autem quandocunq; poſſet ſe opponere. & de hoc eſt tex. in c. a accedētibus. extrà de priuile. Et de hoc uide glo. in l. falsò. C. de diuerſis reſcrip. ¶ De hac materia uide,

2 quæ ſcripſi s. q. cccxvj. ¶ * De modo articulandi ſuper nobilitate

b ad probādum quem nobilem [b]: uide plenè per Bartol. in l. ſi ut proponis. in ſua repetitione. circa fin. C. de digni. lib. xij. & alibi dicit Bar. in l. promdendum. C. de poſtu. quòd nobilitas probatur per famam.

a ¶ *Xxx. annos. Vide do. Bart. in l. j.*

in iij.not. C.de auro corona.cui adde quod dicit domi.Panor.extrà de conſu.c.fi.in ix.col.uerſic.ſed quæro. ibi,credo tamē & c.ex quorum quidem ſcriptis uidetur ſufficere tempus decem anno.

b * Ad probandum quē nobilem. *Et quæ ueniant appellatione nobilium:uide pulchrè per Pau.de Caſt. in conſi.c.xij.incip. quātū ad primū. in prin.in ij. parte cōſi.et adde,quòd ſi ex forma ſtatuti aliquis perdidit nobilitatem, puta quia fuit de falsò condemnatus:intelligitur quo ad honores & utilitates: non autem quo ad onera: ut notat Bartol.in l.j.per illum textum.C.de infa.libro x. & in repe.l.j.in penul.col. C. de digni. lib.xij.Sequitur Ludoui.Roma.in l. ſi quis in graui.§.de his.ff.ad Silleianum.Ange.de Are.in tracta. maleſi. in uerſic,Sempronium.in ult.colum. refert & ſequitur dominus Iaſon, in rubri.ff.de iuſti.& iure.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocati immunes ad quid ſint à ſubſidijs Delphina. Et nume.2.3.4. & 5.*

6 *Doctores legum, dicuntur uiuere nobiliter.*

7 *Sacerdotes ſunt exempti à ſubſidijs Delphina.*

8 *Doctores legum, ſacra miniſtrare dicuntur.*

9 *Doctores legum, ſunt in dignitate.*

10 *Doctores,aduocationis & procurationis officiū paſſim uſurpantes,non ſunt exempti à ſubſidijs Delphina.*

11 *Doctoratus gradum recipiens diplomate principis, an gaudeat inſignijs doctoratus.*

QVAEST. CCCLXXXVIII.

QVO uerò ad doctores legum qui aduocant in cauſis in curia parlamenti,dicerem ꝙ non teneātur contribuere in dictis ſubſidiis:ſed debeant cenſeri nobiles nobiliter uiuentes.

1 * Primò quia glo.in l.ſocietatis. dicit argumentū,pro bene literatis, ꝙ ita ut nobiles recipiantur &c.ff.pro ſoc.quia nō refert an habeať nobilitas naturaliter uel ex accidēti. ut ibi dicit Bar.facit l.proximos.ibi,literataq́; militia.C.de ꝓximis ſacrorum ſcriñ.li.xij. ad idem gl.in l. prouidendū. C.de poſtulādo.dicit ꝙ ſciētia nobilitat.Secundò,

2 quia*aduocati non minus militant quàm illi qui gladiis & clypeis nitūtur.in l.aduocati. C.de aduo.diuerſo.iudi.ideò nullum perſonale munus neq; collecta eis debet imponi, neq; cū cæteris perꝗquari debēt: ut in l.ſancim[9] a ª.ibi, nulla ingeratur peræquatio &c.C.e.ti. Tertiò,quia

3 * ex quo doctores aduocati dicūtur militare,per dictā l.aduocati. debent ergo à talibus eſſe exempti:per l.iij.§.j.ff.ad municipales. ubi militātes b à talibus b eximuntur: licet fortè ibi tex.loquatur de militante in armis:ꝗa idem eſt dicendū de aduocatis, cū nō minus militent,quàm qui gladiis &c.ut dicit d.l.aduocati. Ad iſtud propoſitum alibi dicit Bar.ꝙ aduocati & milites nō cō ueniantur, niſi inquantū facere poſſunt,ſed ęquiparantur.ut in

l.milite.§.de re iu.Quartó,quia
4 *militia nobilitat,ut dicitBar.in l.ij.§.filiis.ff.de decuriōibus.ſed aduocati doctores nō min* militant &c.iuxta d.l.aduocati.ergo milites cēſeri debēt,& ſi milites cēſeātur,debēt à dictis muneribus eximi.iuxta l.iij. §.j. ff.
5 de mu.& hono.*Quintó,ꝑ hoc facit, qđ habetur expreſsè in l. medicos.C.de profeſ.& me.lib. x.ibi, & doctores legū unà cum uxoribus,& filiis, necnon rebus quas in ciuitatibus poſsidēt, ab omni iunctione, & ab omnibus muneribus ciuilibus uel publicis immunes eſſe præcipimus. Et iſta eſt ueritas de iure, licet Bart.in d.l. medicos. & in l.j.C. de munerib*.& in quo loco uoluerit dicere ꝙ d.l. medicos.uoluerit loqui in doctoribus actu legentibus. quia credo, ꝙ ipſe in hoc malè dixerit quatuor motiuis ſequentibus.Primò qa tex. in l.medicos.loquitur indiſtinctè:non diſtinguendo de doctoribus actu legentibus uel aliis aduocatis: ideó indiſtinctè eſt intelligenda illa l. medicos. ut iuribus uulgatis. Secundò, quia ſi Imperator aliter uoluiſſet,ſtatuiſſet,& tam de doct.actu legē tibus,quàm de aliis bene expreſſiſſet: ſic alibi dicitur ſi Imperator aliud uoluiſſet, bene dixiſſet,in l.una.§.ſi uerò. C.de cad. tol.Et idem de Papa, ſi aliter uoluiſſet,bene expreſsiſſet,in c.ad audientiam. extrà de decimis. Tertió,quia Bart.pro limitatione quam facit de dicta l. medícos.de actu legentibus,non adducit legē neq; rationē.ideò huius limitationi nō uidetur ſtandum.quia non ſufficit dicere,ſic eſt: niſi lege aut ratione probetur. iuxta authentic. de triente & ſemiſſe. in §. conſideremus. Quartó,quia doctoribus etiam actu non legentibus:ſed ſolùm aduocantibus de iure cōceditur talis immunitas in talibus non cōtribuēdi, ut d.l.ſancimus.ibi, nulla ingeratur perequatio &c. C.de aduoca. diuerſorum iudicum.Et dicuntur doctores legū,
6 uiuere nobiliter.*quia ſecundū
c uulgi opinionē[c]uerſantes circa arma, dicūtur uiuere nobiliter, ob quod eximūtur à talibus muneribus.d.l.iij.§.j.ff.de muneribus & honoribus.Idem ergo dicamus de doctoribus uerſantibus circa leges, cū leges armis æquiparentur. C. de Iuſtiniano C.confirmādo.& in prin.& dicit ibi no.gloſ. ꝙ iſta duo brachia, arma & leges, fecerunt urbem Conſtantinopolitanam præ o-
7 mnibus aliis dominari.*Prętereà ſacerdotes à talibus ſubſidiis eximuntur, per capitulum,clericis.de immunitate eccleſia.li.vj. etiam de conſuetudine: quia ſa-
8 cra miniſtrant.¶*Sed doctores legum ſimiliter ſacra miniſtrare dicuntur,iuxta ea,quę leguntur & notantur in l.leges. C.de legibus.& in l.j.ff. de iuſtitia & iur.
9 igitur &c.*Prętereà,doc.legum ſunt in dignitate: ut in cle.ij.de magi.

d magi. & tenet Bart.in l.j.[d] C.de nouo C. componendo. & ſic ſi ſint in dignitate. non ſunt ergo plebeii, ut debeāt in dictis ſubſidiis contribuere: ſed debēt di
e uerſo iure cenſeri à plebeiis, [e] cùm ſeparatorum ſeparata eſſe debeat ratio: ut iuribus uulgatis. Nec obſtāt dominis doctoribus cōtra eos oppoſita per cōſules huius ciuitatis Gration.allegantes, ꝙ dicti domini doctores lucrantur pecunias de eorū aduocationibus:qa ipſi domini doc. hoc facere poſſunt iure eis permittente: ut in l.j.§.in honorariis. & §. ſi cui.ff.de uariis, & extraordinariis cog.Ideò ſi iure permittente hoc faciant,nō debent dici eorū immunitates & priuilegia perdidiſſe.argu.in l. Gracch[*]. C.de adulteriis.& hoc dico reſpectu doctorū pręſentis ciuitatis, qui aduocant in curia parla.qui non exercent aliquod officiū procurationis: quia tunc ſecus eſſet, cùm officium procurationis uile reputetur:ut in lege,quia ſi procurationem.C.de decur.li.x. ¶ Iuxta etiā deciſionem aliàs factā, de qua ſ.ſcripſi,
10 q.lxxxix.*Et ideò dicerē ꝙ doc. in Auenione degentes,& alibi: qui exercent officiū procurationis, cum aduocatione hincinde per curias diſcurrendo, nō à ta-
f libus eſſe exempti[f] dicuntur. & ita ꝙ domini doct. aduocantes in d.curia parla. nō debeāt contribuere in dictis ſubſidiis,fuit conclusum & determinatū diffinitiuè per dominos parlamenti & cameræ cōputorum Delphi. die ultima menſis Aprilis,anno domini,M.cccclxj.dū fiebat reuiſio generalis focorū præſentis patriæ Delph.& recepit ſententiam Ioan.Botuti ſecretarius
11 Delphi.¶* Sed an recipiēs gradum doctoratus per bullam,uel reſcriptū principis,debeat gaudere inſigniis doct.dic ꝙ non, per l.ſi ita quis. §.fi.ff.de leg.ij. & ponit Io. Fabri inſtit. de iure naturali,gentium, & ciuili §.Et de quibuſdam aliis quæſtionibus materiam doct.concernentibus tetigi ſ.q.lxxxviij.

a ¶ L. ſancimus. *Puta la prima.& adde omnino quod in ſumma illius tituli de aduocatione diuerſorum iudicum dicit dominus Azo in § . habent autem priuilegium . in uerſiculo, item prouinciales. & ſeq.*

b ¶ Militantes. *Adde quòd etiam ueterani ab huiuſmodi muneribus excuſantur:ut ff. de uaca.munerum.l. à muneribus. Quod facit in argumentum , quòd aduocatus qui ceſſauit ex aliqua legitima cauſa poſtulare,gaudere debet priuilegio aduocatorum : quia immunitas non cum dignitate, ſed cum perſona extinguitur.l.etiam legum.& ibi glo. in uer.quandiu.C.de excuſat.mune. libro decimo.*

c ¶ Secundum uulgi opinionem. *Et quæ rectè arguitur.domi.Barto. ſuper rub.ff.ueter. in iij.col.in uerſi. ſed regulariter.*

d ¶ Tenet Bart.in l.j. *In iij.colum. in uerſiculo,quæro circa hoc.ubi di-*

cit, quòd doctoratus, eſt dignitas. & allegat c. quantò. extra de mag.

c ¶ A plebeis. Et meritò: *quia aduoca. ſunt nobiles. ut C. de poſtula. l. prouidendum. in prin.* 1

f ¶ Non à talibus eſſe exempti. *Bene facit gloſſa prima, in lege, uniuerſos. C. de decur. lib. x.* 2

g ¶ Ioannes Fabri inſtitu. de iure naturali, gentium & ciuili. §. *reſponſa. in uerſi. item quomodo iſtud. tamē ibi dicit aperte, ſed pro hoc facit: quia ad creandū doctorē ſex requiruntur. ſcilicet quod promotores iurati deponant eum ſufficientem. & quòd examinetur, quodque examinatio approbetur. hoc ponitur in l. nemini. C. de aduocatione diuerſorum iudicum. item quod biretum in ſignum ſplendoris capiti imponatur, & quòd cathedra inueſtitura poſſeſſionis tradatur. denique & ſextò, quòd liber ueluti materia conferatur.* Traditio autem annuli, *oſculum, & benedictio, non ſunt de ſubſtantia: quia, ut inquit dominus Baldus, mulieres oſculātur, deſponſantur, & benedicuntur, & tamen non doctorantur. ſic no. ipſe* Baldus *in proœ. decre. ita referente domino* Chriſtofo. Por. *inſtitut. quibus modis ius pa. poteſt. ſolu. in §. filiusfamiliàs. in ij. additione. ſuper fin. glo. in uerſic. militauerit. & uide etiam* Bartolum, *in l. magiſtros. C. de profeſſo. & med. libro decimo.* Ad præ*miſſa autem facit, quòd legitur & notatur in l. nemo. C. de aduocatione diuerſorum iudicum. & ibi gloſſ. fina. quæ notat, quòd doctor debet gradatim & non ſatyricè, id eſt, per* 1

ſaltus promoueri: aliàs non gaudet priuilegijs doctoralibus.

SVMMARIVM.

Filij doctorum an gaudeant immunitate patrum. 1

Filij doctorum an retineant patrum dignitatem. 2

QVAEST. CCCLXXXIX.

SED quid de filiis doctorum, ſicut eſt Ioannes Porterii ciuis Grationop. quid dicemus? *crederem idem quòd excuſetur à tali contributione ſubſidiorum Delphina. quia text. in l. medicos. C. de profeſſoribus & medicis. clarè loquitur ibi, unà cū uxorib⁹, & filiis &c. à quibus uerbis legis non eſt recedendum. l. j. §. ſi is, qui matrem. in uer. in re igitur dubia &c. ff. de exercitoria. præterea dominus Ludouicus Porterii legum doctor pater dicti Ioannis Porterii fuit aduocatus in dicta curia parlamenti. Et licet depoſuerit officium aduocationis dum fuit aſſumptus in præſidentem cameræ computorum Delphin. nihilominus retinuit dignitatem, qua antè pręfulgebat prætextu aduocationis. l. j. C. de aduocatiōe diuerſorum iudicum. & quibus dignitate & priuilegiis præfulgere debet dictus Ioannes Porterii eius filius, cum etiam talia trāſeant ad liberos. l. ij. C. eodem titu. [a] & ibi dicit Franciſcus Accurſius. in* ſummario dictæ legis, quòd filii nati, ante dignitatem[b] & poſt, ſortiuntur æquale priuilegium cum paren-

parentibus, præterea pro hoc bene facit l.diuus.ff.de quęſtionibus. ubi filii gaudent priuilegio & prærogatiuis parentibus conceſsis.quę l.diuus.etiam locum habet in conſiliariis noſtri temporis. ut ibi dicit Salycetus facit l.milites. C.eodem tit.Præterea dictus dominus Ludouicus temporib⁹ eius uitę & mortis:quia præſidens cameræ computorum Delphina.erat immunis à dicta contributione ſubſidiorum Delphinalium, & ſi ipſe reliquiſſet eius uxorem, ipſa ante in uiduitate ganiſa fuiſſet eadem prærogatiua, per ea quæ dixi ſupra, quæſtione ccclxxix. multomagis gaudere debet eius filius:ut in authentica,
c multomagis [c]. uulgata. ꝑtereà, pro hoc uidetur bene facere l. fina.C.de filiis officialium.libro xij. ubi habetur, quòd filii ſequuntur paternā conditionem. Præterea dictus Ioannes Porterii uiuit nobiliter ſe armando in guerris, dum per principem
d cum aliis huius patriæ mandatur & aliàs more nobilium huius patriæ. Præterea, etiam ipſe Ioannes Porterii tenet à domino noſtro Delphin. multa feuda nobilia. de quibus ipſe fecit homagium domino noſtro Delphino in perſonam domini eius cancellarii,ut conſtat ex productis per eum in proceſſu, nec ad hæc obſtant quæ ſuprà dixi quæ.ccclxxxvj. de habentibus aliqua particularia feuda, quod nihilominus debent contribuere: quia multa alia concurrunt in perſonam dicti Ioannis Porterii ſuprà declarata, quæ omnia ſimul iuncta coadiuuant,ut excuſetur à tali contributione: quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuāt.l.ſancimus. C. de teſtamentis. & l.necnon. §.ſi quis ſæpius.ff.ex quibus cauſis maiores. & habetur in capit. cum dilectus.extrà de ſucceſsio. ab inteſtato. maximè, quando plura tendunt ad eundem effectum:ut plenè per Bart.in l.j. §. fi.ff. de quæſtionibus.ubi plenè diſtinguit circa hoc brocardicum. & ita quòd dictus Io. Porterii ex cauſis prætactis non debeat contribuere in dictis ſubſidiis Delphina. fuit diffinitiue pronunciatum & declaratum, die ultima menſis Aprilis Milleſimo,cccclxj. per dominos de parlamento. & recepit ſententiam Ioannes Botuti ſecretarius Delphinalis. ¶ Qualiter probetur nobilitas[d],Barto.in l.prouidendum.C.de poſtulando.dicit quod per famam.

a ¶ L.ij.C.eo titu. *Azo.in ſum.C.de excu.mu.lib.x.in §.in ſumma illud. in uerſicu. perſonis. & quod legitur & notatur in lege emancipatum.ff. de ſena.*

b ¶ Nati ante dignitatem. *Quo ad hunc iuris articulum,uide legē,ſi ſenator.et quod ſcribit dominus Bar. C.de digni.lib.xij.*

c ¶ In auth.multomagis.C.*de epiſ. & cle.& uult argumentari per argumen·*

gumentum ſumptum à minori. de quo in c.ſi dominus.de cle.& mo.C. de negot geſt.l.j.ff. de ſena. l. qui indignus.

d ¶ Probetur nobilitas. *Vide domi. Barto.in l.j.in pen.col.in uerſicu. ex iſtis. & ibi traditur modus articulandi in probanda nobilitate.*

SVMMARIVM.

1 *Licentiati in legibus, an teneantur ad ſubſidia Delphinalia.*

QVAEST. CCCXC.

SED quid de licentiatis in legibus? Bal.mouet hanc quæſtionem, & arguit pro & con-
1 trà.* finaliter determinat idem quod in doctoribus. in l. ſocietas.§.fin.ff.pro ſocio.licet aliqui habeant dictam quæſtionem in eorum libris,& alii non. Et iſtud poſſet dici uerum in licentiatis in hac curia parlamenti aduocantibus, iuxta l. ſancimus. ibi, nulla ingeratur peræquatio &c. C. de aduo. diuerſorum iudic. & ſecundum Bal.licentiatus in rebus fauorabilibus,pro doctore habetur.in
a l.j.ff.ſolu.matr.in fine[a].licet cõtrarium uideatur.ar.l. cætera. §. ſi.ff.de lega. j. & ibi per aliquos doctores tangitur. Sed contrarium fuit deciſum in curia parla. M.cccclxj. & die ultima mẽſis Aprilis, dum fiebat reuiſio generalis focorũ præſentis patriæ Delp.Conſiderato,quòd licentiati non habent illam dignitatem,quam habent doc. de qua in cle.ij.de magiſtris.& per Barto.in l. j. C. de nouo codice componendo. item etiam quia lex, medicos. C. de profeſſo. & medicis. quæ loquitur de doctoribus, non facit mentionem de licentiatis, de quibus tamen loqui potuiſſet,ſi uoluiſſet. Pro quo facit quod in ſimili dicitur, ſi imperator uoluiſſet, bene dixiſſet.in l.una.§.ſi uerò.C.de cadu. toll. ſicut etiam dicimus de Papa, ſi uoluiſſet, bene expreſſiſſet. in c.ad audientiam. extrà de decimis. & ideò non uidetur d. l. medicos. fore ultrà caſum ſuum extendenda.argu.l. ſi uerò.ff.ſolu.matri.cum ſimili.

a ¶ In fin. *Voluit allegare domi. Bald. in pen.col.in uer.quod ſi filius non eſt doctor: ſed licentiatus. Et eſt ratio ſecundum eundem do.Bald.ibi: quia eſt in potentia, & actu propinquo, uidetur in actu.*

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, exercentes mercatum, adſtringuntur ad ſubſidia Delphinalia.*

QVAEST. CCCXCI.

QVID autem de nobilibus, qui exercent mercimonia
a & mercantias[a]? dico *quòd de-
1 bent contribuere in dictis ſubſidiis: quia ſicut clerici qui ſe immiſcet ſecularibus negociis, non gaudent priuilegiis clericorum conceſsis. ut in c.ſi. extrà de uita & hone.cle. ita nec tales nobiles gaudere debent priuilegio ſeu immunitate, quibus gaudent nobiles nobiliter uiuentes.de qua l.iij.§.j.ff.de mune.& ho. nam ſicut clericis non conuenit: imò quodammodo ui

uidetur prohibitum, ne ſecularibus negociis ſe immiſceant: ut in d.c.fi.& in cle.j.eo. titu. ita non conuenit: imò quodammodo prohibitum eſt nobilibus ne talibus negociationibus, nec de his ſe intromittant. l. nobiliores. C. de commerciis & mercatoribus. iuncta l. milites. C. locati. Si enim non obſtante charactere qui in clericis imprimitur, ut ponit gloſ. ſuper uerbo, tonſuram. in c.fi. de temporibus ordinandorum. lib. vj. a ipſi propter negociationes ſeculares priuetur priuilegio clericali, dum eas exercent: ita & nobiles. cùm in uno non ſit ma- b ior ratio, quàm in alio. ergo idem ius ſtatuendum. l. fi. ff. ad l. Fal. & l. fi. C. de conſtituta pecu.

b cum ſimili. & iſta eſt ueritas. [b] Si enim tales nobiles uellet à mercantiis deſiſtere, gauderent ſicut per antè priuilegiis nobilium. arg. dicti c. fi. de uita & hone. cler. ¶ Et hæc faciunt pro caſu Claudii Cocti, draperii, & mercatoris Gration. cuius Claudii pater, erat apothecarius, prout uidi: qui licet prætendat ſe nobilem, prout tamen non eſt, tenebitur contribuere in dictis ſubſidiis Delphinal. per ſupradicta. Et idem de aliis eiuſdem conditionis. Et ita fuit cōcluſum inter dominos meos de parlamento in camera conſilii, M. ccccclxj. & die ultima menſis Aprilis, dum fiebat reuiſio generalis focorum Delphina. Sed poſteà requæſtam commiſſariorum deputatorum pro remiſſione prædicta, ac etiam conſulum præſentis ciuitatis, fuit dictum, quòd ipſe Claudius Cocti, non cōtribuat in dictis ſubſidiis, donec aliter fuerit ordinatum: attento etiam quòd ipſe tunc exhibuit literas patentes à domino noſtro Delphi. eidem dudum conceſſas. tamen per aliqua, quæ ipſe produxerit in cauſa, non docuit ſe nobilem.

a ¶ Mercimonia & mercantias. *Vide iſtum conſi. ccxvij. inci. omiſſa facti narratione. uu. ij. uer. ad ſecundum & tertium.*

b ¶ Et iſta eſt ueritas. *Facit gloſ. j. in l. uniuerſos. ibi, aliàs deponit honorem. C. de decurio. libro decimo.*

SVMMARIVM.

Nobiles, laborantes ſuiſmet manibus in proprijs poſſeſſionibus, nobilitatis priuilegio non priuantur.

QVAEST. CCCXCII.

SED quid de nobilibus [a] laborantibus in eorū propriis a poſſeſsionibus, & qui eas colunt propriis* manibus, an per- 1 dant priuilegia nobilitatis, ut debeant contribuere in dictis ſubſidiis Delph. cum plebeiis? Credo quòd non. ſicut in ſimili uidemus de clerico, qui licet exerceat opera ruſticalia in ſuis propriis poſſeſsionibus [b], non b propterea perdit priuilegium clericale: ut dicit Specu. in tit. de clericis coniugatis. in §. j. in uerſicu. ueruntamen non prohibeo &c. & ita fuit etiam aliàs

con

concluſum in hac curia, ut ſcripſi s̄.in quæſt.xlj. ¶ An baſtardi nobilium debeant contribuere in ſubſidiis Delphi.uide j̄.quæſtio.cccccIxxx.

a ¶ Nobilibus. *Hoc tamen explorati iuris eſt, quòd nobilis eſſe non poteſt, qui exercet artes mechanicas. dom. Bal.in l.nobiliores.C. de cō. & mer. Aut qui uile exercet officium.no. gl. in c.qui contra eccleſia pacem.xxiiij. q.j.& l.ne quis.C.de dig.li.xij.*

b ¶ Propriis poſſeſsionibus. *Hic attende contra quorundam opin.& præcipuè ſacerdotum, qui dicunt non eſſe honeſtum, ut ſacerdos exerceat opus ruſticum, uel mechanicum proprio corpore: tales non aduertunt ad uitam & conuerſationem beati Pauli apoſtoli, qui laborabat proprijs manibus, funes componendo: ut inquit Lucas in actibus Apoſtolorum. clxx. ubi dicit ipſemet apoſtolus, Quæ mihi & his opus fuere, manus iſtæ miniſtrauerunt. & alibi dicit Lucas, Sedens, ſcilicet Paulus operabatur. erat enim artis xenofactoriæ, quæ eſt ars componendi funes. item hoc clarum eſt uidere in c.j. de celeb.miſſa. ubi dicit tex. exeat ad opus ruſticum, ſcilicet ſacerdos, poſtquam diuinum officium compleuerit. imò (quod plus eſt) ſacerdos poteſt emere corium & facere ſotulares. xiiij.q.iiij.c.canonum.in gl.*

SVMMARIVM.

1 *Secretarij ſupernumerarij curiæ parlamenti Delphinal. tenentur ad ſubſidia Delphina. Et quid ita. uide per diſcurſum nu. 1.2.4.5. & 6.*

QVAEST. CCCXCIII.

SED quid dicemus de ſecretariis ſupernumerariis curiæ parlamenti nouiter à ſex annis
1 citra per * dominum noſtrum Delp. affranchiatis à contributione ſubſidiorum Delp. an debeant contribuere, non obſtante eorum affranchiamento? & uidetur quòd ſic, cauſis & ratio-
2 nibus ſubſcriptis. * Primò, quia ſecundum ordinationes regias publicatas in ceſsiōe trium ſtatuum Viennæ, M.cccclvij: dictæ exceptiones & aliæ nouitates fuerint ſublatæ & reuocatæ. & concluſum ibidem, quòd nouiter affranchiati contribuant ut conſecretarii Delphin. Secun-
3 do, quia * talis exemptio fieri
a non potuit per principem [a] in præiudicium aliorum ciuium. ut tenet Henr. Bohic poſt Hoſt. in c.peruenit. extrà de immu. eccle. quē ſequitur Io. An. in c.non minus. e.ti. & Spe. in ti. de cenſi. §.j. uerſi. quid ſi uniuerſitas. &c. quia priuilegia exemptiua debent intelligi, ſine præiudicio aliorum. l.ij.§.ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico. Licet aliqui uoluerint dicere contrariū. ar. l. ab omnibus. ff. de lega. j. q̄ a uidere meo, d.l. malè ad hoc inducitur. nam ibi loqtur text. in diſpoſitiōe teſtatoris, qui poteſt inter hæredes ſuos, prout uult diſponere, unū coheredē exonerādo: iuxta l. ab eo. cū ſua materia. C. de fideicōmiſ. quòd nō ſic poteſt princeps, qui non poteſt ius tertii abſorbere: iuxta l. bene

bene à Zenone. C. de quadri.
præſcriptione. Et ſi dicatur, ꝙ nõ
cedit in præiudicium dictorum
ciuiũ: quia dicti affrãchiati tol-
lentur de numero focorum ſo-
lubilium. Ad hoc poteſt reſpõ-
deri, quòd ubi eſſet conſuetum
pro ſingulo foco certũ quid da-
re: puta quinq; florenos pro fo-
co, ꝑut alias in hac patria Delh.
uidi fieri, tunc reſecando focum
ſecretariorum priuilegiũ ipſo-
rum non redũdaret in præiudi-
cium aliorum ciuium. ſed quia
modernis tẽporibus nõ cõſue-
uerunt dona ſiue ſubſidia illo
modo concedi: ſed in uniuerſo
dãtur xxx. uel xl. millia floreno-
rũ, dictũ priuilegiũ ſecretario-
rũ redundat in præiudiciũ alio-
rum ciuiũ, & totius patriæ: quia
illa uniuerſalis ſumma inter oẽs
pæquatur. & ſic quãtò ſunt plu-
res foci, tãtò minus aſcẽdit por-
tio cuiuſlibet. & ſic nõ ualuit di-
cta exemptio dictorum ſecreta-
riorum, quia in præiudiciũ alio-
rum ciuium, per prædicta. & la-
tè ponit Ange. de Aret. in l. ſi ſe
non obtulit. §. actor. in iij. col. ff.
de re iud. ubi pleniſsimè tractat
4 hanc materiã.* Tertiò, quia pri-
uilegium non ualet, nec eſt ſer-
uandum, quando per ambitio-
nem petentium conceditur. ita
dicit Hẽ. Bohic ubi ſuprà, ibi, ſe-
cus per ambitionem &c. Quòd
ſic factum fuit in dicta exẽptio-
ne ſecretariorũ, ut eſt notoriũ,
& fatẽtur ipſi nouem centũ ſcu-
ta dediſſe, igitur &c. Quartò ꝑ
5 *importunitatem ipſorũ ſecre-
tariorũ fuerũt dictæ exemptio-
nes cõceſſæ, ut eſt notoriũ, quæ
importunitas æquiparatur me-
tui: ut not. Inn. in c. petitio. extrà
de iureiur. idẽ Bal. in ſuo reper-
torio ſup Inno. ideò talis impe-
tratio non debet ſortiri effectũ.
talis enim apparet de importu-
nitate dictorum ſecretariorum,
qui cauſantibus pecuniis dictas
exemptiões obtinuerũt. Quin-
6 tò, quia dictæ *literę exemptio-
nis non fueruut interinatæ uo-
catis conſulibus, & aliis quorum
intererat, & ſic contra ius & ſty-
lum præſentis curiæ parl. Igitur
&c. Et ita fuit cõcluſum & deter
minatũ per dominos de parla-
mento in pręſentia domini lo-
cumtenẽtis & dominorum cõ-
putorum cameræ Delp. de mẽſe
Aprilis, anno d. M. cccclxj. Rece
pit acta Io. Botuti, ſecretari⁹ Del.

a ¶ Per principem. *Not. tamen quòd princeps poteſt ex ſola uoluntate cõtra ius poſitiuum diſpenſare, ut no. d. Inn. in c. cum ad monaſteriũ. de ſtatu monach. ut in d. c. cum ex literis, de in inte. reſti. Et eſt ſciẽdum, quòd quãdo princeps actum gerit ex certa ſciẽtia, ꝑinde eſt ac ſi diceret ſe uelle facere de plenitudine poteſtatis: ſi illa opus eſt in actu, quę gerit, in glo. c. ad hæc. de reſcrip. & not. per d. Abb. in c. cum inter. in prin. de exce.*

SVMMARIVM.

1 *Medici nõ tenẽtur ad ſubſidia* Delp.

2 *Medicus qui promiſit aliquem curare à podagra, ſi ipſum curet, & poſtmodum ille in eũdem morbum reincidat*

cidat, an medicus ſit liberatus à promiſsione.

3 *Medicus qualiter petet ſalarium à curato.*

QVAEST. CCCXCIIII.

a 1 DE medicis [a] doctoribus, etiam non eſt * dubium, quòd non debent in dictis ſubſidiis Delphi. contribuere, ſicut nec doc. legum. per d. l. medicos. C. de profeſſoribus & medicis. & ita etiam ſemper uidi ſeruari in hac curia parlamenti Gratio. & ita fuit dudũ tẽporibus meis iudicatum in parlamento Pariſius pro magiſtro Stephano Gicle, doct. in medicina, & tunc cine Lugdu. ſed aduerte, qa ſi medicus doctor exerceat mercantias publice, ſicut facit magiſter Paulus de Violardis: qui tenet apothecam apothecariæ, tenetur contribuere in dictis ſubſidiis, iuxta ea, quæ ſ. dixi. quæſtio. cccxcj. ſed magiſter Bartholomeus doc. in medicina. qui practicat & non exercet mercãtias, debet eſſe immunis à contributiõe dictorum. Ita fuit determinatum in camera cõſilii, M. cccclxj. die ultima Aprilis. ſed dũ & quando ipſe magiſter Paulus uoluit relinquere dictas mercãtias, remanebit immunis à dicta contributione ſubſidiorum. Sed quia hic loquor de medicis,

2 * Quæro, medicus promiſit quẽ curare à podagra, & fecit curã, ſed curatus ex interuallo reincidit in illam infirmitatem, utrũ ipſe ſit liberatus à tali promiſſione? dic ut not. per glo. & Bar. in l. maritus. ff. locati. Stãdum eſt relationi medicorum, circa eorum relationem, coram iudice: aliàs nõ ualet, probatur in l. ſemel. C. de re mili. libr. xij. Et aduertendũ, quòd ubi poſſunt haberi plures medici, nõ debet ſtari iudicio unius: ut dicit Bart. in l. ſi in rixa. §. fin. ff. de ſica. & Ange. de Aret. in trac. ſuo de maleficiis. ſuper uerbo, una alia perſecutione.

3 ¶ Qualiter * medicus debet petere ſuum ſalarium? & de forma libelli uide Cy. in authen. dos data. C. de donat. ante nuptias &c.

a ¶ De medicis. *Adhoc enim ut medici gaudere poßint immuni. multa exigũtur. primò, quòd ſint doc. l. redsdatur. C. de pfeſ. & medi. li. x. Secũdò, q̃ ſint de archiatris l. principibus medicorum. uel quòd ſint recepti in ciuitate à decurionibus, ſiue conſiliariis, put olim intra ſtatutũ numerum medicorum eos deligi oportere, à retro principibus decretũ extat. ut C. eo. tit. l. cum te medicũ. & d. Azo in ſum. illius ti. in §. item illud notandũ eſt. Tertio, quòd ipſis ſpecialiter immunitas cõcedatur, ut l. nec intra numerum. ti. alleg. de profeſ. & ibi glo. do. Bar. medicina enim traditur eße ſcientia artis mechanica: ut per magiſtrum Hugonem in Didaſcoli. cõſ. ij. ubi tractat de diſcretione artium. c. de diuiſione mechanicæ in vij. ſcientias. medici autem non ſunt maioris authoritatis ſeu ualoris q̃ obſtetrices. ut l. ſi duobus. reſpõſo j. ibi, medicos aũt & obſtetrices. C. cõmu. de le-*

leg.& in c.non ſunt.in glo.in uerbo, nec medico.xiiij.q.v.& Spec.in tit. de ſalarijs.in §.poſtremo.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi aſtringuntur ad ſubſidia Delphin. Et quid ita.num.1.& 3.*

QVAEST. CCCXCV.

1 DE Iudæis in hac patria Delphi.* quid dicemus? an debeant contribuere in ſubſidiis Delph. uidetur quòd nõ, cùm talia imponãtur perſonis, pro rebus.in l.ij. C. de annonis & tributis.libro x. ſed ipſi Iudæi, ut eſt notoriũ, nulla bona immobilia habent in hac patria Delphi. nec alibi habere conſueuerũt, igitur

a &c. Contrariũ tamẽ credo.[a] Pri-

2 mo, quia * ex priuilegio per dominum noſtrũ Delphi. eis à decẽ annis citra cõceſſo, ipſi poſſunt ſibi acquirere res immobiles, & (ut fertur) aliqui ex ipſis iam

3 aliqua acquiſierũt. Secũdo* quia & ſi nulla bona immobilia haberent, ipſi tamẽ notoriè habẽt bona mobilia, puta mercantias, aurum, & argentum, quæ publicè tradunt ad uſuras, & quo ad bona mobilia etiam inter Chriſtianos debet in talibus reſpectus haberi, ſicut ad immobilia, & pro modo bonorũ immobiliũ debẽt collectari & peræquari: ut ponit Bart. in l.j.C.de mulieribus, & in quo loco. in ſua repetitione, & alibi dicit Barr. ꝙ ſicut nõ cadit præſumptio fugæ in poſſeſſore bonorũ immobiliũ: ſic nec etiã in poſſeſſore bonorũ mobiliũ: maximè quæ de facili occultari uel amoueri non poſſunt, ut in l. ſciẽdũ. circa prin.ff. qui ſatiſ.cog.

a ¶ Contrariũ tamẽ credo. *Et hoc uerius, quia Princeps poteſt Iudæis auferre bona, cum non habeant ea, niſi ut peculium.do.Old.conſi.lxxxvij.in uer.& ob iſtam rationem.*

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in Delphinatu; ibíque habentes immobilia, an & quatenus teneantur ad ſubſidia.*

2 *Collecta an debeat ſolui ꝑ re dotali.*

3 *Mulier an contribuat quid; & ubi, pro bonis parapheruali.b;*

QVAEST. CCCXCVI.

1 QVID de habẽtibus in hac patria Delph.* quæ habent eorũ bona immobilia, in diuerſis territoriis, & mandamentis?

a credo quòd non [a] debent contribuere, in d.ſubſid. in diuerſis locis, ſed ſolum in loco domici-

b lii.[b] ita dicit & tenet Barto. in l.j. C.de mul. & in quo loco. in ſua repetitiõe, in quæſtione, quæ incipit, ſed cui poſsit imponi hæc collecta, &c. ¶ Debebit tamen in peræquatione fienda haberi reſpectus ad bona, quæ alibi poſsident, ſecundum doctores, ut refert do. Iaco. Rebuff. in l.j. C.de mune. patri.lib.x. & ita ſeruatur

2 in hac patria. ¶* Sed quid de re dotali? Dic, quòd maritus ſoluet collectam pro re dotali, in loco ſui domicilii, cùm percipiat fructus rei dotalis. ita tenent glo.&

3 Bar.in d.l.j.C.de muli. & in quo loco. ¶* Sed quid de rebus paraphernalibus, an mulier cõtribuat pro ipſis bonis in loco, ubi

I ſunt,

ſunt, uel ubi maritus fouet domicilium? Dic, quòd ubi maritus cum uxore fouet domicilium, & non ubi ſunt bona: quia uxor ſequitur domiciliũ uiri. ita fuit conſultũ in camera cõſilii per dominos meos, M.ccclx. & die xxiiij. menſis Maii, in manibus Cabaudi in cauſa uxoris Ponſoni Bouerii, & conſultũ Aleſsiani, pro quo facit d.l. in prin. de mu. & in quo loco. cum talia ſubſidia nõ ſint merè patrimonialia: quia imponũtur principaliter perſonis, licet pro modo facultatum. facit etiam pro deciſione huius quæſtionis l.fi. §. item reſcripſerunt mulierem. ff. ad municipales.

a ¶ Quòd non. Hoc *uerũ, ſi tributũ ſolueretur de illis in loco, ubi res ſitæ ſunt, per l. priuatæ, C. de excu. munerum. lib. x. Sed ſi alibi de ipſis rebus non ſolueretur tributum, & collecta imponitur ab eo qui habet iuriſdictionem utrobique, debet ſolui, quis habet ibi. Si uerò imponitur collecta ab eo, qui non habet iuriſdictionem utrobiq; & tunc pro rebus ſitis extra territorium illius nõ debet ſolui. arg. l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. & de bo. authorita. iud. poſſ. l. cum bonis. §. fi.*

b ¶ In loco domicilii. *Vide* Bart. *in forma. §. j. ibi, de conſt. Item collecta per uillas & caſtra ſolui debet in ciuitate, cui ſubſunt: gl. in auth. quib. mo. natur. effi. ſui. §. ſi igitur ex quolibet. uer. perſoluat. facit l. qui ex uico. ff. ad muni. & l. inſulæ. ff. de iud. Collecta formæ ſi poteſt imponi in loco, in quo poſſidet, ſecundũ Spe. de ceſſi. §. nũc dicẽdũ uerſ. pone.* Reginus, *ubi etiã dicit, quẽ non teneri ad onera perſonalia. & iſtud etiam tenet do.* Bart. *in l. j. C. de auro coro. lib. x.*

SVMMARIVM.

1 *Incolæ circumuicinarum patriarum Delphinatui, an & quatenus adſtringantur ad ſubſidia, pro immobilibus in Delphinatu ſitis.*

QVAEST. CCCXCVII.

SED quid de forenſibus incolis patriarum regni Franciæ, Sabaudiæ, & prouinciæ quæ
1 nobis* conuicinantur, quæ habẽt in hac patria Delph. hæreditates & bona immobilia, an debeant ipſi talliari & peræquari in dictis ſubſidiis Delphi. pro modo bonorum, quæ habẽt in hac patria Delphin. Circa hoc ſemper uidi obſeruari de conſuetudine, [a] quia in dictis patriis circumuicinis compellũtur homines Delphin. contribuere cum eiſdẽ pro rebus, quas ipſi in dictis patriis circumuicinis habent, & poſsident: & ſimiliter etiam conſueuerunt ipſi forenſes [b] compelli ad contribuendum in hac patria Delph. pro rebus, quas citra habent, licet citra non foueant domicilium: ut uidemus in illis de Turnone in regno, qui contribuunt cum hominibus Tineti in Delphinatu, & econtra & illi de ſancto Simphoriano Auzonis in ciuitate Lugduni, & econtra & illi de Taraſcone, & de Siſtarico in prouincia prouinciæ contribuunt cum hominibus Delphin. pro bonis quæ citra habent, & econtra. & quæ conſuetudo attendi

tendi debet circa hæc, maximè in collectis inductis, pro facto principis: ut in caſu noſtro. pro quo facit l.j.C.de auro coro.lib. x.& hanc partem tenet do.Iaco. de Bello uiſu in quadam quæſtione per eũ diſputata, quæ incipit, Tertiò quæritur, an ciuitas Tudertina in Italia, cõſtituta in Peruſio, poſsit collectas imponere pro poſſeſsiõibus, quas habet in territorio Tudertino, &c.

2 ¶De conſuetudine. *Quæ in hoc inſpicienda eſt.l.ſemper.§.legem. & ibi gloß.in uerb.legem.ff.de iur.immu.& in l.j.in gloß.in uerſi.ſeptuagenario.C.qui mor.ſe excu lib.x.*

b ¶Forenſes. *Vide in apoſtilla, in q. ſuprà proximè præcedenti poſita, in uerſi.in domicilij.& adde hic.*

SVMMARIVM.

1 *Conſules Ciuitatis Grationopolitanæ, immunes ſunt à ſubſidijs. Et quid ita, numero 1.*

QVAEST. CCCXCVIII.

1 AN autẽ* conſules huius ciuitatis Grationop. & aliarum uniuerſitatum præſentis patriæ Delpin. debeant dictis talliis ſeu ſubſidiis Delphin. contribuere, cum cæteris plebeiis, ſi conſules plebeii exiſtant? glo.in

a l.ſi quis.§.honorem.ᵃ ff. de mune.& hono.dicit, quòd ſic. Bart.

b tamen ibidem tenet contrariũ:ᵇ

2 quæ opin.Bar.communiter* obſeruatur, propter quàmplurimos labores, quos dietim pro uniuerſitatibus ſuſtinent ipſi conſules.

a ¶§.honorem. *Aliàs eſt lex.*

b ¶Tenet contrariũ. *Aduerte quia do.Bart.in prædicta l.honorẽ.ſentit oppoſitũ.glo.tamẽ aliter tenet ibidẽ, dicens, quòd conſules nõ tenẽtur ſoluere collectã.& ſic ſeruatur opi.glo.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratores, quamuis nobiles, tenentur ad ſubſidia Delphinalia.*

QVAEST. CCCXCIX.

1 AN autẽ procuratores prædicatẽs* in dicta curia parlamenti Delphin.qui ſunt de nobili genere procreati, prout duo de præſenti in dicta curia exiſtunt, uidelicet Bertrãdus de Ziſerino, & Valentinus baccalarii, debeant cõtribuere in dictis talliis ſeu ſubſidiis Delp. Fuit aliàs

a determinatũ, quòd ſic,ᵃ in præſentia domini cancellarii Delphin.ut ſcripſi ſ.q.lxxix.

a ¶Quòd ſic. *Officium procura.eſt igitur ignobile.& ideo nõ poteſt eſſe de prioribus populi.do.Bar.in l.uniuerſis. & in l.ſi quis.ij.C.de decur.lib.x.procuratio autem, eſt res infamiſſima, & ſeruilis obſecundatio. Not.in l.ſi quis procurationem.C.de decu.lib.x.idcirco licet de nobili genere ſit ortus procurator, põt & debet ueluti quilibet plebeius talliari.*

SVMMARIVM.

1 *Cæci an ſubijciantur ſubſidijs Delphinalib.diſting.num.1.*

QVAEST. CCCC.

1 AN cæcus debeat cõtribuere in dictis ſubſidiis Delphinalib.* Videtur quòd nõ, per text.in capit.licet.extrà, de cenſi.

a ſed aliter ſeruaturᵃ in hac patria

2 Delphin.quia ſi cæcus ſit* diues, talliatur & contribuit in dictis

ſubſidiis Delphin. ſi ſit pauper,
b nõ[b] talliatur, & ponitur ſeu enu
meratur in rotulis inter miſera-
biles perſonas. ita ſemper uidi
ſeruari in hac curia parlamenti.
a ¶ Aliter ſeruatur. *Pro hoc facit, quod ſtatuitur in ſurdo & muto, qui à muneribus non excuſantur. ut l. honores. §. j. ff. de decur. hoc eſt uerum, quo ad onera patrimonialia. à perſonalibus muneribus orbatus utroq; oculo, excuſatur: ut in l. j. & ibi do. Bal. C. qui mor. ſe excu. lib. x. non autem à patrimonialibus.*
b ¶ Pauper non. *Vt in l. cum facultates. & l. fi. in fi. C. de his, qui numero libe. uel pauper. excuſa. meruerũt. lib. x. & ff. de uaca. mune. l. ſextumdecimũ. §. corporis debilit. is ibi, patrimonio ſufficientis.*

SVMMARIVM.

1 *Habentes duodecim liberos, an immunes ſint à ſubſidijs Delphin.*

QVAEST CCCCI.

SED quid de homine habente duodecim liberos, an excuſetur à contribuendo in dictis ſubſidiis Delphin.* & uidetur quòd non, per text. in l. neq;. C. de mune. patrimo. libro x. ubi inquit text. neque tempore, neq; ætate, neque numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum ſunt, excuſationem quis habere poteſt. Sed hoc uerum, niſi haberet duodecim liberos: quia
a tunc à talibus excuſaretur,[a] ut C. de decurio. l. ſi quis decurio. & ff. de iur. immu. l. ſuper. §. demonſtratur. & ibi per doctores. Et hoc facit pro Hugone marchi. ciue Grationop. qui de præſenti habet xij. liberos, &c. Sed cõſuetudo temporibus moder. ſeruat contrariũ, quia peræquantur in ſubſidiis Delphi. habitãtes in hac patria Delph. non habito reſpectu ad numerũ liberorum.
a ¶ A talibus excuſaretur. *Iſtud uidetur ſentire glo. j. §. demonſtratur. hic allegato. poſita in uer. ſexdecim. & hoc ſequitur ibi do. Barto. & in hanc opi. uergere uidetur do. Io. An. in regu. decet conceſſum in j. colũ. in Mercur. lib. vj. dam ibi poſt diſtinctionẽ, quam facit gloſ. j. in l. j. C. de his, qui numero libe. ſubdit. ſed uide, quod ibi not. remittendo ad nota. in præ. §. demonſtratur. uerum tamẽ d. Azo. dicit quòd nemo à patrimonialibus num. liberorũ uacat, niſi fortè xvj. pueros filio, quis habuerit, quorũ educationi eum uacare oporteat, & maximè ſi pauper fuerit, ut in ſumma. C. de his, qui nu. libe. lib. x. circa prin. in uer. item à muneribus.*

SVMMARIVM.

1 *Monetarij, an quid conferant ſubſidijs Delphin. uide & nu. 5. 6.*
2 *Filij monetariorũ, an gaudeant priuilegijs patrum. uide & nu. 7.*
3 *Conſuetudinis eadem eſt uis, qua priuilegij.*
4 *Mercatores ſe immiſcentes quandoq; monetariorum collegio, an debeat gaudere beneficio immunitatis.*

QVAEST. CCCCII.

SED quid de monetariis? An
1 priuilegia* conceſſa monetariis & operariis monetarum, tranſeant ad eorum liberos? Credo quòd non, per l. j. & l. ſemper. §. imm

§.immunitati.& l. in honoribus. §.uacationũ.ff.de uaca. & excu. a munerũ.[a] Ex quo ſequitur,quòd 2 *ſi quis monetarius moriatur relicto uno uel pluribus liberis, ꝙ ipſi non gaudeăt priuilegio,quo eorum pater gaudebat, ut monetarius. Attamẽ aduertendum, quia licet tales liberi non gaudeant de iure priuilegii monetariorum,per ſuprà alleg.tamen de conſuetudine diutius obſeruata in hac patria,& alibi tam in regno,quàm in imperio,ubi monetæ cudũtur liberi ipſorũ ipſo iure abſque noua creatione per principem fienda,dicuntur monetarii,& gaudẽt priuilegiis monetariorũ,ſi actu & habitu exerceant officium.Si autem tales liberi monetariorũ eſſent pupilli, durante tali ætate, non gauderent talibus priuilegiis: quia nõ poſſunt exercere actu tale officium,quod tamen in hoc requiritur:iuxta l. ſemper.§. negotia- b tores.[b]ibi, actu,&c.ſ.alleg.Neq; eiſdem liberis pupillis ſuffragatur, ſi per eorũ præpoſitos collegio monetariorũ aggregentur, cum actu non operẽtur,nec poſſent operari: ut d.§. negotiatores.imò talis aggregatio de eiſdem pupillis facta,potius cenſetur facta cauſa euitandi munera & tallias,quibus ſubiiciũtur populares plebeii, quàm alia de cauſa.ideò eiſdẽ non debet ſuffragari. ut dict.l.ſemper.§.diuus quoque. & tenet gl.in d.§.negotiatores.¶ Sed quid dicemus de ſubſidiis Delphi.quæ ſub nomine doni conceduntur in ceſsione trium ſtatuũ præſentis patriæ Delph.an tales monetarii actu & habitu debeant eſſe exempti ad contribuendũ in eiſdem uigore priuilegiorũ monetariis cõceſſorum? Crederem quòd ſic:quia licet in eorũ priuilegiis non fiat mẽtio de donis gratioſis,ſed ſolum generaliter de talliis & aliis tributis:tamẽ ipſi ſunt & fuerunt in longiſsima poſſeſsione, uſu, & conſuetudine nõ contribuendi, in dictis donis gratioſis, in regno,imperio,& Delphi.ut eſt notoriũ.ideò prætextu talis conſuetudinis debent eſſe tales monetarii actu & habitu à dictis 3 ſubſidiis exempti.quia*ſicut priuilegium principis eſt potens à talibus quem eximẽdi:ſic & conſuetudo.nam quod poteſt priuilegiũ,ſic poteſt & cõſuetudo,in c.ſuper quibuſdã. in §.præterea. extrà,de uerb.ſignifi.& in l.non ſolent. & l.j.in fi.C.noua uectig. imponi nõ poſſe.& l.j.in fi.cum l.ſeq.ff.de aqua plu.arcen. Præterea,etiã quia ſicut conſuetudo eſt potens ad inducendũ quem facere teneri cõtribuere in collecta principis:ut l.una.C.de auro corona.lib.x.ſic etiã conſuetudo cõtraria non cõtribuendi debet eſſe potens ad inducendã liberationẽ à cõtribuendo in talibus ſubſidiis.arg.in l.Arrianus. ff.de act.& obli.cum multis ſimilibus.Et ex tali cõſuetudine poſſunt ipſa priuilegia monetariis

conceſſa interpretari, quòd princeps, qui ipſa conceſsit, uoluerit etiam ab omnibus talibus ſubſidiis gratioſè per modum doni conceſsis, ipſos fore exemptos, cum ſit legitima dubiorũ interpres: iuxta l. ſi de interpretatione. ff. de leg. facit c. cum dilectus. & cap. j. extrà, de conſuetudine.

4 * Vlterius circa præmiſſa quæro, aliqui mercatores draperii notarii & incolæ de Romanis, Criminaci, Mõtilli, Burgũdiæ, Quiriaci, & certorũ aliorũ locorum præſentis patriæ Delphi. ſe fecerunt cõgregari collegio monetariorũ, non tamẽ continuè actu exercent officiũ: licet quandoq; ſit, & quandoque non, etiã tẽpore quo monetæ cudũtur: ſed interdum circa eorũ mercantias & alias ſuas artes, an tales debeãt excuſari à cõtributione dictorũ ſubſidiorum? credo quòd non. quia præſumi debent ſe eo caſu feciſſe aggregari collegio monetariorum, cauſa euitandi talia munera, ad quæ alii plebeii tenentur: ideò non debet eis talis aggregatio ſuffragari: per dictũ a §. diuus quoque. & in fraudẽ dictorũ ſubſidiorũ cenſetur fuiſſe facta talis aggregatio, quæ fraus propterea non debet eiſdem patrocinari. l. j. in princ. ff. de dolo. & ad hoc bene facit diſtinctio, quam ponit Cy. in l. j. C. de epiſ. & cleri. ¶ Ex quibus omnibus in-

5 fero, tres concluſiones. * Prima cõcluſio, quòd monetarii actu & habitu qui continuãt opera monetariorũ, dum monetæ cudun- tur in patria, gaudere debẽt priuilegiis monetariorum & eſſe debent exempti à contributione in dictis ſubſidiis. * Secunda 6 concluſio, quòd mercatores & alii non operantes continuè in dictis monetis, dum ipſæ cuduntur, non debent gaudere dicta immunitate. * Tertia concluſio, 7 quòd pupilli & adulti liberi monetariorum & operariorum, qui nõ poſſunt operari defectu ætatis, non debẽt gaudere dicta immunitate non contribuendi in dictis ſubſidiis: neque aliis priuilegiis monetariis conceſsis: etiam ſi collegio monetariorum forent aggregati.

a ¶ ff. de uaca. & excu. mune. *Voluit alleg. tit. de iu. immuni.*

b ¶ §. negotiatores. *Adde §. licet. & in corpore.*

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri particulares monetarum, tenentur ad ſubſidia Delphin.*

QVAEST. CCCCIII.

QVID autem de magiſtris particularibus dictarũ monetarum? a recordor quòd * circa 1 xx. anni ſunt elapſi, ui di litẽ motam in dicta curia parlamẽti inter conſules de Romanis agentes contra Antonium & Petrum Foreſii, aliàs Coppo, tunc magiſtros particulares dictæ monetæ de Romanis: à quibus magiſtris particularibus dictis, conſules petebant ꝙ contribuerent in dictis ſubſidiis cum plebeiis dicti loci, dictis magiſtris particul

ticularibus dicentibus ſe fore exemptos, uigore dictorũ priuilegiorũ monetariis conceſſorũ, attamen dicta curia parlamenti ordinauit dictos magiſtros particulares debere cõtribuere in dictis ſubſidiis. Et aduertendum, ꝙ in dictis ſubſidiis cõtribuunt etiam illi, qui non conſenſerunt confeſsioni talis doni ſeu talliæ. & uide ſ̃. q. ccccxxiiij.

a ¶ Monetarum. *De materia monetarũ, ac monetariorũ, uide C. de murile. li. xj. in l. j. et in l. edicimus. et per totũ ti. de uete. numi. poteſta. eo. lib.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum groſſatum per notarium, de prothocollis alienis, an & quatenus fidem faciat.*

2 *Inſtrumenta de antiquo groſſata, quanto tempore dicantur.*

QVAEST. CCCCIIII.

LICET de iure inſtrumentum groſſatum per notariũ
1 de prothocollis* alienis, nõ pro
a bet niſi cõſtet de commiſsione[a]
iudicis ſibi facta de talibus prothocollis groſſandis: iuxta c. cũ
b P. tabellio[b]. extrà de fid. inſtru. etiã ſi talis notarius aſſerat ſe habere talem commiſsionem, iuxta c. quoniã contra falſam. extrà de proba. & facit auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. tamẽ de ſtylo dictæ curiæ parlamenti ualet, & facit fidẽ tale inſtrumentũ, niſi in diſcurſu proceſſus pars opponat de defectu talis cõmiſsionis. Nec ſufficit, ꝙ pars illud opponat in iuris allegationibus, extrà proceſſum, ad partem traditis. & ita uidi iudicari, M. cccclx. de menſe Februarii. in proceſſu diffinito inter Gaudiſardi appellãtes de quadratio. Ad idem etiã probat inſtrumentũ groſſatũ ex cõmiſsione, etiã ſi nõ conſtet de cõmiſsione notarii, qui groſſauit, ſi tale inſtrumẽtũ de antiquo tẽpore ſit groſſatum, per ea, quæ ponit Inn. in c. Alberi. extrà de teſti. quod uidetur probari. in c. cũ cauſam. extrà de prob. & in c. ad audientiã. extrà de præſcrip. quia ubi ſunt probationes difficiles, propter lõginquitatem temporis, ſufficit præſumpta probatio, iuxta ea quæ ponit Bal. in authen. quas actiones. C. de epiſco. & clerici. & ita etiam ſeruat ſtylus præſentis patriæ Delphin., in iudicando.

2 * Sed quanto tẽpore dicãtur inſtrumenta de antiquo tempore groſſata? Hoſt. dicit ꝙ poſt biennium. in c. in præſentia. extrà de renuncia. & ponit Bal. in c. j. de milite uaſallo, qui fuit cõtumax. quẽ ſequitur Io. An. in c. clerici. extrà de uita & hone. cle. ſuper uerbo, breuiori. & cæteros alios caſus, in quibus requiritur, ꝙ interueniat oppoſitio partis, etiã de his, qui ſunt iuris: uide quæ dixi ſ̃. q. ccxxj. ¶ Et de materia cõmiſsionis circa groſſationem inſtrumẽtorum receptorum per notarios mortuos, uide plenè quæ dixi ſ̃. q. ij. ¶ De materia prothocollorum: uide quæ dixi ſ̃. q. xix.

a ¶ De commiſsione. *Quando antẽ hares eſt notarius, tunc cenſetur ſibi facta*

facta cõmiſſio à lege,ut ipſe ſubſcribat:uoluit Bartol. in lege ſi quis. §. cogetur. in uerſiculo ultimo ſcias. ff. de eden. Sed dominus Pau. de Caſtr. in praallegat. §. cogentur. notando ſentit contrarium,quem ibi ſequitur dominus Alex.in ij.colum. in uerſic. item not.ſecundum Bartolum.

b ¶ Cap.cum P. tabel. *Vbi uide dominum Fer.tranctantẽ iſtam materiam per quindecim quaſtiones ualde utiles, & pulchras.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit condemnare partem in fructibus,intereſſe, & expenſis,ſi à parte non petantur.& nu.3.*

2 *Iudex ſi omiſerit condemnare in fructibus,petitis a parte, an poterũt illi denuo peti.*

QVAEST. CCCCV.

SEMPRONIVS cõtra Titiũ obtulit libellũ in rei uẽdi. petendo dictũ Semproniũ condemnari ad reſtituendũ fundũ, tacito de fructibus fundi perceptis,lite penden. An * iudex poſ-
1 ſit[a] ex ſuo officio reum condem-
a nare in fructibus ſaltẽ perceptis à tẽpore litis motæ?Inn. in c.grauis.extrà de reſtit.ſpo.dicit quòd non.quẽ ibi ſequitur Hoſt.in lectura,pro quibus facit ultrà, per eos allegata l.ex diuerſo.in prin. ff.de rei uen. Sed do.Ant.de bu. doc.nouiſsimus,tenet oppoſitũ, quòd imò iudex poteſt condemnare in fructibus ex officio ſuo, etiam ſi actor non petierit:& allegat l.ædiles.§.itẽ ſciendum. ff. de ædil.edict. Item etiam dicerẽ in uſuris l.uſurarũs. ff. de uſu. & ſecundum hanc opi.domini Ande but.[b] tanquam magis æquam b & rationi cõſonam,fuit determinatum per dominos meos parlamenti in camera conſilii,die ult. menſis Martii,ann domini, M. ccccl x. in cauſa tunc diffinitiua inter Gulielmũ uilareti ſupplicãtem,& Michaelem olerii de napinco,ſupplicatũ,in manibus Io. cabodi ſecretarii Delphi. cũ etiã in dicto libello peteretur debita
1 iuſtitia miniſtrari. ¶ * Sed quid[c] c ſi tales fructus fuerint petiti,[d] & d ſi iudex omittat condẽnare,[e] an e poterit poſteà peti? Dic q̃ non: ut dicit do.Anto. de but. ubi ſuprà,idem intereſſe.Et de hac materia fructuũ,& de aliis quęſtionibus uide Io.Ferra.in tit.formæ libelli, qua agitur actione reali, in glo.ſuper uerbo,ſimili cũ fructibus &c.¶ Aduertendũ tamen, quòd iudex poteſt ſuper expenſis,& intereſſe proferre ſententiam incertam condemnãdo in fructibus & expenſis taxatione ſibi reſeruata:ut dicit idem de Butrio ubi s. ita etiã dicunt legiſtæ in l. j. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt profe.& ita ſeruat ſtylus dictæ curiæ parlamenti.
3 ¶ *Sed quid de expenſis?Bart.in l.properandum. §. ſin autem. C. de iud. dicit quòd non debent per iudicem adiudicari, niſi petantur.& idem Bart.in l.iij.§.hoc autẽ iudicium.ff. de dam. infect. Sed de ſtylo & communi obſeruantia dictæ curiæ parlamenti adiudicantur, ſi æquum uideatur

tur curię, ſiue petantur, ſiue non: qui ſtylus probatur authoritate glo. in l. fi. C. quando prouoc. nõ eſt neceſſe. quam glo. approbat Ioan. de Imo. ut ſcripſi ſ. quæſtio. ccxxj. maximè, quando pars petit ſibi debitam iuſtitiam miniſtrari.

a ¶Iudex poſsit. *Quoniam etiã debet, ut colligitur in Specula. in tit. de diſpu. & alleg. §. ſatis clarè. uerſi. ſed nunquid de fructibus. & ſe. iuncto uerſi. Sed nunquid iudex. Et iſtud intellige de fructibus lite conteſta. perceptis.*

b ¶Domi. Antoni. de But. *Vide de hoc d. Abb. in d. c. grauis. in pen. col. uerſi. ſed circa hoc: de reſtitut. ſpolia.*

c ¶Sed quid. *Vide per do. Abb. ubi ſuprà in proxima apoſtil.*

d ¶Fuerunt petiti. *Eſt autem notandum, quòd fructus antè litem cõteſt. percepti, ſi nõ fuerint petiti ante, poſt ſententiam peti poſſunt. l. ex diuerſo. in glo. errore. ff. de rei uendicatio. Sed ſecus eſt, ut ibi habetur, de fructibus poſt lit. conteſta. perceptis.*

e ¶ Condemnare. *Si iudex omittit condemnare in fructibus petitis, tenetur de ſuo refundere, & ſecundum dominũ Ioannem And. in additione Spec. titu. de diſputatio. & allega. in §. ſatis clarè. fructus antẽ poſt litem conteſtatam percepti, poſſunt peti, quandocunque poſt ſententiam: iuxta notata per gloſſã, errore. in lege, & ex diuerſo. digeſtis de rei uẽdi.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio debitoris an currat contra debitorem, intermiſſione unius penſionis annua. & nume. 1.*

QVAEST. CCCCVI.

PONE quòd debes mihi x. annua: ſoluiſti per tres annos, & in quarto anno deſinis ſoluere.* nunquid currit tunc præſcriptio pro illis præſtationibus, quas debeo facere in futurũ in ſequentibus annis? Circa hanc quæſtionẽ eſt magna contentio inter Bulgarũ & Martinũ, in l. cũ notiſsimi. in §. fi. C. de pręſcript. xxx. uel xl. anno. ubi Mar. dicit quod non: imò in quolibet anno incipit ſua pręſcriptio. ſed Bulg. dicit contrarium, & reprobat opinionem Mar. per l. eos. in princ. C. de uſu. Io. uerò & Azo diſtinguunt, quos ſequitur gloſ. inter annuum debitum, & ultimam uoluntatem, & annuum debitũ ex contractu inter uiuos, & ſic ſedeant Marti. & Bulg. ut habetur in gloſ. d. l. cum notiſsimi. in §. fin. Sed docto. Moderni non approbant dictam diſtinctionẽ: imò indiſtinctè dicũt, & ſequuntur opinio. Mar. & approbant eius opi. Primò, ex decreto. §. fi. ubi parificat annuum debitum tam ex ultima uoluntate, quàm ex contractibus. Præterea, non poteſt negari, quòd in contractibus pro ſequentibus annis non fit obligatio, ſaltem in diem. ut ff. de oper. liber. l. qui bona. & l. Stichum. §. ſtipulatio. ff. de uerbo. obliga. & C. quando dies legati cedat. l. j. & in d. l. cùm notiſſimi. §. illud. & C. de anna. excep. l. j. in fin. ergo, &c. ¶Nec obſt. d. l. eos. quia ibi loquimur. in ac-

 ceſſor

a ¶Nouam opin. *Quæ uult quòd annuæ præſtationi, & annuæ obligationi curriculis xxx. anno. ſit præſcriptum. & ſic, ſecundum eum, non poteſt actor petere reum cõdemnari ad præſtationẽ annuã pro futuro tẽpore: ſed ad præſtationem cuiuslibet anni medij, infrà dictos xxx. annos. hæc quo ad annuã ſtipulationẽ. Quo uerò ad annua legata, tenet ipſe do. Salycet. do. Martinũ per omnia uerum dixiſſe, ut m§. ſi. hìc alleg. in iij. col. in uer. ſed aduerte p* Deo. *Profectò iſtiuſmodi opinio do. Salyc. in conſideratione ſubtilis ſpeculationis laudabilis eſt. in ratione autem ueritatis, & æquitatis, &* Modernorum *opinio ſequacium, dominus* Martinus *probabilior uidetur. Quia ſicut ipſe dom. Sal. concedit annuã præſtationem rectè peti pro ſecundo, tertio, quarto anno, & deinceps uſque ad xxx. annos: ita eſt pro primo, ij. iij. iiij. & cæteris annis poſt xxx. annorum ſpacium emenſis, eam peti poſſe uidetur. Nam radix cauſalis uirtute cuius petitur huiuſmodi annua præſtatio, æquè ſubſtituit utrobique, cum & illa in quolibet anno propagetur in annos centum extendenda. & facit quod dicit dom. Cyn. in l. ſi certis annis. in iiij. col. in decima quæſt. ibi, ſed cùm ſoluo uno anno indebitum, & c. C. de pact.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio annuæ præſtationis, quãto tempore acquiratur.*

2 *Seruitia annua quanto tempore acquirantur.*

3 *Seruitus realis quanto tempore præſcribatur, remiſſ.*

QVAEST. CCCCVII.

QVIA ſuprà proximè ſcripſi
de actione, quæ competit
pro annua prꝗſtatiõe, an & quã-
1 do præſcribatur: * Quæro circa
hanc materiam de alia quæſtio-
ne: quidam ſoluit mihi xl. annis
cenſum ſeu aliam annuam præ-
ſtationem, an acquiratur mihi a-
ctio curſu dictorum xl. annorũ.
uel an requiratur tantum tem-
pus, quod de contrario memo-
ria hominis non exiſtat. In hoc
uariauerunt doctores iuris ca-
nonici, & ciuilis: quia Innocen.
in cap. de quarta. extrà de præ-
ſcrip. dicit, quòd ſufficiunt xl. an.
& allegat tex. in c. quia. decima,
quꝗſt. tertia. & in cap. contra mo
rem. c. diſtin. & ff. de aqua plu.
ar. l. j. §. j. Hoſt. pariter idẽ ſenſit,
2 in c. peruenit. extrà de cen. * ubi
dicit, quòd ſeruitia annua acqui-
runtur ſpacio xl. annorum. quod
dicit uerum de his, quæ ius com
mune non uetat: quia in his, quæ
ius commune uetat, requiritur
tantum tempus, quòd de con-
trario memoria hominis non
exiſtat. Idem dicit ipſe Hoſt. in
ſumma de cen. §. quis cenſus. ubi
dicitur, quòd ſi quis agit petito-
rio, & proponat cauſam, ad quã
probandam inducit patientiam
longi tẽporis, obtinebit, ſi tẽpus
probet. alle. ff. de uſu. l. cùm de in
rem uerſo. Sed ſecundum iura
noſtra dicit ipſe Hoſt. requiritur
probatio longiſsimi tẽporis, ui-
delicet xl. annorum. Idem tenet
ipſe Hoſt. in ſumma in ti. de con

ſuetud

ſuetudine.in §. obtentis. ubi dicit, quòd ſecundum leges ad inducendum præſcriptionē longi temporis & conſuetudinē ſufficiũt x.anni inter præſentes, & xx. inter abſentes: tamē ſecundũ ca
a nones requiruntur xl.anni[a]. allegat.c.olim.extrà de cen. ubi non profuit tempus xxxvj. annorum ſoluēti ad certã monetã, & requiruntur xl.anni.Idē tenet ipſe Hoſtien. in ſumma de præſcript. §. quare.uer.puto. ubi dicit, ꝙ negatoria poteſt ſemper intentari, niſi ſit ſpaciũ tanti tēporis, cuius initii memoria hominis non exiſtat in cõtrariũ, licet ſecundũ leges ſufficiat longũ tēpus x. annorum. Ita dicit ipſe Hoſt.Io.an. etiã idē dicit in c.j.de pręſcr.li.vj. uidelicet quòd de iure canonico requirũtur xl. anni. licet de iure ciuili ſufficiãt x.anni.Hēr.Bohic in c.peruenit.extrà de cēſibus. dicit, quòd quicquid dicãt alii, ſeruitutes habētes cauſam diſcõtinuã, ut ſunt iſti cēſus, præſcribuntur ſpacio xl.annorũ: dummodo nõ ſint tales ſeruitutes, quas ius commune poſsideri uetet. Et ita etiã tenuerũt Bern. & Io. Hiſpanus, ut ibi refert ipſe Hē.Bohic. Do.uerò Cardinalis Florē.uidelicet Frã.de zabar. in d.c. peruenit.tenet poſt Hoſt. quòd requirũtur xl.anni.ita tenet in iij. & v. ſuis quæſtionibus. Idem etiã tenere uidetur Ant.de but. in d.c. peruenit. Dom. uerò Panormit. doct.nouiſsimus.in c.de quarta. & cap. ſi diligenti.extrà de præſcript. uidetur uelle, quòd ſufficiant x.anni.dum allegat dictã l. cũ de in rem uerſo.Spe. uerò in tit.de reſti.ſpo.§.nunc dicamus. uerſi.ſed ſi quis.& in uerſi. pone ruſticus. dicit, quòd in ruſtico, quando per eius dominũ annua pēſio petitur, requirunť xx.anni. ratio quia præſumitur uiolentia facta per dominum ſubdito. idē tenet Inn.quòd pręſumatur uiolentia facta per dominum ſubdito.in c.bonæ.lo.ij. extrà de poſtulatione prælatorum.idem ſequitur Ioan.Fab.in § æquè.inſtit.de action. ubi dicit, quòd ſi potens uſus eſt ſupra non potentem, ꝙ præſumitur uiolentia: maximè, quando gagiabat uel arreſtabat ſubditos: prout facere conſueuerũt Barones & Bannereti pręſentis patriæ Delphinal.quia alibi dicit Innocent. quòd inter dominum & ſubditos, metus præſumitur. in cap.ſi diligēti. extrà de præſcriptionibus. in aliis uerò, quòd in ruſtico. ſentit ibi Speculat.quod ſufficiunt x. anni, dum ibi poſteà ſubiungit, quòd ſufficit longum tempus, allegando d. l. cum de in rem uerſo. Hoc idem ſentire uidetur ipſe Specul.in titul. de iure emphyteu.in §.non ſolum.uerſic.lxiij. ubi dicit, quòd ſi emphyteuta non uult cenſum ſoluere, niſi dominus ſibi prius oſtendat titulum, certè agendo negatoria, emphyteuta abſolueretur, niſi dominus de iure ſuo doceat, uel oſtendat ſibi penſionem fuiſſe ſolutam lon-

go

go tempore, quod longum tem
pus dicitur x.annorum.gloſ. ue-
rò in capitulo, ſeruitium. xviij.
quæſtio. j. uidetur ſentire, quòd
ſufficiant xl.anni.dum dicit lon-
giſsimum tempus requiri.Et pro
hoc uidetur text.ad literam in di
ꝺo c.olim.de cẽſibus. Ioan. Fab.
uerò in diꝺo §.æquè.inſtitut. de
aꝺ.dicit quòd licet quo ad legi-
ſtas ſufficiãt x.anni. per d.l.cum
de in rem uerſo. & ibi gl. & do-
b ꝺo. tamen quo ad Canoniſtas[b],
qui uidentur habere aliam do-
ꝺrinam in præſcriptione ſeruitu
tum,requiruntur uniformiter xl.
anni.allegant cap.cum eccle. Su
trina.de cauſa poſ.& proprieta-
tis.niſi præſcriptioni reſiſteret
expreſsè ius cõmune, quia tunc
dicit ipſe, requireretur tantum
tẽpus, ꝙ de initio memoria ho-
minis non exiſteret:iuxta c. j. de
præſcription. lib. vj. Dominicus
de ſanꝺo Geminiano doꝺ. no-
uiſsimus,in d.c.j.de præſcript.li.
vj.dicit, ꝙ communis opinio ca
noniſtarum eſt, quòd requiran-
tur xl. anni. Et ita ſecundũ hanc
cõmunẽ opinionẽ iudicauit hæc
curia parlamẽti,in cauſa domini
de aquis, & Somõtii ex una par-
te,& homines diꝺi loci Somon-
tii, in manibus Antonii de mole
na ſecretarii Delphinal. ¶Sed
3 * [c]quãto tẽpore pręſcribatur ſer
c uitus realis:uide, quæ plenè dixi
ĩ.quęſt.ccccclxxiij. ¶De materia
interruptionis uide, quæ plene
dixi ĩ. q. cccccxvj. Et ibi multas
alias quęſtiones in materia præ-

ſcrip.Pet.Iac.in tit.ſuper penſio-
ne,ſeu reditu libellus. in uer.itẽ
credo. & dicit unum ſingulare,
uidelicet, quòd in acquirendo
quaſi poſſeſsionem annuæ præ-
ſtationis,ſufficiũt duo anni.¶De
materia negatoriæ uide ſ. quæ-
ſtio.xxviij.
a ¶Secundum canones requirun
tur xl.anni. *Hoc in rebus eccleſiæ.*
ſed in rebus priuatorum xxx. an.c.
ſanꝺorũ.& ibi gl. in uer. ſi ſincere.
in fi. extra de præſcriptio. & xvj.q.
iiij. poſſeſsiones.& in gl.j.& do.Pa
nor.in c. de quarta.in iiij.col.in uerſ.
ſed quantum ad principalem arti-
culum.extrà de præſcriptio.
b ¶Quo ad canoniſtas.*Ad pertigẽ-*
dum uerticem huiuſce quæſtionis,ui
de omnino do. Panor. in c. peruenit.
in ij.col.in uer. & ex hoc diꝺo.extrà
de cen. & breuiter hoc duxi notan-
dum.& magnũ eſt diſcrimẽ, utrum
aliquid intenditur ex cauſa præſcri-
ptionis, utrúmue ex alia quauis
cauſa habili, ad transferendum ius
prætenſum probanda per tempus.
Nam in primo caſu nititur quis ex
tempore, & tunc tempus longum
aut longiſsimum ſecũdum naturam
aꝺionis requiritur, & ſtylum fori,
& qualitatem perſonarum, in quo
& inter quas contenditur. In ij.ue-
rò caſu innituntur cauſæ quas quis
probat per præſumptionem ex cur-
ſu diuturni temporis reſultãtem. &
tunc regulariter ſufficit tempus x.
anno.niſi ageretur de mutatione ſta
tus,perſonæ: uel niſi ageretur contra
ruſticum: uel niſi ius commune re-
ſiſteret: uel niſi induceretur huiuſ-
modi

modi præſumptio, contra patientem, ubi ageretur de magno præiudicio. Quia tunc non ſufficeret allegare titul. ſed oporteret probare: nec ſufficeret curſus longi temporis: ſed neceſſaria foret præſcriptio legitima: ac quoque exiguntur anni xxx. ſingula in quàm ſingulis pertinenter referendo. ad horum ſiquidem pleniorem intelligentiam uide do. Inno. in c. de quarta. in glo. ſua, in uer. quadragenaria. extrà de præſcript. Et adde ibi do. Io. An in iiij. col. in uerſi. & de materia glo. & do. Panor. in vj. col. iij. §. expediendo & ampliando in uer. uenio ad primum. & do. Fel. in xiij. col. in § utrum in præſcribenda libertate. per totum uſque ad calcē. & do. Roſ. in iiij. parte in tractatu de actiōe ciuili. in rubr. de ac. ex ſtipu. ex tempo. præſump. in prin. & in uer. ego ago. & in iij. & vj. op. poſi. & Spe. in ti. de cau. poſſ. et proprie. in §. j. in iii. col. in uer. hac forma obtinet. de reſt. ſpo. in §. ij. in uer. ſed & ſi aliquis. uſq; in fi. ti. & de cenſi. in prin. & in uerſi. & in petitorio. & do. Q do. in l. ſi certis annis. in iij. col. in uer. & ideò nos dicetis. & in uer. ex prædictis ergo apparet. C. de pactis. & ibi do. Cy. in iij. col. in j. reſtat ut uideamus. in uer. ſi quæro. & in uerſic. iuxta præmiſſa. & ibidem d. Bar. in ij. col. in iiij. oppoſitione. & in l. cùm de in rem uerſo. in uerſi. quæro, ruſticus dedit. & in uer. item ſi uolo. ff. de uſur. & ibi uide omnino glo. in uer. longo. & eundem do. Bar. in l. luſtibus in uerſi. ex hac litera. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & do. Bal. in prædic. l. ſi certis annis. in tertia & quarta oppoſitione. & in uerſic. uenio ad quæſtionem. & in uerſi. iuxta hoc quæritur. & uide omnino ipſum dominum Bald. egregiè & compendioſe hanc materiam perſtringentem, in præallegat. lege, cum de in rem uerſo. in uerſi. ſed pro huius declaratione. & dominum Salycet. in dicta lege, ſi certis annis. in tertia columna. in uerſicul. concludamus prædicta ſic. C. de pactis. & dominum Ioann. Fabri inſtitut. de actionibus. in paragrapho, æquè. in ſexta col. in uerſiculo, quid ergo dices in ſeruitiis & præſtationibus.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptioni annuæ præſtationis, nō ſufficit probare curſum temporis ſed debet cauſa ſpecifica allegari.*

2 *Libelli forma in pſcriptione xl. ann.*

3 *Cauſa quæ debeat allegari in præſcriptione, diſting.*

QVAEST. CCCCVIII.

SED iuxta prætactam materiam, quæro an ſufficiat allegare tempus xl. annorum, uel requiratur * quòd allegetur cauſa cum concurſu tēporis, & an cauſam ſufficiat allegare in genere, uel ſi debeat in ſpecie allegari, ut agens poſſeſſorio ad ſolutionē talis annuæ præſtationis obtinere debeat. Et circa hoc puto, quòd ſit neceſſe allegare cauſam uerā, & ſufficiētē, in ſpecie: licet nō probet: & proponat actor in iudicio talia, uel ſimilia uerba: Peto talem cēſum, quem * mihi debes ex tali cōtractu (ipſum ſpecificādo) ad quē cōtractū probādū induco poſſeſſionē xl. annorum:

rum ſecundū Cano. uel. x. anno. ſecūdū Legi. ut in pced. q. dixi. & iſtud ſufficit. ſi autē ſolū diceret act. peto cēſum: quia mihi eū ſol uiſti xl. annis: hoc certè nō ſufficeret: ut dicit gl. & Archi. in c. ſeruitiū. xviij. q. ij. Idē gl. in c. peruenit. extrà de cen. quā ibi ſequunt Hoſt. & Hen. Bohic, & dominus Cardinalis. florentinus, in eodē c. peruenit. in iij. & iiij. queſtionibus. ubi dicit, ꝙ ille, q uult probare ſibi cēſum debitū, ſufficit ꝙ alleget cauſam in libello: quanuis eā non probet: dūmodo probet[a] cēſum annuū ſibi fuiſſe ſolutū xl. annis. Et ibi allegat multos alios docto. ita tenuiſſe. Idē tenet do. Ant. de Bu. in d. c. peruenit. Idē etiā tenet dominus Cardinalis florētinus, Pano. in c. de quarta. & in c. ſi diligēti. extrà de præſcri. Idē tenet Io. An. in c. de præſcri. lib. vj. ubi quærit, an petēs ſolutū ſpacio xl. annorū, ꝓbata ſolutione xl. annorū obtineat & dicit ꝙ cōmunis opinio legiſtarū: quā cōmunē opinionē ſequūtur moderni canoniſtæ, in d. c. peruenit. in gl. ij. eſt: ꝙ ſi allegat & probat tēpus tātū, ſine aliqua cauſæ allegatiōe, nō ſufficit ad obtinēdū. ſi autē allegat cauſam, ſufficiat, ita etiā ibi dicit de ſancto Geminiano, & dominus Cardinalis florētinus, dicit alibi in d. c. peruenit. ꝙ licet ſufficiat

3 *in ſeruitutibus realibus allegare cauſam propinquā: puta dominiū: nō ſic eſt in perſonalibus, in quibus debet allegari cauſa remota in ſpecie: puta contractus, ex quo inſurgit obligatio. allegat gl. quæ hoc tenet in l. ij. §. circa. ff. de doli exceptio. & iſta eſt cōmunis ſententia Canoniſtarū. Legiſtæ pariter idē tenēt; quòd requiratur allegatio cauſæ cum probatione poſſeſſorii: licet cauſa allegata non probetur. ita dicūt gl. & doc. in l. cū de in rē uerſo. ff. de uſuris. gl. etiā Dy. Bart. in l. litibus. C. de agricolis & cēſitis. libr. xj. & Cyn. Petr. in l. ſi certis annis. C. de pac. dicūt, quòd licet in realibus actionibus cauſam propinquā ſiue immediatā ſufficiat allegari, nō tamē ſic in perſonalibus[b], ſufficit cauſam immediatā, ſcilicet obligationē allegare. Sed oportet dicere cauſam remotā, ſcilicet cōtractū: ut ff. de exceptiōe rei iud. l. an eundē. §. actiōe. & ideo dicūt nō ſufficere in libel. dicere, quòd reus obligatus eſt ad ſoluendū dictū cēſum, & ꝙ lōgo tēpore ſoluit: ſed oportet, ꝙ dicat: dico te obligatū ex tali cōtractu ad talē annuū cēſum. & ita hoc ſentit gl. in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. ibi dē tenet Bal. in d. l. ſi certis annis. dicens, Aut nulla cauſa allegat: ſed eſt minus ſufficiēs, & non ualet. Aut allegat ſufficiens & idonea: & talis ſatis probat: & præſumit p longā præſcriptionē: quia talis præſumit cauſa, qualis p effectū demonſtratur. & ibi proſequitur ipſe Bal. hāc materiā per. vj. chartas. idē tenet Ang. in ſua repetitione d. l. ſi certis annis. ubi dicit,

cit, ꝙ cõmunis opinio Legiſtarũ & Canoniſtarũ eſt, ꝙ allegetur cauſa uera cum diſcurſu & præſtatione longi tẽporis, ſecundum Legiſtas, & ſecundũ Canoniſtas lõgiſsimi, ſcilicet xl. annorũ, ꝙ ſufficit & præſumitur cauſa, quãdo tamẽ non ſufficeret, ſi nulla cauſa allegaretur. Item ſequitur Bar. in d. l. cũ de in rẽ uerſo. ubi dicit, ꝙ cautus aduocatus debet aſſerere in libello illam præſtationẽ ſibi deberi ex ſtipulatione: & tunc ſufficit probare illã annuã præſtationẽ, qua probata operabitur probatio ſtipulationis. Idẽ etiã ibidẽ tenet Bal. & Io. Fab. in §. æquè inſtituta. de ac. ubi dicit, ꝙ nõ ſufficeret tempus per ſe, niſi eſſet tantũ tẽpus, cuius initii memoria non exiſteret in contrariũ: niſi allegaretur cauſa idonea. Cõcluſio ergo eſt iſta, quòd debet exprimi cauſa idonea: licet nõ ꝓbetur cũ præſtatione tẽporis: aliàs debet ſequi abſolutoria ſententia. Et ita fuit deciſum, ꝑ dños meos parlam. in diffinitione cauſę, de qua in præcedẽti quæſtiõe fit mẽtiõ.

a ¶ Eam non probet. *Videtur tamẽ probari oportere ſolutũ fuiſſe ex cauſa allegata; ne uſus longi tẽporis operetur duo ſpecialia cõtra l. j. C. de dotis promiſ. do. Sal. in l. ſi certis annis. in iiij. co. in uer. q̃ro dixi. C. de pact.* & *ibi do.* Bal. *in iij. col. in uer. extrà opponitur.* & *do.* Bar. *in l. cũm de in rẽ uerſo. in uer: breuiter aduerte. et in uer. nunc ad propoſitum. ff. de uſuris.*

b ¶ In perſonalibus. *Adde do.* Cyn. *in præalle. l. ſi certis annis. in iiij. co. in uerſ. iuxta hoc quæro. ubi ipſe aßignat rationẽ: quare in obligationibus perſonalibus nõ ſufficit cauſam propinquã ſiue immediatã allegari: ſed in realibus obligationibus bene ſufficit.*

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, præſcriptione, &c. in aliquo contractu adiecta, an impediãt curſum præſcriptionis. Et quid ſi proferantur à ſtatuto. nu. 2. Et quid ſi à contrahentibus nu. 3.*

4 *Malæ fidei poßeßor, quod præſcribat, an ſtatuto poßit induci. remiß.*

QVAEST. CCCCIX.

a QVAERO quid [a] operẽtur illa uerba, preſcriptione nõ

1 obſtãte, &c.* in aliquo actu adiecta, an impediãt curſum præſcriptiõis? Bal. ĩ c. de c. Corradi. §. pręterea. in feu. col. x. dicit ꝙ non, ꝑ regulas generales, quę habent in l. ſicut. & l. oẽs. de ꝑſcr. xxx. uel xl.

2 annorũ.* ſed q̃d ſi illa uerba ꝓferãtur à ſtatuto? uerbi gratia, dicit ſtatutũ, ꝙ inſtrumẽtum publicũ demãdetur executiõi, nõ obſtãte aliqua præſcriptione. dic ꝙ tale ſtatutũ nõ poteſt intelligi, ꝙ remoueat præſcriptionẽ lõgi tẽporis, quæ nõ habet locũ in actionib⁹ ꝑſonalib⁹: niſi uno caſu. ut C. de uſufru. l. corruptionẽ. ergo ut aliquid operetur, debet intelligi, ꝙ remoueat præſcriptionẽ lõgiſsimi tẽporis, ſcilicet xxx. uel xl. annorũ: iuxta quod uide quod nota. C. ne rei dominicæ uel templorũ. l. uniuerſas. & de decurio-

b nibus. l. quis decurio. libr. x. [b] Sed domin

do.Ant.de But.indiſtinctè tenet, c
ꝙ ſtatutũ ciuitatis ualet, quòd
nulla præſcriptio currat:qa po-
pulus poteſt cõtra legẽ ſtatue-
re.in l.omnes populi.ff.de iuſti.
& iure.licet uideatur contra pu
blicã utilitatẽ:ut in l.j.ff.de uſu-
cap.tamen quia habet naturalẽ
æquitatẽ, ne quis locupletetur
cũ aliena iactura,tale ſtatutũ ſu-
ſtinetur.l.nam hoc natura.ff.de
condi.indeb.& facit quod uo-
luit Io.And.in c.poſſeſſor. de re
gu.iur.in mercurialib. Ita dicit
Butr.refert do.Ioan.de Graſsis,
in c.cum à nobis.extrà de præ-
ſcrip.prout reperio in recolle-
ctis meis,ſub ipſo,dum legebat
Thaurini,ſcriptis & reportatis.
Et ita ſeruat ſtylus curiæ ſancti a
Marcellini:in qua curia contra
obligatum ad dictam ſubmiſ-
ſam conceduntur præciſe non b
obſtante præſcriptione.Sed re-
ſpectu ſubmiſsionis ad dictã cu-
riam aduerte,quia nõ ſufficeret
ſimplex ſubmiſsio,niſi inſtrumẽ c
tum debiti etiã ſigillo dictæ cu-
riæ ſancti Marcellini unà cum
ſubmiſsione eſſet ſigillatum:ut
plenè dixi ſuprà quæſtio.clxxxj.
3 ¶* Sed quid ſi uerba prædicta
proferantur à contrahentibus,
uel à teſtatore, qui iuſsit ſolui
nulla præſcriptione obſtante?ui
detur quòd in infinitum extẽda
tur:iuxta l.quod ſi nolit.§.ſi qd
ita.ff.de ædil.edi.ſed Bart.dicit
ꝙ huic exceptioni,cùm ſit merè
odioſa,nõ poteſt renunciari,ita
not.ipſe in l.j.ff.de uſucap.& in
l.nemo poteſt.ff.de leg.j.[c] & de
hoc etiã tetigi ſuprà quæſti.ccc-
xix. ¶ Sed quid ſi illa uerba po-
nantur in reſcripto principis,
uel aliquo priuilegio?dic ut no.
C.de ſac.ſanc.eccl. in auth.quas
actio,iſta ſunt uerba Bal.in loco
præalle.attamen in hac materia
ultra Bald.uide l.ij.& l.repeti.ff.
quib.mod.uſusfru. amit.ubi per
hæc uerba,toties quoties &c.uel
ſimilia impediri poteſt præſcri-
ptio.Ita dicunt docto.per illa.&
facit bene quod not.Bal.in l.ij.
C.ut in poſſeſsio.legato. ¶ De
materia,an ſtatuto poſsit indu-
ci, ꝙ malæfidei poſſeſſor præ-
ſcribat:tetigi aliqua ſuprà quæ-
ſtio.cxcix.circa fin.&c.

¶ Quæro qd. *De hoc uide per Ange.in anthen.ut de cæterò non fiant commut.uer.not.col.*

¶ Lib.x. *Hucuſq; incluſiuè à princi. ſunt uerba formalia.do.Bal.in præ dicta hic alleg.poſita in §.uerſicu. quæro ergo.*

¶ ff.de leg.j. *Hucuſque à princ.hu ius uer.ſed quid. recitantur pariter uerba formalia. d.Bal.in princi. §. præterea.poſita in uerſi.iſta.* Et *pro deciſionibus quæſtionis optimè facit,qđ dicit do.Bal.in l.j.in ul.col.in uer.quæro ſi promitto.ff.ſolu.matri. Et quòd per pactũ nõ poſſit fieri, ꝙ non currat præſcriptio niſi xl.annorum,tenet do.Ang.de Vbald.in authen.ut de cæterò non fiant commuta.colla.v.in uer.ibi,nullo tempore. Sed ut ibi uult,hoc tamen fieri poſſet per ſtatutum,dummodo præſcriptio excedat centum annos.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamiliàs conuentus ſuper com*
pulſoriys in curia parlamenti,an poſ
ſit opponere de nullitate, eò quòd
non fuerit conuentus de authorita-
te patris.

QVAEST. CCCCX.

DE iure filiusfamiliàs in agẽ
do,aut defendendo nõ po
teſt eſſe in iudicio ſine authori- a
tate patris,&ſi exiſtat,iudiciũ eſt
1 nullũ,ut plenè dixi ſ.q.iij.*Sed
pone ꝙ filiusfamiliàs cõuenitur
per compulſorias,in iudicio in
curia parlamẽti,uel ſancti Mar
cellini,in qbus certæ exceptio-
nes admittũtur,aliis reiectis,ex
cõtractu cũ eo facto,ex quo ob-
ligatur in l.tã ex contractibus.
ff.de iudi. An talis filiusfamiliàs
poterit dicere proceſſum nullũ
defectu authoritatis patris?dic
ꝙ nõ,ſecundũ qđ iudicatur in
dicta curia parlamẽti cũ ſecun-
dũ ſtatuta Delphin.certæ exce-
ptiões cõtra cõpulſorias admit-
tũtur,de quarũ numero non eſt
iſta exceptio nullitatis,cõſidera
to etiã,ꝙ hæc curia parlamenti
nõ attendit ad hãc patriã pote-
ſtatem:ut ſcripſi ſuprà q.liiij.Ita
fuit determinatũ die iij.menſis
Apri.M.cccclx.in cauſa tunc dif
finitiua inter Ioan.Veſperie de
Romanis appellantẽ,& dominã
Abbatiſſam uerneyſonis, appel
latam,in manibus Ant.de Mole
na:licet cõtrariũ de iure uidea-
a tur,per ea quæ dicit Bar.[a] in l.di
uus.ff.de teſt.mil. ¶De materia
ſtatuto.Delph.in quo aliquę ex-
ceptiones admittuntur:an aliæ
uideãtur reiectæ:uide quæ dixi
ſuprà q.ccix.& in apparatu, quẽ
feci ſuper dicto ſtatuto Delphi.
de literis cõpulſoriis & præciſis
concedendis.Et an filiusfa.poſ-
ſit appellare pro patre ſine man
dato & appella.introducere,ui-
de ſuprà q.cciij.

a ¶Dicit Bar. *Aduerte,quia do.Bar.*
in d.l.diuus.hic alle.legitur quãdo qs
opponit talẽ exceptionẽ,quæ dicit ſen
tẽtiã ſeu proceſſũ nõ eſſe ſentẽtiã ſeu
pceſſum.Et ideò in hoc caſu eſt diſtin
guẽdũ,aut allegatur ſentẽtia ſeu pro
ceſſus eſſe nullus ex defectu iuriſdi-
ctiõis:& tũc de hac nullitate pote-
rit opponi,per ea quæ dicit d.Io.An.
in cle.j.extr.de ſeq.poſ.& fru.Aut
allegatur null⁹ ex defectu ſolẽnitatis
uel formæ iuris cõis,et tũc ſec⁹.Aut
allegatur defectus formæ ſeu ſolẽni-
tatis ſubſtãtialis ipſiuſmet ſentẽtiæ,
ſiue pceſſus,etiã tũc auditur oppo-
nẽs.Sed ubi allegatur nullitas, quæ
nõ tãgit formã ſeu ſolẽnitatẽ ſubſtã
tialẽ ipſius rei,prout eſt in caſu huius
qõnis,nõ admittitur exceptio talis
nullitatis.Ita colligitur ex ſcriptis d.
Bar.in l.j. §.qui refert.in uerſi.ego
in iſta mate.ff.quod ui aut clam.

SVMMARIVM.

1 *Prælationis ius an poſſit alteri cedi*
ſiue remitti.
2 *Laudimiũ an debeatur ex remiſſio-*
ne,quæ fit inter ſocios cohæredes.
3 *Dominis duobus exiſtentibus, uter*
utetur ſuo iure in laudimio

QVAEST. CCCCXI.

DOMINVS directus po-
teſt rẽ emphyteuticariam
quan

quando alienatur iure prælatio
1 nis ſibi retinere.*ſed hoc eſt ue
rũ,ſi uelit eam retinere nomine
ſuo.Nã ſi uellet nomine ſui ali-
cuius amici eã retinere,nõ poſ-
ſet:ut l.fi.§.ſed nec hac occaſiõe.
in fin.C.de iur.emph.in auth.ut
decęterò nõ fiant commuta.cir
ca mediũ.& hoc ibi no.per Iac.
& doc.in §.decæterò.col.v.facit
ff.de iur.do.l.ſi mulier.§.ex aſſe.
& de lega.præſtan.l.iij.§.j.& de
admi.tu.l.ſi pluribus.& per Cy. a
in l.ad officium.in fin.C.cõmu.
diui.& facit l.iiij.§.cum igitur.
ff.de in diem adiectio.ita tenet
a Dyn.& Bart.[a]in d.§.cum igitur.
in j.quæſtio.& Petrus Heliæ.in
ſuo tract.de iur.emphyteu.& ita 1
uidi ſemper iudicari in hac cu-
ria parlamen.Delphi.¶De aliis
uerò multis quæſtionibus in hac
iuris emphyteuticarii,uide quæ
plenè dixi ſuprà quæſti.xlvj.xl- 1
vij.xlviij.& q.cj.cvij.cxxiij.clxxj.
clxxiij.clxxiiij.& infrà queſt.ſeq.
2 ¶Sed an*ex remiſsione,quæ fit
inter ſocios cohæredes,debea-
tur laudimium? dic quòd non,
ſed Bart.in l.fi.ff.de condi.furti.
poteſt fieri cautela,quòd domi-
nus directus poterit rem capere
iure prælationis,ſi emphyteuta
uendat,ſi dominus uoluerit lau
dare:nam hoc caſu ſi laudet,te-
nebit uenditio,ſi non laudet,
uenditio,quæ eſt conditionalis,
deficiet.Iſtud conſilium tradit a
& ponit Bartol.in l.quod ſæpe.
§.ſi quis amico.ff.de contrahẽ.
3 empt.& uendi.¶*Sed ſint duo
domini directi,quorum unus
uult retinere iure prælationis,
alter uerò non,ſed uult inueſti-
re emptorẽ.Dic quòd quilibet
utetur iure ſuo.allega.l.j.§.ſi al-
ter ex hæredibus.ff.quorum le-
ga.licet contrariũ uideatur per
l.quod ſcilicet uno.§.fin.ff.de in
diem addic.uide ſuper hoc quæ
dixi infrà q.ccccviij.¶De mate-
ria iuris prælationis tetigi in a-
liis terminis,ſuprà quæſti.lxxv.
¶Et Bar.*Caue quia nil per Barto.
nec Bal.in §.quem noſter hic alle.
ſed bene facit in ar.auth.ut de cæte-
rò.cõ.ec.re.non ſi.col.v. tã in rubro
quàm in nigro,ibi,ut perpetuò apud.*

SVMMARIVM.

*Recedente in cõmiſſum,an dominus
non poterit agere poſt quinquenniũ.*

QVAEST. CCCCXII.

PONE,quòd poſtquàm res
cecidit in cõmiſſum,domi-
nus ſtetit per quinquenium*,ꝙ 1
non egit contra emphyteu.ſed
ſemper eum dimiſit poſsidere:
nunquid poſt quinquenniũ po-
terit agere?uidetur ꝙ non,pro
quo uidetur caſus in l.ij.C.de ue
cti.& cõmiſsis.iũcta l.cotem.§.
dominus.ff.de publi.& uecti.ad
quod facit l.j.C.de contractibus
iud.& l.fi.C.ſi maior rẽ ſine de-
creto uend.credo tamen cõtra-
rium,quia cõdictio ex l.ij.C.de
iur.emph.eſt perſonalis,ut in §.
appellamus.inſti.de actio.& ita
durat uſq; ad xxx.ann.[a]qñ pro-
ponitur in modum agẽdi,ſed ſi
in modũ excipiendi,eſt perpe-
tua,inſti.de perpe.& tẽp.acti.in
princ.

princ.Et iſta ultima pars ſeruatur in iudiciis,prout ſemper uidi obſeruari,tam in curiis temporalibus, quàm ſpiritualibus præſentis patriæ &c.¶De præſcrip.iudicis agentis ad ſupplementum legitimæ,uide quæ dixi etiam quæſt.lxxxiij.& de præſcrip.iu. adeundi hæreditatem, uide quæ dixi q.xcvj.conſiliorum meorum.

a ¶Triginta annos. *Quinetiã ſi emphyteuta per mille annos poßideret, & nõ interuerteret poßeßionẽ,nunquam præberet:licet penſionem non ſoluat,& figat in animo ſuo, ꝙ rem illam, ut propriã poßideat:ſecundũ Spe.in tit.de loca.in §.nunc aliqua. uer.ſeu.quæſt.xliij.circa med.& fi.*

SVMMARIVM.

1 *Pedagium ſi quis fregerit, emolumẽtum condemnationis cui applicetur.*

2 *Pedagium qui emit,an uideatur pœnas tranſgreßorum emiſſe.*

3 *Confiſcationes an pertineant ad proprietarium,uel uſufructuarium.*

4 *Confiſcatio facta ad bona,quò porrigatur.*

QVAEST. CCCCXIII.

VBI aliquis condemnatur ex eo,quòd fregit peda-
1 gium,id eſt,*ꝙ tranſiuit abſque ſoluendo uel arcyſonando pedagium,emolumentum cõdemnationis debet firmario peda-
a gii applicari,per tex.in l.ſi qsª. C.de uect.& commiſ.Sed ſtylus dictæ curiæ parlamẽti habet in cõtrariũ:quia talia adiudicãtur fiſco uel alteri bannereto tradẽtibus ad firmam eorũ pedagia: niſi aliter inter partes fuiſſet actum.ita uidi in pluribus & diuerſis cauſis temporibus meis
2 determinari. ¶*De hac tamen materia,uidelicet,an ille q̃ emit pedagium,uideatur emiſſe pœnas tranſgreſſorum:dic in l.creditor.in prin.& ibi Cyn.in ſuis additio.C.de iure emphyteuti. ¶De materia uectigalis uide in c.quibuſdã.§.præterea. extrà de uerb.ſig,& ibi probatur.ius exigendi uectigal poteſt pręſcribi. ¶Aduertendũ enim in hac materia pedagiorum, quòd colligentes pedagia, debent tenere itinera tuta:unde ſi fiat aliqua roberia in territorio dñi exigentis pedagiũ,tenetur ipſe dominus reſtituere,uel malefactorem exhibere,ſecundũ Arch.qui hoc not.xxxiij.q.vj.ſi quis peregrinos,quẽ ſequitur Bald.in tit. de pace iur.fir.cõſeruanda. in c.
3 conuenticulas quoque. ¶*Confiſcationes an pertineãt ad proprietarium uel ad uſufructuarium,uide Bart.in l.diuortio.§. interdum.ff.ſolu.matri.in ij.q.& per eundem Barto.in l.Impera-
4 tor.in fin.ff.de iur.fiſci.¶*Confiſcatio facta ad bona,quæ porrigetur?uide Bar.in l.pupil.in ij. quæſtio.ff.de tuto.& cura.da.ab his.& in l.j.C.de ſum.trin.& fid. cath.& Bart.in §,ſi iudex. de clerico uiolatore pacis.in feud.An fiat confiſcatio ipſo iure quo ad dñm,uide Bar,in l.Imperator.in fi.ff.de iur.fiſc.¶De materia pedagii etiã tetigi infr.q.ccccclix,

¶L.ſi

a ¶L.ſi quis. *Iſte eſt bonus text. qui optimè & clariſſimè diffinit hoc iuris argumen.* Et *adde quæ ibi dicũt d.Bal.& Sal.utrum autem alia pœna extra pœnam commiſſi pertineãt publicanus ſeu pedagiarys,uide do. Bald.in l.creditor.in j.not.ff.de acti. empti.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an ſit quid perſonale, uel reale.*

QVAEST. CCCCXIIII.

IVRAMENTVM eſt quid perſonale.ut probat text.in l. generaliter.C.de iureiurã.circa princ.ibi multum diſcrepat iuramentum hæreditarium à perſonali &c.* Circa quod tamen diſtingue,quia aut nos quærimus de iuramento ex parte eius,cui iuratur:& tũc eſt reale, pro quo in authen.de iureiur.à moriente præſtito.in princ.col.v.unde dicit Inno.in c.ueritatis. extrà de iureiur.quòd iuramentũ tranſit ad hæredem recipientis,non ad hæredem iurãtis.Et eſt effectus, quòd hæres nõ ſortitur formam[a] ſpiritnale ex iuramento defuncti,nec cenſura eccleſiaſtica poteſt compelli,ut not.in cap.ulti. de foro competen.lib.vj.ita dicit Innocen.in d.cap.ueritatis. idem etiam tenet Anto.de Butri.in c.cum ſit.de foro compe. in v.colum.ibi,inquantum dixi & ſcripſi,ſuprà quæſtio.lxxvij.in fin.licet Abbas dixerit contrarium[b]. in ca.parochianos.extrà de ſepulturis.tamen ueritas eſt, quòd iuramentum quantum ad ſpiritualitatem, quæ ſibi ineſt, non tranſit ad ſucceſſorem iurantis: ſed quantum ad robur contractus bene tranſit contractus iuratus: quia uires robur aſſumpſit de præterito à principio,& ex perſona hæredis robur contractus, non mutatur[c]. Item tranſit quantum ad probationem.not.in d.authen.de iureiurand. à moriente præſti.in princ.quæ ſic debet intelligi,ſecundum Bald.in ſuo repertorio ſuper Innoc.de qua in tit.de iureiuran.ubi hoc ponit.Et ita uidi pluries determinari inter dominos meos parlamenti,qui in deciſionibus cauſarum ſeruant opinionem Innocen.de qua in d.c.ueritatis.Et quia uenerabilis do.Ioan.Ardiſſoni decretorum doctor,& officialis Gratio nop.conabatur quendam laicum ciuem huius ciuitatis Grationop.hæredem cuiuſdam iurantis coram ſe trahere in iudicio uigore iuramenti à defuncto præſtiti, allegando pro ſe opinionem Abbatis,de qua ſuprà tetigi: domini mei de parlamento de hoc anno currente domini M.cccclx. & de menſe April.coram ſe in camera conſilii euocari fecerũt do.officialẽ, cui præmiſſa remonſtrarunt: & qui dominus officialis tunc eiſdem dominis meis dixit, quòd à talibus deceterò deſiſteret.De hac materia,uide quæ dixit Bal. in ſua repeti.l.rem maioris.C. de reſcin.uend.

a ¶Non ſortitur forum. *Adde do. Pe.de Ancha.poſt do.Io. And.in ca. cum C.laicus.in iij.not. de foro compe.lib.vj. ubi dicit,quòd licet iuramentum ex parte recipientis ſit reale.i. tranſmiſſibile ad hæredes: tamen ex parte præſtantis eſt perſonale, & ad hæredem non tranſit.*

b ¶Contrarium. *Si bene inſpicitur, Abbas non præciſè dicit cõtrarium, ſed dicit, quòd licet non poſſit conueniri coram eccleſiaſtico iudice hæres iurantis:poteſt tamen implorari officium iudicis eccleſiaſtici,ut hæres ſatisfaciat animæ defuncti.*

c ¶Non mutatur. *Hoc uidetur ſentire do.Pe.de Anch.in c.cum C.laicus.in iij.not.de fo.compe.lib.vj.ubi in authenti.quod obtinet.C.de probationibus.ubi hæres cogitur ſtare iuramento defuncti &c.*

SVMMARIVM.

1 *Rem feudalem ſi emerim, & uelim præſtare fidelitatem domino,cum recognitione homagij, an dominus poſſit recuſare.*

2 *Poſſeſſio an transferatur per inueſtituram.*

3 *Dominus directus an per inueſtituram rei feudalis debeat exigere laudimia.*

4 *Dominus aliquis ſi inueſtierit de re feudali aliquem nobilem,uel plebeium, an per talem inueſtituram uideatur facta infeudatio rei.*

QVAEST. CCCCXV.

1 EGO emi rem feudalem, & uolo præſtare fidelitatẽ* domino, cum recognitiõe homagii, an dominus poſſit recuſare me recipere.Pe.Ia.in ti.de actio. in rem pro re feudali.in uer. & eſt notandum[a]&c.& dicit,ꝙ dominus non tenetur nec cogitur uaſallo uendenti conſentire: qa dicit ipſe, lege cautũ nõ reperiť, licet in emphyteuta ſit ſecus, ut C.de iu.emphy.l.fi.ſed Ia. de Bello uiſu,quem ſequitur Bal.in ti. per quos fiat inueſtitura. §. fi.[b] ibi,quęritur quid ſi uaſallus &c. uidentur aliter uelle,dicẽtes,ꝙ illa recuſatio nõ nocet uaſallo: quia dominus teneť ſibi ad intereſſe,ut in feudis de no.forma fidelitatis.§.fi.uel poteſt pręciſè cogi tradere rem, ſi penes ſe habeat, & inueſtiturã facere: ut in feudis.ſi de feu.fue.cõtrouer.c. facta.uel quia dominus priuabitur poſſeſſiõe feudi:ſicut uaſallus priuatur iure ſuo , ſi recuſet fidelitatẽ præſtare: ut in feudis, de forma fidelitatis.§.dominus. & qualiter feu.priuetur.c.ex facto.uel priuabitur proprietate, ut dixi ſ. q.clxvj. Sed quicqd ſit de iure , dicta curia parlamenti aliter ſeruat de ſtylo: quia ſi dominus recuſet, aut plus debito differat inueſtire,& retinere emptorem rei feudalis,uel emphyteutica. ipſa curia conſueuit dominum ſummari facere per literas patentes,ꝙ inueſtiat & retineat emptorem rei feudalis,uel emphy.qđ ſi facere recuſet,conſueuit ipſa curia iure ſuperioritatis tales emptores retinere & inueſtire,& mandare eos cõſeruari in poſſeſsione talium rerũ, niſi fieret alienatio de nobili in ruſt

ruſticum, quia tũc dominus non teneretur inueſtire ruſticum: ut dicit Pe. Ia. in ti. de actio. in rem pro re feudali. in uerſi. attamen dominus nõ tenetur &c. tamen reſpectu domini noſtri Delphi. conſueuerũt inueſtiri & retineri etiã ruſtici ſeu plebeii de rebus feudalibus in camera cõputorum Delphi. ſoluẽdo duplicia laudimia dño noſtro Delphi. & hoc quãdo ęquum & honeſtum uidetur dominis parlamenti & camerę computorũ Delphi. ſi tamen nõ uideatur eis honeſtum, conſueuerunt recuſare inueſtituram facere.

2 ¶ *An per inueſtituram trãsferatur poſſeſsio? Dic ꝙ nõ: licet uideatur data licentia intrandi poſſeſsiõnẽ ꝓpria authoritate: ut dicit Inn. in c. ij. extrà de cõſuetudine. ita ſemp uidi fieri, obſeruari, ut ibi, tales emptores ſunt capaces, niſi dominus uellet retinere iure prælationis pro eodẽ precio. quod poteſt, etiã reſpectu rei feudalis de conſuetudine generali præſentis patriæ. ¶ De materia rei feudalis uide quę dixi ſ. q. cccv.

3 ¶ Sed *an domin⁹. directus pro inueſtitura rei feudalis debeat exigere laudimia? Pe. Ia. in ti. de acti. in rem, quæ pro re feudali competit. ibi, Sed hodie aliter ſeruatur &c. dicit ꝙ nõ. quia dicit ipſe, aliquo textu nõ reperitur. ſed Ioã. Columbi. in ſua gl. in c. Imperialem. §. illud. facit mentionẽ de laudimiis, quãdo feudum alienatur. Sed de cõſuetudine generali præſentis patriæ Delphin. Sabaudiæ, & certarum aliarum patriarũ circunuicinarum percipere, & habere cõſueuit laudimia ab emptore, etiam res feudalis pro inueſtitura ad inſtar rei emphyteuticariæ: aliter tamẽ ſeruat in regno Franciæ: ubi pro re feudali non recipiuntur laudimia.

4 ¶ *Sed iuxta hoc quęro, aliquis dominus inueſtit de re feudali aliquem nobilem, uel plebeiũ, an per talem inueſtituram uideatur facta infeudatio talis rei? uidetur ꝙ ſic, ſicut in ſimili uidemus, ꝙ inueſtitura in beneficialibus operatur inſtitutionem & collationẽ beneficii: ſecundum gl. in c. authoritate. de inſti. in antiquis. & Henri. Bohic. in c. ex tranſmiſſa. de electiõe. Et tetigi in q. lxxxiij. conſiliorum meorum.

a ¶ Et eſt notandum. *In huiuſmodi articulo ipſe do. Pet. ita ſubdit, quòd aliter obſeruatur: quia ex quodam errore in quibuſdam locis dominus cõgitur conſentire uaſallo alienanti, uel retinere pro eo precio niſi precium interueniat, uel aliàs recipere emptorem in poſſeſſionem feudi idoneum: tamen pro feudo obtinendo, & ſeruien.*

b ¶ In §. fi. *Et uide omnino quod ibi dicit do. Aluaro. in iij. colum. in uer. ſed tu circa.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcribatúrne contra fiſcum. diſtinguitur.*

2 *Præſcriptio triplex, odioſa, & fauorabilis, & partim odioſa, partim fauorab*

uorabilis.numero 2.3.& 4.

5 *Præſcriptionis cuiuſuam hic ratio- nem habeamus.*

6 *Dilatio ipſa an ſit perpetuata, per interruptionem præſcriptionis.*

7 *Præſcriptio an interrumpatur per ſententiam arbitri.*

8 *Præſcriptio an in aliquibus caſi- bus ceſſet.*

9 *Bona fides an requiratur in præſcri ptione libertatis contra ſeruitutem, uel liberationis cōtra obligationem.*

10 *Mala fides authoris, an noceat ſuc- ceſſori.*

11 *Iuramentum an impediat præſcri- ptionem.*

12 *Iudex an debeat admittere præſcri- ptionē, ſi pars non opponat de eadē.*

13 *Præſcriptio uel uſucapio an aliquo caſu dormiat.*

14 *Quo tempore præſcribatur officio iudicis.*

15 *Præſcriptionis xxx. annorum exce- ptio, an impediat litis conteſtationē.*

16 *Excommunicatus an præſcribit du- rante excommunicatione.*

QVAEST. CCCCXVI.

1 CVM quæritur, an* & qualiter præſcribatur contra fiſcum.dic aut loquitur de iure ſuperioritatis, & ſimilibus, & talia non præſcribuntur aliquo tempore, ut C. de præſcri.xxx.uel xl. annorum.l.cōpetit.aut quęritur de rebus ſeu iuribus quæ princeps poſsidet, ut priuatus, uidelicet fundum uel domū, aut annuum cenſum, & hoc caſu ſunt

2 glo.contrarię[a]:quia una gl.dicit, ꝙ talia præſcribuntur centum annis, in auth. de non alienandis aut permutandis rebus eccle.§.ſi minus.col.ij.ſed Henricus Bohic.in c.diligenti.extrà de præſcriptionibus.in fin.dicit dictam gl. non eſſe ueram:quia imo credit ipſe Henri.Bohic, ꝙ talia præſcribuntur xl. annis, ut in d.l.cōpetit.Et pro hac ultima parte fuit concluſum in camera conſilii, per dominos meos, de anno M.ccccl x. de menſe Iunii, dum tractaretur de laudimiis debitis in theſauraria Delphin. per aliquos de uoyrone, qui ipſa laudimia celauerant xl.annis proximè lapſis & ultrà.ſed quia pendentibus dictis xl.annis fuit facta proclamatio in uilla uoyronis, inſtāte procuratore fiſcali generali Delphi. ꝙ omnes debentes dicta laudimia ſoluāt in theſauraria Delphi. An per talē proclamationem fuerit interrupta dicta præſcrip.xl.an. Credo ꝙ nō. Primò quia uox pręconis paucis innoteſcit, ut iuribus uulgatis. Secūdò, quia uidemus, ꝙ ad faciendū quē malęfidei poſſeſſorem, debet denūciari ante contractū, & non ſufficit, ꝙ poſt cōtractum fiat durante præſcriptione. ita dicit do. Io. de Graſſis, in c.ſi.diligēti.extrà de præſcrip.ibi.l.ſi fundū.& alleg.l.pe. cū ibi not.per gl.ff. pro empto. ita ſcripſi ſub eo in meis recollectis. multò ergo minus operabitur dicta proclamatio interruptionem. Tertiò, quia dicta præſcriptio xl.anno.& ſimiliter præſcri. xxx.anno. cum ſint me-

rē odioſe,non interrumpuntur, niſi per citationem. ut l.omnes. & l.ſicut. & l.cū notiſsimi. C.de præſcript.xxx.uel xl.anno. Et ita fuit apūctatū & ordinatum per dominos meos parlamēti in d. cauſa laudimiorū uoyronis nō fuiſſe interruptā dictam præſcriptionem xl.anno. cōtra fiſcum, per dictā præconizationē. ¶ Verum quia ſuprà aliqua dixi de interruptiōe præſcriptionis,pro
2 pleniori declaratione*, dic, ꝙ quædam eſt præſcriptio totaliter odioſa, quia eſt introducta principaliter in odiū illius contra quē præſcribitur,ꝓpter eius negligentiā,ut in præſcriptione xxx.uel xl.ann.ut l. fi.in fi. C.de annali exceptiōe. & iſta præſcriptio interrūpitur per ſimplicem citationem.ut l.omnes ſicut.& l. cum notiſsimi.C.de præſcriptione xxx.uel xl.anno. Quod intelligo de citatione illa,cum cauſa facta, ita ꝙ ſaltē in prima dicta citatione ipſe reus fuerit inſtructus & certificatus de cauſa,propter quam citatur, aliàs ſimplex citatio non operaretur interruptionem,per ea,quę dixi ſ.quæ. cccclxxxviij. Et eſt ratio,quia illa præſcriptio cauſatur ex negligentia nō petētis,qua negligētia ceſſante ceſſat ipſum cauſatum, hoc eſt, ipſa præſcriptio.
3 * Quædam eſt præſcriptio quæ procedit in bonis mobilibus, cum iuſto titulo & bona fide, ut eſt uſucapi.& iſta eſt merè fauorabilis,nec cōtinet aliquid odii,

cum in fauorem præſcribentis ſit introducta:& iſta non impeditur per litis conteſt. & multominus per citationē: & ideo eſt neceſſaria ſententia diffinitiua. ut l.ſi poſtacceptū.ff.de rei uen. & l.ij. §.fi.de uſucapio. pro emptore. Cuius ratio eſt, quia per litis conte.uel citationem, non ceſſat cauſa præſcribēdi,hoc eſt,
4 fauor. Alia* eſt præſcriptio partim odioſa, & partim fauorabilis, ut illa quæ procedit cū iuſto titulo & bona fide in rebus immobilibus per decem annos inter præſentes,& xx.inter abſentes.ut l. fi. C.de præſcript.longi tēporis. Et in hoc eligitur quædam media uia:ut nō interrumpatur per citatiōem ſimplicem: ſed per litis conteſta.ut l.more. C. de rei uendica. Quædam eſt præſcriptio, quæ currit ſui natura,non conſiderato odio uel fauore:uel actio redhibitoria,uel quanto minoris. & iſta interrūpitur per litis conte.uel per oblationem precum ipſi principi. ut l.j. & ij.quando libellus princip.da.litis conteſt.faciat. Et de hac materia interruptionis, uide per Barto.in l.cum quis.§. ſi quis pro reo.ff.de ſolutio.Et de hac materia interruptionis,aliquas quæſtiones tetigi ſ. in hac
5 eadem quæſtiōe.* De qua ergo interruptione loquitur tex. in l. fi.ff.de eo, per quem factū erit. certè non de præſcriptione xxx. uel xl.an. quia tempore iſtarum legum iſtæ præſcriptiones fue-

rant incognitæ.ut notatur per glo. ordinariam in l. qui occi- dit. §.j.ff.ad leg.Aquil.& l.Iulia nus.aliàs incipit, non ſolum. ff. ex quibus cauſis mai. & in auth. ut eccle.ro.gau. priuile.centum anno.in princ.col.ij. Dicendum eſt ergo,ꝙ dicta l.fin.de eo,per quem factum er.inquantum di- cit, quòd res fuit tempore omiſ ſa, loquitur de præſcriptione x. uel xx.ann.uel de uſuca.propriè c ſumpta,quæ non interrumpitur per litis conteſt.ut patet ex præ miſsis.in eo uerò ꝙ dicit dicta l.fi.ff.de eo,per quem factum er. actionem ex tẽpore fuiſſe amiſ- ſam: loquitur de præſcriptione illarum actionum quę ſui natu-
6 ra currũt,ut prædictũ eſt.¶* Sed dubitatur utrũ per interruptio- nem præſcriptionis ipſa actio ſit perpetuata.ſuper quo dic, ꝙ per talem interruptionem talis præſcriptio facta per citatiõem ſimplicem,actio non perpetua- tur in xl. annos,ſed ſimpliciter interrumpitur ipſa præſcriptio, & erit neceſſe,ut ex die citatio- nis inchoëtur noua præſcriptio talis,& tanti tẽporis,qualis erat prima. Sed ſi per litis conteſta. eſſet facta interruptio præſcri- ptionis, tunc actio perpetuatur uſque ad xl.annos.& ita ex parte litis conte.uel eo tempore,quo partes tacuerunt,erit neceſſe,ꝙ currat noua præſcriptio xl.ann. ut l.fin.C.de præſcriptione xxx. uel xl.ann. & uide quæ.not.per glo.& Barto.in d.l.cum notiſsi-

7 mi.in princi. ¶* An per ſenten- tiam arbitri interrumpatur præ ſcriptio? dic ꝙ ſic,per l.pe.C.de
8 arbi. ¶ Sed an ſint aliqui* caſus,
b in quib9 ceſſet pręſcriptio? b dic ꝙ ſunt xij.caſus & ultrà,quos po nit glo.in c.cum non licet.extrà de præſcript.¶ Sed an pacto uel ſtatuto poſsit tolli præſcriptio: uide quæ plenè ſcripſi s.quæſti. cccclx.¶ De materia pręſcriptio num[c] (in aliis tamen terminis) uide quæ plenè dixi s. q. ccccvj. & ccccvij.& ccccviij. Et de præ- ſcriptiõibus,an,qualiter & quã- do currant cõtra pupillum, uel adultum, uide quæ dixi plenè s.
9 quæſtione xxxj.* An in præſcri- ptione libertatis contra ſerui- tutem, uel liberationis contra obligationem requiratur bona fides? aliqui doctores dicunt,ꝙ non:per l.ſequitur. §.ſi uiam.ff. de uſucap. & dicunt in hoc non eſſe correctum iusciuile per ius canonicum.& ita uidetur tene- re Innocentius,in capitulo,non extrà. de præſcriptio. & Bartol. in dicto §.ſi uiam.Sed dominus meus dominus Ioãnes de Graſ- ſis in dicto capitulo,ſi diligen- ti. de præſcriptio. in recollectis meis tenet,quòdimò requiritur bona fides de iure cano.allega. dicto capitulo fin. extrà de præ- ſcrip.uide tamen,quæ circa hoc
10 plenè dixi s.q.cxcix. ¶ Sed * an in hac materia pręſcriptionum mala fides authoris noceat ſuc- ceſſori? dominus Ioannes de Graſsis in dicto cap.ſi diligenti.

in

in gloſſ.bona fides. ibi.l. ſi quis emptionis. colligit ex illa gloſſ. quòd in pręſcriptione longi tẽporis requiritur bona fides authoris.aliàs nocet ſucceſſori.ſecus in pręſcriptione longiſsimi
d tẽporis.[d] Ratio(dicit ipſe) quia de iure ciuili in præſcriptiõe lõgi tpis, requiritur bona fides.l. fi.C.de præſcriptione lõgi temporis.in pręſcriptiõe autem lõgiſsimi temporis,nõ.Ex quo ſequitur,quòd cum de iure canonico indiſtinctè ad pręſcriptionem bona fides requiritur, per text.in dicto c.ſi diligenti. mala fides authoris ſemper nocebit ſucceſſori.quod eſt uerum ſecũdum dominum Anto.de But. in ſucceſſoribus uniuerſalibus: qa tenentur ad exonerandum cõſcientiam defuncti.ut in c.fi. extrà de ſepulturis. in particularibus autem,ſecus.Ita intelligitur Dyn.in c.poſſeſsor.de reg. iur. Ita dicit dominus meus dominus Ioannes de Graſsis: ubi ſu-
11 prà. ¶*An corrigantur hodie l. ſicut.& l.omnes.C. de præſcrip. xxx.uel xl. anno. per capitulum malæ fidei poſſeſsor. de re. iur. lib.vj.& c.fin.extrà de præſcript. uide,quę plenè dixi ſuprà quęſt. cxcix.Et ibi an iuramentum impediat præſcriptionẽ. An iudex debeat admittere præſcript. ſi pars nõ opponat de eadem, uide quæ plenè ſuprà dixi, quæſti. ccxxj. Et quia ſ.uiſum eſt qualiter præſcriptio xxx.uel xl. anno. quæ eſt merè odioſa, interrumpitur p ſimplicẽ citationẽ.ut d.l. cum notiſsimi. quia *illa ſolum* currit ex mera *negligentia* non petentis:ſed qd de pręſcriptione,quę inducitur à ſtatuto curię, uel ciuitatis,puta ſtatuto præſentis patriæ parlamẽti, & aliarum curiarum pręſentis patrię?cauetur q debitor poſsit redimere pignora infrà quatuor menſes à die liberationis,quando debitũ eſt de maiori ſumma,& q lapſo tempore non audiatur. debitor infra dictum tempus non redemit,ſed citari fecit creditorẽ infra tempus redimendi receptu-rum debitum,an interrumpatur præſcriptio dictorum quatuor menſium datorũ ad redimendũ pignora. doct. non mouent hãc quæſtionem,quod uiderim.Tamẽ crederem prima facie,quòd interrumpatur talis præſcriptio quatuor mẽſium, per ſimplicem citationem:eadẽ ratione interrumpitur pręſcipt.xxx.uel xl.an. quæ cauſatur ex negligẽtia quæ ſimiliter interrumpitur ſola citatione:per d.l.cum notiſsimi.& præmiſſa poſſunt colligi ex dictis Iac.de Aret.& Iac.de But.in d.l.ſicut.& d.l.fin. de eo per quẽ
12 factum eſt.¶*Vlterius circa materiam interruptionis præſcriptionis:quæro nũquid interruptio facta in debitore principali,porrigatur ad fideiuſſo. gl. quòd non, in l.cum quis.§.quis pro reo.ff.de ſolu.& idem ibidẽ Bart.uide Cy.in l.fin.C. de duo. reis ſtip. Et de materia interruptionis,

ptionis,uide per Bar.in d.§.ſi qs
13 pro reo.¶* Quæro ulterius circa hanc materiam præſcriptionũ, an præſcriptio uel uſucapio
e aliquo caſu dormiat.[e] Certè de præſcriptione dormiente non habemus in iure expreſſum in præſcriptione xxx.ann.in l.ſicut. de prçſcriptione xxx.uel xl.an.ſ. all. Tamẽ de iure canonico uidetur, ꝙ talis præſcriptio dormiat tempore hoſtilitatis,& exercitus armorum, ſi tantus eſſet exercitus, quòd iura in ciuitate non redderẽtur. ut in c. ex trãſmiſſa. extrà de præſcrip. ueruntamen Inno.ibi dicit,quòd iſtud eſt etiam uerum, de iure ciuili: nihil tamẽ allegat. Quod iſtud tamen poſsit eſſe uerum, uidetur probari.C.de fun.limi.l.fi. li. 11.habemus etiã caſum expreſſũ hodie in illa conſtitutiõe extrauaganti Fed.Imperatoris de pa. Conſtan. Et aduerte,quòd licet in alijs caſibus quis impediatur agere:præſcriptio tamen currit
f contra eum,ſed reſtituitur:[f] ut in tit.ex quib cau.maio.per totum. maximè,in l. ſed ſi per prætorẽ. §.ſi fortè.tamen iſto caſu,id eſt, in iſta præſcriptiõe xxx.an.ipſo iure nõ currit:ſed dormit:quod eſt notab. idem fortè dicendum eſſet eadem æquitate de tẽpore mortalitatis, quando eſt tanta mortalitas, quòd ius non reddatur,quòd illo tẽpore præſcriptio dormiat.ar.d.c. ex trãſmiſſa. illa enim hoſtilitas Dei eſt fortior,ꝙ̃ hoſtilitas hominũ.Idẽ etiam reperio,quòd prçſcriptio dormiat contra eccleſiam uacãtem.ut extrà c. j. & iij. quia licet eccleſia habeat œconomũ,tamẽ uacare dicitur:ut ibi no.Et ideo poſſet fortè dici, quòd uacante imperio, nõ currat præſcriptio cõtra eum, licet in adminiſtratiõe ſuccedat eccleſia: quia tẽpus uacatiõis debet ſubduci de medio.Item non currit præſcriptio tẽpore ſchiſmatis,ut in c. fi. in fi. extrà de præſcriptio. quod eſt ar.tẽpore ſchiſmatico imperij,contra ipſum nõ currit præſcriptio.& ita not.in l.naturaliter.ff. de diuer. & tempor. præ-
14 ſcrip.p Bart.¶* Sed quæro,quo tempore præſcribatur officio iudicis?habes gl.in d.l.ſicut.ſup uerbo perſecutione.quç uult ꝙ
g non præſcribatur niſi xxx.ann.[g] Sed eſt alia gl.contraria,quæ dicit,quòd præſcribitur triẽnio.in l.ſequitur.§.fructus.ff.de uſuca. & ibi uide Bar.& Cy.in l.ancillç.
15 C.de furt. ¶* An exceptio præſcript.xxx. an.impediat litis cõteſta. Bar.dicit quòd ſic,per tex. in d.l.ſicut.circa fi.ibi,nullæ mouendi &c.Et ita Bar.in l.fi.ff.pro ſuo. Tertius poſſeſsor præſcribit hypothecaria actiõe aduerſus creditorẽ præſcript.lon.tẽp. in l.j.C. ſi aduerſus creditorem. quod intelligo uerũ de creditore priuato:quia ſecus crederẽ in eccleſia,uel minore ius hypothecæ prætẽdẽte:per auth. quas actiones.C.de ſac.ſan.eccle.iuncta l.fi. C.in quib.cauſ.in integr. reſt.

reſt.non eſt neceſſaria.& l.ſicut. C.de præſcript.xxx.uel xl.anno. De materia præſcriptionum in actiõibus criminalibus uide gl. & doct.in l.querela. C. de falſis. ¶ Quæ ſunt neceſſaria ad præſcribendum ſeruitutẽ. uide Bar. in l.j.§.denique.ff. de aqua plu. arc. Vtrũ res eccleſiæ quæ ſubſunt Papæ, gaudeant præſcript. centum ann. uide quæ dixi ſ. q. cxxxvj. Vtrum & qualiter poſsit præſcriptio quæri circa ius exigendi uectigal.uide Bart. in l. ſi publicanus.§. fin. ff. de publica.

16 ¶ * An excõmunicatus præſcribat durante excommunicatione? Hoſt.in c.cum non liceat.de præſcript.tenet quòd non. quia ipſe eſt quaſi mortuus,in authẽ. de priuile.dotis. circa medium. colla.viij. contrarium tamẽ notauit ipſemet Hoſt. extrà de off. deleg.in c.prudentiam.§. ſexta. quem ibi uide. ¶ Si fiſcus bona annotata non petat infra xx.an. an lapſu ipſorum xx.ann. ſit excluſus?uide gl.in l.pe.C.de requirendis reis. An titulus inualidus præbeat cauſam præſcribendi? uide quæ dixi ſ.q.clix.circa mediũ.ibi,plus dixi.Hoſt. ¶ An tẽpus trium anno. de quo in l. ij. C.de iure emphyteutico. currat cõtra pupillũ,& qd de adulto.uide quæ plenè dixi ĩ.q. ccccxxxv.

a ¶ Glo.contrariæ. *Aduerte quòd in rebus patrimonialibus principis, locum habet præſcriptio xl.ann.ut no. per gl.in l.j.C.ne rei do.& hoc in caſibus in quibus currunt præſcriptiones triennij,x.xx.xxx.anno. contra aliũ.nã in alijs in quibus minora tẽpora ſpecialiter ſtatuuntur, illa ſeruãtur in fiſco:qui in alijs, ut in tempore ad appellandum, in redhibitoria, & in alijs minoribus præſcriptiõibus.ar.ff.de diuer.& tẽ.præſcr. l.in omnibus.itẽ niſi reperiatur aliud tempus ſpecialiter in caſibus ſpecialibus in fiſco ſtatutum,quod quãdoque reperitur.ut C.de fun.rei priua. eum qui.Et de fun.patri.l.fi.de decu. l.eũ qui ſen.in fiſ.latis non retractãt. l.j.C.ne rei do.uel tẽplo.& iſta uerificatur in iam quæſitis:in acquirendis autem cõſideratur, an quis poſſideat eum tit.& præſcribit mobilem triẽnio rem:immobilem x.ann. ff. de uſuc.l. Et dico x.& nõ xx.quia fiſcus debet ſemper præſens reputari.l.j. cũ ibi not.C.de quadri.præſcrip. Aut ſine titulo: & tũc aut fiſcus admittitur contra ius commune, & eo caſu ſi poſſeſſor uult computare tempus à tempore,quo bona fuerunt denũciata præſcribi quadriẽnio:ſi à tempore quo fiſcus incipit ius habere xx.ann. ut ff. de iur. fiſci. l. j. §. præſcriptio. Aut de iure cõi, & tunc uidetur, ꝙ requiritur præſcript.xl.ann.ut l. oẽs. C.de præſcri.xxx.uel xl.an. in rebus autem concernentibus ſtatum imperij,uel ſuperioritatem,uel tributorum rationem,non currit præſcri.tẽporis cuiuſcunque. C.de præſer. xxx. ann l.competit.extrà de præſcrip.cũ ex officij.& c.cum non liceat. Et ſimiliter in reſeruatis eccleſiæ in ſignũ uniuerſalis dominij:ut not.glo.in cle. agrot.lib.vj.Sed contra alias res publicas principis, nõ uidetur quòd teneat*

neat præſcriptio hodie,niſi centũ an. ſicut nec cõtra eccleſiam Romanam. ut l.ſina.C.de ſacroſanct.eccle. Quia quo priuilegio gaudet eccleſia Romana,in præſcrip.gaudet imperium : ut ſentire uidetur gl.in c.mulum.in authen. de non alienãdis aut permutãdis.§.ſinimus igitur.collatiõe ſecũda.

b ¶Ceſſet præſcriptio. *Vide domi. Gofre.in ſumma, in tit.de præſcri. in §.item exigitur.*

c ¶Materia præſcriptionum. *De hac materia præſcriptionum,uide in tract.domini* Bal. *de Vbaldis de Peruſio.* Et *per domi.* Petr. *de Ferra.in ſua practica de forma reſponſiõis rei conuenti.in gloſ.præſcriptionis.*

d ¶Secus in præſcriptione longiſsimi temporis. *Iſtud ſentire uidetur gl.xvj.quæſt.iij.in c.placuit. in §. q ſi ab eo.in uerſ.continuare.in fi.*

e ¶Dormiat. *Caſus in quibus impeditur præſcriptio, enumerantur per do.Gof.in ſumm.in tit.de præſcri. in §.ſunt & quædam.*

f ¶Sed reſtituitur. *Quo ad hoc uide do.Gof.ibi.ſ.in præ.§.ſunt & qdam.in uer.impedit præſcriptionem, quo ad effectum.*

g *Niſi xxx.annis. *Limita iſtam regulam, quæ habet quòd officio iudicis præſcribitur xxx.an.ut procedat, quando officiũ iudicis habet cauſam ex iure de præterito:ſecus ſi ex iure, q in futurũ ſemper inſtat: quia cum iſtud officiũ ſemper naſcatur.in quo duret poſt xxx.an.* Ita *not.d.Iaſ.in l. prætor ait.§.ſi aliquando.col.iij.uer. in ulti.parte.poſt Bar. & alios quos ibi refert, & ſequitur.ff.de ope. no. nun.per theoricã gl. quã reputat uo. in l.ij.ĩ gl.magna.C.de ſer.& aqua.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an teneatur recognoſcere toties quoties fuerit per dominum requiſitus.*

2 *Creditor tenetur dare quittantiam toties, quoties fuerit à debitore requiſitus.*

QVAEST. CCCCXVII.

DOMINVS directus petit à ſuo emphyteuta, quòd ſi recognoſcat annuũ cenſum ſuper tali re: emphyteuta uero dicit, quòd eſt paratus anno quolibet ſoluere cẽſum:ſed dicit ſe nõ teneri recognoſcere. Quæritur,quid iuris? & uidetur primò, q dominus directus bene petat: qa qs debet facere,quod alteri prodeſt, & ſibi nõ nocet. l.ſi creditor.ff.de euiction.Item pro hac parte facit [a] in ſimili.l. plures apochis.C. de fide inſtru. In contrarium uidetur,quòd nõ teneatur emphyteuta recognoſcere:ſed quòd ſufficiat ſibi cẽſum annuum ſoluere:quia ſolutiõe eius,quod debetur,tollitur omnis obligatio. & nullæ reliquiæ obligationis remanẽt: inſtit.quib.mod.tollitur obliga.in prin. Item debet ſibi imputare dominus,ſi ſibi ſup hoc non capit,dũ res fuit in emphyteuſim tradita:uel aliàs ſibi recognita, in eo quod nõ facit emphyteutam obligare ad recognoſcendum toties,quoties fuiſſet requiſitus. Pro quo facit l. Modeſtinus.ff.de ſolut.& l.ij.ff.de hære. uel act.uẽ. Veritas tamẽ eſt iſta, quòd

ꝙ iſte emphyteuta debet cognoſcere, etiam ſi ad hoc recognoſcendum ſpecialiter non ſe obligauerit. ꝑ quo facit §. emptoribus. in authen. de non alie. rebus eccleſi. & eſt glo. in authẽ. ſi quas ruinas. C. de ſac. ſan. eccl. ſuper uerbo, detur. ibi, debet fieri renouatio. & faciũt etiam rationes ſ. in prin. præſentis quæſtiõis deductæ & allegatæ. & ita a ſeruat iudicando in dicta curia parlamenti prout ſepiſsime uidi.

2 * Ad idẽ ſernat etiam ipſa curia parlamenti in debitore, qui ſoluit & petit inſtrumentũ quittãtiæ de ſoluto ſibi per creditorem fieri. & pro hoc facit l. ij. in §. fi. C. de quadriennii præſcript. argu. à contrario ſenſu, quod eſt fortiſsimũ in iure. l. j. §. eius rei. ff. de offi. eius cui eſt manda. iuriſdict. ¶ De recognitione fienda per tertium poſſeſſorem, uide quæ dixi ſ. quæſtione xlij.

a ¶ Parte facit. *Adde l. forma. ff. de cẽſ. & l. iij. §. eſt autem perſonaliter. ff. ad exhiben. & l. ſi uiua. §. ſi plures. ff. ad l. Aquil. & l. Titius hæres. ff. de act. emp. & uend. & authẽ. de mã. prin. §. coges autẽ. in prin. col. iij.*

SVMMARIVM.

1 *Saluamguardiam infringẽs, qua pœna puniatur.*

2 *Saluaguardia an poßit concedi in territorio alieno.*

3 *Saluaguardia à quo detur, & quãto tempore duret.*

4 *Saluaguardia pro eundo, an intelligatur etiam data pro redeundo.*

5 *Saluuſconductus datus hoſti, an debeat ſeruari.*

6 *Pars poteſt petere ſecuritatem ſibi præſtari à Iudice.*

7 *Facere contra ſecuritatem quando quis uideatur.*

QVAEST. CCCCXVIII.

SVPRA, in queſtione lvj. dixi, quod d ſaluaguardia Delp. non tollit iuriſdictionem.

1 * Sed modo quæro in quam pœnã incidit ille, qui infringit a talẽ ſaluãguardiam Del. uidetur quod incidat in crimen læſæ maieſtatis: per tex. in l. j. in princ. ibi, uel aduerſus ſecuritatem eius committitur &c. ff. ad l. Iul. maie. cuius pœna eſt capitalis: ut l. iij. in prin. ff. eo. tit. & confiſcatio bonorum. l. quiſquis. C. eo. quamuis tex. uideatur, quod flammis comburatur: in l. j. C. de nili aggeri. non rũ. Et alibi uidetur tex. ꝙ debeat ultimo ſupplicio puniri. arg. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccl. confugiunt. Alii dicunt, quod ad duplum damni. arg. l. Chriſtiani. C. de paganis. Sed dic, quod punitur extraordinarie, cum certa pœna non ſit ſtatuta: iuxta l. j. ff. de effra. & expila. & facit l. hodie. ff. de pœnis. Non obſt. d. l. j. in prin. ff. ad l. Iul. maie. q̃a loquitur in eo, qui ſecuritatem publicã uiolauit. ar. in feu. de cle. uio. pa. in §. ſi quis. Nõ obſt. etiam d. l. C. de nili aggeri. non rumpen. quia loquitur in alio caſu. Et ita de iure per premiſſa, ac etiam de ſtylo dictę curiæ parlamenti Delphi. ſeruatur, quod infringentes ſaluãgardiam

diam Delphin. extraordinariè, arbitrio curiæ ſecundum qualitatem perſonarum, & atrocitatem
2 tem delicti, puniũtur. ¶ An* ſaluagardia poſsit concedi, in territorio alieno? Dic φ non, etiã tempore guerræ. l. cũm ſæpè de eroga. mili. annonæ, li. xij. & ponit Gui. de Cu. in l. illicitas. C. ne potẽtiores. ff. de offi. præſi. ¶ De materia ſecuritatis, quando petitur ab illo, qui dubitat offendi: uide in l. quę bona. §. quoniã. ff. de damno infecto. per Bart. & per Cyn. & doct. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle. con- a
3 fugi. Et à quo ſit* danda, & quãto tempore durat: uide authenticum, de manda. princip. in §.
4 ſed neque. collatio. iij. ¶* Si detur ſecuritas pro eundo, an cenſeatur eſſe data pro redeundo? dic quòd ſic, ut ponit dominus
b Barto. in l. nullam.[b] C. de nauicu. li. xj. & in l. j. ff. ad l. Iul. maie.
5 ¶ *Sed quid de ſaluoconductu: ſi ſit datus hoſti domini noſtri Delphin. uel alterius principis, utrum debeat ſibi ſeruari? dic φ ſic. xxiij. q. j. c. noli. & tenet gloſ. in c. offerebat. xxxiij. q. vij. quod eſt notandum. ¶ Sed quid de diffidamento? uide quę dixi ſ. q.
6 cxcj. ¶* Si quis dubitet offendi, poteſt adire iudicem, & petere ſecuritatem ſibi præſtari. doct. alleg. tex. in l. denunciamuss. C. de his qui ad eccl. confug. Et ibi materia ſecuritatis per Cyn. &
7 docto. ¶* Quæro, quando quid contra ſecuritatem uideatur facere. Reſpondeo, aliquid mali mihi faciendo, uel inferendo, de quo dic ut no. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. & per Cyn. & doct. in d. l. denunciamus. C. de his, qui ad eccl. confug. Alij dicunt, quòd ille dicatur frangere ſecuritatem, qui per ſe uel per alium damnum dat. argum. ff. de uerb. ob. l. ſtipulatio iſta. §. j. ij. & iij. & ff. loca. l. j. ¶ De materia ſecuritatis, & diffidamenti, & multis quæſtion. uide plenè per Io. An. in nouel. de homici. in c. j. libro vj.

a ¶ Infringit. *Circa hunc articulum uidetur dicendum. Aut quis infringit ſaluam gardiam datam à principe, ſeu eius magno conſilio, ſiue eiuſdem in hac patria, aliàue qualibet locũ tenente: & tunc incidit in crimẽ læſæ maieſtatis: & ſic pœna legis Iuliæ maieſta. & uenit puniendus. ut colligitur ex ſcriptis d. Pau. de Caſtr. in anti. ij. par. conſi. ccccxxij. in vj. colũ. in uer. contrarium. iuncto uerſi. item dictus. Aut infringit ſaluam gardiã datam ab alio quàm à principe, ſeu eius magno conſilio, ſeu eius locumtenen.* Et *aut offendit perſonam aut bona.* Primo *caſu, aut occidit, & tũc plectitur pœna mortis.* Aut *uulnerat, & tunc mutilatur, aut aliàs iniuriatur: & tũc pœna pecuniaria mulctatur, ut in lib. feud. de pa. tenen. §. ſi quis hominẽ. & §. ſi quis aliũ. & §. ſeq.* Secũdo *aũt caſu, cum certa in hoc caſu nõ uidetur pœna determinata, iudicis arbitrio punitur: ut l. j. ff. de effrac. & expila. & l. hodie. ff. de pœ. Et uide in ma. d. Guli. de Cun. in tra.*

*tra.ſecul.circa finẽ.& do.*Bart.*in l. j.ff.ad legem* Iuliam *maieſtatis. & in l.iij.§.transfugas.ff.de ſica.*

b ¶L.nullam. *Adde* Bart.*& doct.in auth.habita. in j.col.uerſicu. quaro iſtud priuilegium.C.ne filius pro pa. & per* Abb.*in cap.quia diuerſitatẽ. de conceſſ.praben.*

SVMMARIVM.

1 *Delatus ex confeſſione facta coram Iudice remittente, an poſſit puniri per Iudicem, cui remittitur, non facto nouo proceſſu.*

2 *Executio rei iudicata, utrum & quando poſſit impediri.*

3 *Exceptio omnis, qua non repugnat ſententia, poteſt opponi poſt ſententiã, qua tranſiuit in rem iudicatam.*

QVAEST. CCCCXIX.

Ex confeſsione facta per delatum coram iudice remit-
1 tente, non poteſt delatus * condemnari per iudicem cui fit remiſsio : ſed debet fieri nouus proceſſus, cum talis cõfeſsio coram non ſuo iudice facta, ſit nulla. ita tenet Bart. in l.diuus.ff.de cuſt.reo.& in l.magiſtratibus. ff. de iur.omn.iudi.dicit etiam Bal. idem, quòd proceſſui coram inquiſitore formato iudex, cui remittitur hæreticus, nõ habet neceſſe ſtare: ſed poteſt talis iudex, cui remittitur delatus, facere nouum proceſſum, & ſecũdũ quod ei uidebitur, delatum punire : ut in authent.de ſan.epiſc.§.ſi uerò crimen.collat.ix. Et ita ſeruatur tam in præſenti curia parlamẽti, quàm in cæteris curiis Delphin. præſentis patriæ: licet Salyc.uidetur tenere contrarium, in l.ea quidem.C.de accu.in q.decima, quæritur, &c. confeſsio tamẽ facta coram iudice remittẽte, operatur duos effectus, ut plenè dixi ſuprà q.ccij.in fi. & idem dicit ipſe Sal. quòd in cauſis ciuilibus iudex requiſitus non debet cognoſcere de uiribus ſẽtẽtiæ iudicis requirentis. allegat ipſe l. properandũ.§.ſin autem reus.C. de iudiciis. cũ ibi not. per Pe.& Cyn.l.à diuo Pio.in §.j.ff.de re iu.& ibi per doc.ſuper hoc tamẽ uide, quæ plenius ſcripſi infrà q. cccccIxxiiij.tamẽ hoc caſu curia ipſa conſueuit citari facere partem, uiſurã prouideri ſuper expeditione petita, ut curia prouideat circa modum exequendi.
2 ¶*Vtrum & quando impediri poſsit executio rei iudicatæ: uide Spec.in tit.de exce.rei iud.in §.poſtremò. & ibi ponit xvij.caſus, in quibus impeditur execu-
3 tio ſententiæ.*Circa hanc materiam, attende ad hanc regulam, quòd omnis exceptio quæ non repugnat ſẽtẽtię, poteſt opponi poſt ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam.l.j.C.de iu.& fac.ign.& l.ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa.& l. elegãter.§.ſi quis poſt.ff.de cõdi.inde.no.Ang.de Are.inſt.de act.§.ſed ſi qs.in fi.& ibi dicit ipſe Ang.de Aret.quòd exceptio, ne quis conueniatur, niſi inquantũ facere poteſt, opponi poteſt etiam poſt ſententiã quæ tranſiuit in rem iudicatã.l. ex diuerſo.§.fin.cum l.ſeq.& ibi

Bart.ff.ſo,ma.& idem Barto.in l. Neſennius.ff.de re iudic. ¶De materia impediēdi executionē, uide Pe.Ia.in ti.de actióne in factum,ex re iudi.in fi.[a] ¶De materia executionis ſententiæ latæ in alieno territorio,uide quę dixi ſuprà quæſt.xxiij.&c.

a ¶In fine. *Voluit allegare.in uerſic. item ſiue agatur.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum à Principe, quòd ſententia non mandetur executioni,donec de meritis cauſæ reuiſionis fuerit cognitum,an ualeat.*

QVAEST. CCCCXX.

In hac curia parlamenti ſeruatur de ſtylo diſpoſitio authen. quæ ſupplicatio.C.de prec.Imp. offer.ita, quòd ſententiæ in ipſa curia parlam. prolatæ ad inſtar. præfecti prætoris, mādātur executioni, non obſtante ſupplicatione ſuper reuiſione ſententiæ oblata,ſi uincēs caueat:iuxta diſpoſitionē d.auth.quæ ſupplicatio. ¶* Sed pone, quòd uictus obtinuit reſcriptū à principe, quòd ſententia non mandetur executioni,donec de meritis cauſę reuiſionis fuerit cognitum: an ualeat tale reſcriptū? Dic,quòd nō, quòd contra conſuetudinem[a] & ſtylum ipſius curiæ parlamenti. & pro hoc facit tex.ſecūdū doc. in l. probatorias. C. de diuerſis officiis.lib.xij.& facit authen.ut diuinæ iuſsiones.§.fi.col.v.Item, quia cōtra iuris diſpoſitionem, in d.auch.[b] quæ ſupplicatio.ideò non ualet dictū reſcriptum.l.reſcripta.C.de preci.Impe.offe.Et ita ſeruat ſtylus præſentis curiæ parlamenti:quia à xxx.annis citra & ultra uidi reſcripta emitti à rege Carolo,tunc Delphino,& conſequenter à domino noſtro Delphino:in quibus mandabantur ſuſpēdi executiones aliquarum ſententiarū dicti parlamēti, uſque ad finē cauſæ reuiſionis. Sed ipſa curia parlamenti nunquam uoluit obſeruare talia reſcripta, contra ius & ſtylum huius curiæ edicta, ſed talibus reſcriptis non obſtantibus ſemper fuerūt tales ſententiæ mandatæ executioni. ¶De materia dictæ auth. quæ ſupplicatio. uide quæ plenè dixi ſuprà quęſt.l.& ccccix. ¶Quę impediant executionem curiæ parlamēti, & quæ nō:uide quæ ſcripſi ſ.q.l,& q.xcvij.

a ¶Conſuetudinem. *Reſcriptū contra ius commune uel utilem conſuetudinem non ualet:quia præſumitur ſurreptitium: niſi in eo de ipſis fiat mentio cum clauſula, non obſtante. ſecundum do.*Bald.*in l.omnes.iiij.q. C.ſi contra ius uel uti.pub.*

b ¶In d.authen. *Per hoc tamen non minus ualet reſcriptū,cum tantummodo immineat,ſeu generetur parti præiudicium moratorium:per not.in l.quoties.C.de preci.*Impe.* offer.Sed ideo non ualet: quia ut prætangitur contra conſuetudinē & ſtylum curiæ,quæ in hoc fortè fundatur,quòd quando reſcriptū impetratur, debet pars citari,quæ exinde poſſet lædi.gl. in lege,ita diuus.ff.de adop.&* Bar. *in lege adoptio.eod.ti.*Et hæc procedunt

dunt, niſi princeps in reſcripto utere-tur plenitudine poteſtatis.d. Alexan. prima parte, conſil.ij. in v.columna. uerſi.& non dubium.& d.Bald.in prædi.l.nam ita diuus.in j.q.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an poſſit conueniri corã di-uerſis iudicibus, pro eodem debito.*

2 *Iuriſdictio delegati perpetuatur per ſolam citationem.*

3 *Debitor conuentus coram duobus iu-dicibus pro eodẽ debito, adhibitis à creditore literis cõpulſorijs, an poſſit petere ſe remitti ad primũ iudicem.*

4 *Præciſarum literarum ſpecies.*

QVAEST. CCCCXXI.

CREDITOR quidam de diœceſi Grationop. citari fe cit, & in ius uocari debitorẽ ſuũ coram domino officiali Gratio-

1 nop. corã quo domino* officiali fecit talis creditor eius petitio-nẽ, deinde ipſe creditor dictum ſuũ debitorẽ citari fecit pro ea-dem cauſa corã domino iudice maiore Grayſiuodani, qui debi-tor cõparet coram dicto iudice Grayſuodani, & petit ſe remitti corã dicto domino officiali, di-cens, quòd pro eodẽ debito fuit primo cõuentus corã dicto do-mino officiali.& ſic ubi cœptum eſt iudiciũ: ideo ibi finẽ ſumere debet.l.acceptum. ff.de iudiciis. cum ſi.creditor uerò replicat, ꝙ coram dicto domino officiali lis non fuit conteſtata:& ſic nõ de-bet dici iudicium cœptum: ut in auth.de litigio. & faciũt ea, quæ legũtur,& no.in l.ſi conuenerit. ff.de iu.om.iudi.Credo tamẽ di-ctam cauſam & partes corã dicto officiali fore remittendas: licet corã eo non fuerit lis cõteſtata, & cauſam coram eo fore termi-nandã. Pro quo adduco tex.in l. tam collatores. in §.quoniã ue-

a rò.a ibi, cõuentione quæ oblata, &c.& ibi negotiũ ex priore agni tione prioreq; cõuentione,&c.

2 C.de re mili.libro xij.* Et ex illo textu dicũt aliqui, quòd iuriſdi-ctio delegati perpetuatur per ſo lam citationẽ, ita quòd mortuo delegante nõ finitur delegatio: licet cõtrarium uideatur notari per gloſ.in l.& quia.ff.de iuriſd. om.iud. ¶* Sed iuxta præmiſſa, quæro, quidã creditor citari fe-cit ſuũ debitorẽ corã domi.offi-ciali, uel coram iudice Grayſiuo-dani,& obtulit ſuã petitionẽ.Sed poſteà pœnitẽs impetrat literas cõpulſorias ab ipſa curia parla-mẽti uigore ſubmiſsionis ſuper eodẽ debito:debitor citatus co-ram parlamẽto excipit cõtra cre ditorẽ,& dicit quòd creditor pro eodẽ debito eum conuenit alibi corã officiali, uel iudice Grayſi-uodani, petendo ſe remitti corã quo fuit primò cõuentus. Quæ-ritur an ſit audiẽdus. & uidetur quòd ſic, per dictũ §.quoniã ue-rò.Contrariũ credo:quia iſta nõ eſt de exceptionibus, quæ ſecun

4 dum ſtatuta Delphi.* impediunt curſum præciſarũ, quæ ſunt ex-cõmunicationis,falſi,tranſactio-nis,rei iudicatæ,ſolutionis,præ-ſcriptionis,& pacti de nõ peten-do duntaxat, de quibus in ſtatutis

Delph. ſub rub. de cõpulſoriis & præciſis cõcedendis. ita uidi determinari in curia parlam. ipſe tamẽ debitor poteſt in alio iudicio, in quo primò fuerat conuentus, facere adiudicari ſibi & taxari expenſas ſuas, cõtra creditorẽ. ¶ Si ſtatutũ aut ſtylus curiæ non admittat, niſi certas exceptiões, ac omnes aliæ exceptiones cenſeantur prohibitæ oppo ni: uide Bar. qui ſingulariter ponit, in l. j. §. j. & l. prætor ait. §. hoc interdictũ. ff. quod ui aut clam. De officio iudicis eſt clarũ, quòd a per tale ſtatutũ non cẽſetur prohibitum implorari. l. plane. ff. de petit. hæred. De hac materia implorationis officii iudicis, uide quæ dixi ſ. q. ccccclxij. ¶ Sed quid de illo, qui conuenitur eadẽ die coram diuerſis iudicibus, coram quo debeat cõparere? uide quæ dixi infrà quæſt. cccexliij.

a ¶ In §. quoniã uerò. *Sed iſte text. loquitur in milite. et ſic uidetur ſpeciale in milite, quòd depoſita cõuentio non poſſit apud aliũ iudicẽ cõueniri: ergo in cõtrariũ eſt ius cõmune. l. ius ſingulare. ff. de leg. & ſenatuſc. pro opi. tamẽ authoris facit authen. qui ſemel. C. quomo. & quan. iudex.*

SVMMARIVM.

1 *Aggreſſores domuũ alienarũ, ſiue depopulatores, qua pœna ſauciãdi ſint.*

QVAEST. CCCCXXII.

CONTIGIT de facto, ꝙ de anno currente domini, M.ccccl x. & die xj. menſis Iunii, aliqui in magno numero gentiũ cum armis circa horam mediæ noctis, aggreſsi fuerũt ui armata quoddam caſtrũ, & ibi cœperunt ui & potentia Antoniũ Bolomerii, & eum ligatum preyſonerium quò uoluerunt tranſduxerunt. ſed poſteà eorum manus euaſit: quia impediti eum extra præſentem patriam tranſducere non potuerunt.* Modò quæritur, in quas pœnas inciderunt, & qualiter ueniant puniendi dicti delati. Credo quòd dicti delati tria delicta commiſerunt, & in eiſdem ceciderunt: quia primò commiſerunt iniuriam[a] dicto Bolomerii intrãdo domum ſuæ habitationis ipſo inuito. per tex. in l. qui domum. ff. de iniur. in qua ſua domo debebat eſſe tutus. l. j. ibi, maneat unuſquiſque domi ſuę tutus atq; ſecurus, &c. C. de præto. &c. lib. xij. & facit l. nemo de domo. ff. de regu. iur. cum ſi. Secundo, inciderunt ipſi delati in crimen legis Iuliæ de ui publica: quia ipſi aggreſsi fuerunt dictam domum habitationis dicti Bolomerii, & in ipſa uiolenter cum armis intrauerũt. hoc probat text. in §. item lex Iulia. inſtitu. de publicis iudic. & in l. j. in princ. ff. ad l. Iuliam de ui pub. Alio etiam capite, quia dicti delati in quodã nemore ſibi obligari fecerunt dictum Bolomerii in certa magna ſcutorũ ſumma, ex quo etiam ipſi inciderunt in pœnam dictæ legis Iuliæ, de ui publi. l. iiij. in princ. ff. ad l. Iuliam de ui publica. Cuius criminis pœna eſt deportatio, ut dicit text.

tex.in dict.§.item lex Iulia. loco cuius deportatiõis ſuccedit bannimentum,maximè quando fit à tota patria.iuxta l.amiſsione. §. j.ff.de capi.dimi. & habetur per Bar.in l.mathematicis.C.de epi. aud.& omnium bonorum publicatio.ut dicit gloſſ.in l.ij.C.ad l. Iuliam de ui pub.ſed hodie non publicãtur:ſed deferuntur aſcendentibus & deſcẽdentibus in crimine læſæ maieſtatis. ut in auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. ¶De materia legis Iuliæ de ui publica,uide plenè per Pet.Iaco.in titu.de actione legis Aquiliæ. Tertiò,cõmiſerũt dicti a delati crimẽ capitale triplici reſpectu. Primò, in eo quòd dictũ Bolomerii ceperunt, & penes ſe captiuatũ certo tempore detinuerunt.& pro hoc alleg.doct. text.in l.finali.C.de appa.comit. orien.lib.xij.Alio & ſecundo reſpectu ipſi inciderunt in crimen 1 carceris priuati:quia ipſum Bolomerii contra eius libertatem 3 detinuerunt, quod eſt crimẽ ca- 4 pitale.l.una.C.de priuã.carce.licet enim priuato ſit licitũ quem 5 capere, & iudici tradere.iuxta l. capite.v.ff.de adult. hoc tamen non fecerunt ipſi delati. Alio etiam & tertio reſpectu, qui dictum caſtrum inuaſerũt, & por- 2 tas ipſius caſtri effregerunt,& in idem caſtrum ui armata intrauerunt, & in eodem circa tria millia florenorum, ut aſſeritur, rapuerunt:ex hoc etiam pœnam capitalem incurrerunt, per text. in l.penult.ff.ad l.Iulia.de ui publica. Sed dicti delati, licet citati in prædicta curia parlamenti, non comparuerunt:ob quod die Lunæ,xiiij.mẽſis Iulii,anni prædicti in manibus Ioann.Albi ſecretarii Delphina.fuerunt mulctæ declaratæ contra quemlibet ipſorũ ad centũ marchas argenti fiſci ærario Delphin.applicandas:& ordinatum iteratò eos citari ſub pœna annotationis bonorum & bannimenti. ¶De forma qualiter procedi debeat contra accuſatum abſentẽ, uide infrà quæſt.ccccxxix.

¶Iniuriam. *Quin etiam iniuriam commiſerunt indebitè incarcerando, & eo nomine poteſt experiri actione iniuriarum, per quam conſequetur etiam damnum & iniuriam.domi. Alex.prima parte,conſil.xvij. in iij. col.in uer.nam etiam* Bald.

SVMMARIVM.

*Magiſtratus officium falsò aſſumentes,qua pœna puniantur:& nu.*1.
Iuramentum purgationis remiſſ.
Auxiliantes eadémne pœna plectendi,qua impietatis duces.
Bannimentum , ſuccedit hodie loco deportationis.

QVAEST. CCCCXXIII.

EVENIT caſus in hac patria Delph.qui nunquã euenisse dicitur in regno,* nec in Delph.q̃ nobilis Rodul.de Comeriis corã ſe aſsignari mãdauit per uocatũ dote ſeruientẽ generalẽ Delphi.& ſub pœna omnes dominos dictæ curiæ parla.corã ſe cõparituros in uilla Alanardi

 ad

ad diē xij. mēſis Iunii, Mileſimo quadringēteſimoſexageſimo. Et quia dicti domini de parlamento dicto die coram ipſo non cō paruerunt, eos reputauit contumaces, & certa alia expleta eadē die contra ipſos dominos parlamenti fecit, de quibus expletis conſtat iuramento tunc corā eo in manibus duorum notariorū recepto, & dicta expleta die, ubi s. iuxta aſsignata fieri fecit nobili Rodulphi, aſsiſtentibus quàm pluribus nobilibus, & plebeiis in num. lx. uel circa: cum fuſtibus & armis ipſum nobilem Rodulphi aſſociantibus ad inſtantiam & requiſitionē ipſius nobilis Rodulphi. Modo quæritur, ſi ipſe
a nobilis Rodul. deliquerit.[a] Credo ꝙ ipſe incidit in crimen læſæ maieſtatis: cum ipſe ad illa proceſſerit eius priuata authorita-
2 te:* quia priuatus in ſe aſſumens officiū magiſtratus, incidit in crimen læſæ maieſtatis, per tex. in l. iij. §. fi. ff. ad l. Iuliā maieſtatis. cuius pœna eſt ultimū ſupplicium & cōfiſcatio omniū bonorū: iuxta l. quiſquis. C. ad l. Iuliā maieſtatis. Nec obſtat, ſi ipſe nobilis Rodul. fuiſſet balliuus montiū Delphin. quia uilla Alauardi, in qua ipſe dicta expleta fecit, nō eſt in ſuo balliuatu, ſed in balliuatu domini Guliel. de curſilliōe, militis balliui, patriç baſſç præſentis patriç Delphi. & ſic ipſe nobilis Rodul. nō excuſatur de dicta pœna, quia habēs iuriſdictionē, & eam exercens ultra terminos eiuſdē, etiā capite punitur, per l. fi. C. de appari. cōmi. orien. lib. xij. Et ita ibi no. domin* Ia. Rebuffi per dictū tex. Prætereà, dicta curia parlamenti, quæ uicē præfecti pretoris obtinet, eſt ſuperior curia huius patriæ Delphi. & ſub eadem curia parlamenti, ſubſunt balliui huius patriæ. Et habet ipſa curia omnimodā coërtionē in dictos balliuos, tanquā inferiores iudices: ut eſt in hac patria notoriū. Et per cōſequēs ipſi balliui tanquam inferiores iudices, debent honorem impendere dictæ curiæ parlamenti & dominis eiuſdem parlamenti, táquam eorum ſuperioribus, iuxta l. potioris. in prin. C. de offi. recto. prouin. imò (quod plus eſt) dicti balliui in eorū balliuiatibus nullā coërtionē habent in dominos dicti parlamenti, ſicut uidemus, ꝙ epiſcopus qui eſt inferior, non poteſt eius archiepiſcopū ſuperiorem ſuū excōmunicare, etiam ſi deliquerit in ſua diœceſi. ut dicit Inn. in c. ſtatuim*. extrà de maio. & obedien. ¶ Sed an in aliquo deliquerint dicti homines dictū
b Rodulphū aſſociantes [b] cum armis in ipſo maleficio, tenēdo dictam dietā in uilla Alauardi, cùm ipſi ſtarent ibi cum armis à latere, & circūcirca ipſum Rodul. ſcientes (ut fatentur) dictū Rodul. ibi dictā dietam tenſurum uigore aſsignationis prædictç? Et arguendo ad ambas partes, uidetur primò, ꝙ ſic: cùm ipſi præſumantur eidem Rodulpho in

præm

præmiſſo delicto per eũ perpetrato, auxilium præbuiſſe, ſtando ibi cũ armis cũ ipſo: ut dicit Inn. in c. contumacia. de cle. percuſſo re. ſtãdo enim ibidẽ cum armis, præſumitur habuiſſe malum animum: ut dicit Bal. in feudis. in ti. de pace tenenda, & eius uiolatoribus. in §. ſi quis ruſticus. & alibi dicit Bar. ꝙ aſſociãdo delinquẽtem in maleficio, dicitur eidẽ auxiliũ dediſſe. in l. in furti. §. ope. ff. de furtis. & cum ipſi ſibi aſtantes cũ armis, malo animo, præſumantur auxiliũ d. Rodul. præſtitiſſe, ipſum etiã aſſociãdo in dicto delicto: uidetur quòd ipſi tãquam fautores, opem & auxiliũ præſtantes, deliquerunt: ut d. l. in furti. §. ope. & l. is qui opem. ff. de furtis. & in §. interdũ. inſtitut. eodẽ. Et ꝙ debeãt puniri eadem pœna qua dictus principalis author, facit in l. iij. in prin. ibi quiue opẽ. ff. ad l. Iuliã ma. & l. pen. ff. eo. tit. idẽ uidetur tenere Ang. de aret. in ſuo tractatu de maleficiis. in gl. ſuper uerbo, dicto maleficio ſemper aſsiſtit, &c. In contrariũ, ꝙ nõ debeant puniri eadẽ pœna, qua dictus eorũ author uidetur: quia licet ibi interfuerũt in dicta dieta, nõ tamen animo & intẽtione delinquẽdi, ſaltẽ, ꝙ ex proceſſu appareat: ſed ſolũ requiſiti per dictũ Rodulphum, ut cũ ibi aſſociarent expoſiturus, ut eis, dicebat. Domini de parlamento aliqua ex parte do- 3 mini noſtri Delphi. (ut atteſtãtur ferè omnes) inquiſiti, & interrogati quid feciſſent, ſi ipſi domini de parlamẽto interueniſſent. Et dicũt ſe nõ fuiſſe intentionis, cõtra ipſos aliquid facere, prout nec per dictũ Rodulphũ facere fuerant requiſiti. Et ſi dicatur, ꝙ ipſi ſequaces fuerunt præſentes in expleto, per dictũ Rodulphũ tũc facto, dũ ipſe Rodulphus dominos de parlamẽto non cõparentes, pronũciauit cõtumaces. Ad hoc poteſt dici, ꝙ ipſi neſciebant, ꝙ ipſe Rodulphus illud expletũ facere uellet: quia eis non declarauerat: ſed ſolũ eis dederat ad intelligendũ, ꝙ ipſos ſibi cõgregare uolebat. quia in ipſorũ præſentia uolebat dominis de parlamẽto aliqua dicere ex parte domini noſtri Delph. Ideò nõ uidetur puniẽdꝰ ex illo ſolo actu aſſociationis eadẽ pœna dictus Rodúl. eorũ author: quia animꝰ in delictis inſpicić. l. j. C. de ſica. & in c. imperator. l. diſtin. & facit ꝙ alibi dicit Alberi de roſa. ꝙ quãdo mãdatarius rẽ, quam agit mãdato alterius, non putat eſſe delictũ, ꝙ tũc excuſatur à pœna, licet mandãs puniatur. l. ſi qs id quod. ff. de iuriſ. om. iudi. & tetigit Bar. in l. nõ ſolũ. §. ſi mãdato. ff. de iniuriis. Sed dicti aſſociantes, ut animos ſuos declarent, in proceſſu nõ putabãt delinquere, eundẽ Rodulphũ aſſociãdo, in referẽdo aliqua dñis de parlamento ex parte dñi noſtri Delp. Igitur, &c. Et* quę declaratio eorum animi etiã iuſtificatur eorũ iuramentis, de quo iuramẽto purga-

QVIDAM Anton. Gaufredi de aureica creditor expoſuit clamorẽ* in Cabeoli de qua dam magna florenorũ ſumma, & quæ literæ Cabeoli petebãtur exequi cõtra dominum Cotani de caſtilliõe poſſeſſor caſtri de cutrone in prouincia hypothecatum & ſubmiſſum d. curiæ Cabeoli cum cõminatione marchę. quæ cõminatio cauſante uenit ad præſentẽ ciuitatem Gratiõn. do. Io. guirimãdi utriuſq; iu. do. tã pro parte regis Siciliæ, quàm pro parte priuata, expoſuit corã do. meis parla. caſum ſuũ, declarãdo etiã rationes, propter quas ipſe dicebat d. literas Cabeo. nõ eſſe exequen. in d. caſtro. & tunc die xvij. mẽſis Iulii. M.ccccl x. per di. dominos meos factæ fuerunt duæ cõcluſiones circa ſtylum dictæ curiæ Cabeoli pro deciſione dictæ cauſæ. Prima* concluſio, ꝙ quia in curia camerę rationũ 2 Aquẽſis fuerat inchoata diſcuſſio bonorũ debitoris principalis inter creditores, & ius in eiſdem habere pretendentes, antequam fuiſſet clamor expoſitus in dicta curia Cabeoli, ꝙ illa diſcuſsio impedire debet executionem dictarũ literarũ Cabeoli, nõ obſtante dicto ſtylo ipſius curiæ mẽtionẽ faciẽte de diſcuſsione in aliena curia facta: & merito, quia iudicium uniuerſale [a] trahit ad ſe a particulare. l. ſolemus. ff. de iudiciis. & l. iiij. ff. de peti. hære.* Secũda cõcluſio, ꝙ ubi do. directus 3 commiſſum rei obligatæ fecerit declarari per iudicẽ cõpetentẽ uocatis euocãdis, in forma debita,

ta, quòd ipſe dominus directus ſe opponẽs poterit impedire curſum clamoris expoſiti in ipſa curia Cabeoli:poſito q̃ poſt expoſitũ clamorẽ proceſſus commiſsi fuerit inchoatus:prout factũ fuit in commiſſo dicti caſtri, attẽto, quòd per tale commiſſum reſoluuntur omnes hypothecę & obligatiões, iuxta l. lex uectigali fundo.ff.ſi pignor.& de hoc tetigi ſ. q.cccclxxv.& ideò tunc fuit ordinatum,dictas literas Cabeoli nõ fore exequendas in d.caſtro.

a ¶ Iudicium uniuerſale. *In materia pulchras quæſtiones tacit p do. Bar.in l.ſi quis libertatẽ. in ult. col. in uerſ.quæro,quid fiet.in uerſ.iuxta hoc quæro.ff.de pe.hære.& do.Bal. C.loca. in l. emptorem. in ij.colum. in uerſ.ſed pone.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus quomodo fiat contra abſentẽ de graui crimine accuſatum.*
2 *Abſentis citandi forma.*
3 *Proceſſus contra abſentem accuſatũ de grauamine,de iure canonico.*
4 *Negotia grauia uel maiora,quæ dicantur.*
5 *Dilationes à iure ordinatæ an poſſint augeri uel minui, ſi negotia dicantur grauia uel maiora.*
6 *Citationis quod debeat eſſe interuallum.*

QVAEST. CCCCXXIX.

PROCEDI debet cõtra abſentẽ de graui crimine accu-
1 ſatũ[a]:quia primò citari debet uoce tubæ trina uice, per interualla xxx.dierũ:ut tenet gl.in l. iter.
2 ff.de pub. iudiciis.[a] Sed de ſtylo & cõmuni obſeruantia pręſentis curiæ parlamẽti illud tempus xl. dierum eſt arbitrariũ ſecundum qualitatẽ perſonarũ, & criminis atrocitatẽ:quia quãdoq; ponitur in literis citatoriis interuallum octo dierũ, quãdoq; decẽ dierũ, quãdoq; iiij.dierũ.Et ſub magnis pœnis fiſco Delphin. applicãdis, prout obſeruari ſemper uidi, & fuit obſeruatũ in cauſis mentionatis.ſ.q.cccexxij. & q. cccexxiij. & quãdoq; citãtur ultra citationes uocis tubæ in domo habitationũ ſuarũ uel ſuorũ parentum, quando ſunt filiifami.ex abũdanti. & quãdoq; etiã de ſtylo dictæ curiæ nõ fiũt niſi duæ citationes uoce tubæ,cũ clauſula cõminatoria & præciſa,q̃ aliter ad declarationẽ pœnarũ uel alteri[9] actus procederetur,prout fuit factũ in dictis cauſis:& ſi modo pręmiſſo citatus nõ cõpareat,mulctę cõtra talẽ contumacẽ,& aliæ pœnæ eis impoſitę declarari cõtra eos cõſueuerũt,facta mitigatione arbitrio curiæ.& hoc facto iteratò citatẽ reus abſens modo præmiſſo
a ſub pœna annotationis[a] bonorũ ſuorũ: qui reus ſi nõ cõparet,bona ſua annotãtur,& facta annotatione mandãtur regi & cuſtodiri ſub manu Delphin. per caſtellanum loci ubi ſunt bona ſituata, uel per alium idoneum ad hoc deputandum,& ſub inuentario, iuxta l.fina. ff. de requirendis re. quæ bona recuperat reus, ſi infrà annum ueniens ſe purget, ut probatur in lege j. C. de requirend

rendis reis. & in dicta lege fin. ff. eod. poſt annum uerò non audiretur, niſi cum principis indulgentia, ut per Salyc. in lege eum qui. C. ad legem Cornel. de ſica. 3 quo anno lapſo iteratò citetur reus uoce præconia dicturus cur ſua bona non debeant cõfiſcari, & ſi non cõpareat, confiſcantur, licet fortè de iure in hoc actu nõ ſufficeret citatio uoce tubæ: ſed deberet per literã requiſitoriã citari in loco ubi degit talis reus, iuxta formã gl. poſitę in l. j. de cuſto. reorum. quando ſciretur ubi degit: ubi autẽ neſciretur, ſufficeret citatio per edictũ, ut dicit Saly. in l. j. C. de requiren. reis. ¶ Et præmiſſa remedia ſunt adinuenta cõtra abſentẽ accuſatũ de grauibus criminibus, nõ autẽ in nõ grauibus criminibꝰ. Et ideò, quia in nõ grauibus criminibus non reperiuntur remedia adinuenta procedẽdi cõtra abſentẽ, in illis nõ grauibus poteſt ad ſentẽtiam cõtra abſentes procedi. Ita dicit Bart. in l. abſentẽ. ff. de pœnis. ibi, ſecundò quærò, dicitur hoc, &c. etiã lite non cõteſta. ut dicit Pet. Ia. in ti. de reſt. in integr. ut poſſit agi reſciſſoria. in fi. & qualiter abſens poſsit condemnari, uide Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de accuſ. ¶ Et an abſens lite non conteſt. in criminibus cõdemnetur: uide doc. in §. ſi quis tutor. inſtit. de ſuſpectis tutoribus. ¶ Et qualiter & quãdo in criminibus procedatur in diffinitiuam, contra abſentẽ, uide plenè Ang. de Are. in trac. ſuo de maleficiis. in gl. ſuper uerb. qui iudex, uidens ꝙ inquiſitus nõ apparet, &c. & Spec. in ti. de accu. in §. qualiter. uerſ. ſed nũquid ſufficit. ¶* Sed qualiter in foro ſpirituali cõtra abſentẽ de graui crimine accuſatũ procedetur? Dic ꝙ cõtumax ante litis cõteſt. excõicatur. iiij. q. v. c. quiſquis. & ij. q. ij. præſentis. Et ſi perſeuerauerit per annum, poteſt ſuſpẽdi, uel perpetuò priuari officio, uel beneficio: ut extrà, de æta. & qualitate. c. cũ bonæ. & de teſti. cogẽ. c. cũ cauſa. & de app. & de coha. cle. ſicut. & de clericis nõ reſidẽ. c. ex tuę. xj. q. iij rurſus. & c. quicunq;. ita dicit Aegidius in ſuis libellis, ſub rubr. de contu. accuſati in criminali, qualiter procedat cõtra eum. ¶ Remedia autẽ procedẽdi in cauſis ciuilibꝰ cõtra abſentẽ nõ cõparentẽ ſunt prodita remedia primi & ſecũdi decreti, ut ibi dicit Bar. in d. l. abſentẽ. & plenius per eũ de materia primi & ſecũdi decreti habetur in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. & in l. apud Iulianũ. ff. ex quibus cauſis in po. eatur. ¶ Et quomodo in caſibus in quibus non poteſt fieri miſsio contra abſentem, fertur ſentẽtia diffinitiua, uide. ff. de damno infect. l. finita. §. Iulianus. Sed quæ ſunt grauia delicta, dicitur in gl. j. in princip. dictæ l. j. C. de requirendis reis. & ibi plenius per Salyc. 4 * Sed extra hanc materiam incidenter quæro, quæ dicantur grauia, uel maiora negotia. dic quòd

quòd grauiora ſunt illa, in quibus agitur de fama.vj.q.j.cap.ex merito.& c. deteriores. uel ſi de beneficio agatur, in ca. querela. extrà de procuratoribus,uel ſpiritualibus, uel libertate, uel de crimine,extrà de tranſact.c. pen. uel propter ſcandalū quod contingere poſſet. ita ponit Spec.in tit.de reſcript. præſentatione. §. a ratione autem cauſæ,&c. uerſic.

5 ¶*Item quæritur,ſi dicantur grauiora uel maiora,an dilationes à iure ordinatę poſsint augeri uel minui. uide Barto.in l.ij.ff. de re iud.& ibi ponit decem cauſas,ex quibus poteſt dilatio abbreuiari,uel augeri.& tāgitur,per eundem,in authē.qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & ibi Cyn.& in l.j.C. de dilationibus. & per Dyn.in cap. indultum. de reg.iur.lib.vj.& Specu.in titu. de dilationibus.in §.j.¶Et de materia dilationum, & ſi fuerit dilatio nimis arctata, an poſsit appellari,uide Barto.in d.l.ij.ff. de re iud. & infrà quæſt. ccccxxxvj. in uer.clxvj.quæro,&c. & ibi nihil dicit. ¶Item de materia peremptorii in cauſis ciuilibus,uide ple.in l.cōſentaneum.C. quomodo & quādo iud.¶Quæro,iuxta hanc materiam,aliquis promiſit aliquem criminoſum coram iudice præſentare certa die, quod non fecit, qualiter teneatur, & poſsit conueniri & puniri. uide gloſ.xxiij.quæſtio.v.cap. cum homo.glo.ſuper uerbo arietes.*In

6 ciuilibus debet eſſe in citatione interuallū ad minus decem dierum.l.peremptorium. ff. de iud. Sed hodie iſtud tempus eſt arbitrarium de ſtylo curiarū præſentis patriæ.In prima citatione nō debet poni peremptoriè.l. conſentaneum.C.quomodo & quando iudex.iſtud communiter obſeruatur de ſtylo curiarum.

¶Annotationis. *Modus autē annotationis contumaciū reorum,traditur per do.Gandi. in tracta.maleficiorum.in rub.quid ſit agendum, reo abſente & cōtumace. Subdit tamen ibidem,quòd quia bona damnatorum ſeu proſcriptorum conſeruātur filijs & aſcendentibus & deſcendentibus uſq; ad iij. gradum: ut in auth.ut nulli iudi.§.j.col.viij.hodiealiter obſeruatur.*Dicit etiā quòd *de generali conſuetudine totius Italiæ,non ſeruatur cōtra contumaces, quod dicitur de annota. bonorum.et quod accuſatus expectetur per annum.imò cum fuerit citatus ſolenniter,ponitur in banno communis et poteſtatis, poſteà ſuper illa accuſatione & banno codēnatur: quia iudex poteſt iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio defendere: ut ff.ſi quis ius di.non obtempe.l.j.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier an debeat totam donationē propter nuptias,uel augmentū dotis lucrari,moriente marito,pēdente termino dato ad ſoluendam ſibi dotem.*

2 *Intereſſe medij temporis an deduci poſſit.*

QVAEST. CCCCXXX.

SVPRA quæſtione cclxxiiij. tetigi qualiter augmentū do

tis

tis ſiue donatio ꝑpter nuptias facta uxori, cõtemplatione matrimonii non debetur, niſi dote
1 ſoluta.* Sed pone, ꝙ maritus dat uxori aut alteri pro ea doté cõſtituenti terminum ad ſibi doté ſoluendũ, moritur maritus pendéte termino, per eum dato, ad ſibi dotem ſoluendum, & ſic nõ fuit ſibi dos ſoluta, an mulier debeat totã donationẽ propter nup. uel dotis augmentũ lucrari? Aliqui doct. mouentes iſtam quæſtionẽ dicunt, ꝙ ſic, ac ſi totam dotem ſolniſſet, ex quo fuit habita fides de dote. argumen. in ſimili. inſt. de rer. diui. §. uẽditæ. & ff. de contrahen. empt. & uen. l. ꝙ uendidit. cum ibi nota. Nec obſtat tex. in §. illud. in authen. de non eli. ſecundo nubẽte. col. j. quia ibi nunquã fuit habita fides de dote, aliàs ibi eſſet caſus in contrarium. Et per hoc uidetur ibi gl. ſuper uerbo, percipiat. cum dicit, reſpondeo ibi, fuit parata dare &c. & hanc opi. uidetur ſequi Sal. in l. ſi conſtan
a te[a]. C. de don. ante nup. in q. de ſtatuto &c. Et ex his dico, quòd hodie ex forma inſtrumẽtorum matrimoniorum, quæ fiunt noſtris temporibus, in quibus ſemper mariti habent fidem de dote ex promiſsione & obligatione parentum, filiarum, ꝙ uxor lucratur augmentum dotis, etiã dote nõ ſoluta, ſiue maritus dederit terminos ad ſoluendũ dotem, ſiue non, arg. iurium prædictorum, non obſtante d. §. illud. qui loquitur, ubi non fuit habita fides de dote, ut ſuprà dixi, ſecundum doct. Et ſic patet ꝙ hodie non eſt neceſſe ponere in inſtrumento cõtractus matrimonii illam clauſulam, dote ſoluta uel nõ ſoluta, quæ in talibus inſtrumẽtis ſolet in hac patria Delphi. per aliquos opponi: qa abſque illa clauſula uxor debet indiſtinctè lucrari dotis augmentum & donationẽ propter nup. attento quòd hodie maritus ex promiſsione & obligatione parentum uel amicorum habet fidẽ de dote promiſſa. Et de hac materia uide quæ plenè ſcripſi infrà q. ccccclxv. ¶ Quidã circa hoc dicunt in caſu in quo maritus dat terminum ad ſoluendũ dotẽ, ꝙ intereſſe medii tẽporis debet conſiderari & deduci. nã æqualitas eſt hic conſideranda: ut habetur in d. authen. in uerſ. æqualitas &c. Et ideò quia ſi maritus habuiſſet dotẽ ab initio, lucratus eſſet xx. uel ex fructibus xx. habuiſſet. Certè iſta xx. deduci deberent de donatione, quaſi nõ uideatur illa xx. ſoluiſſe pro dote. arg. ff. ſol. mat. l. ſi conſtãte. §. quoties. & ff. quæ in frau. cred. l. omnes. §. fi. & ff. ad legem falc. l. circa. & l. qui quadraginta. §. fi.
2 *Sed credo ꝙ iſtud intereſſe medii temporis nõ poſsit deduci. Nam pendente dilatione appoſita per partes nihil interim peti poteſt. tota enim dies uidetur collata in fauorem debitoris. ff. ſi quis cau. l. ſi enim. §. homo

M

mo fiſci.& ff.de uerb.obl.l.eum qui calendis.§.fi.Si ergo nõ poteſt peti,ergo nulla mora eſt,& ſic multum intereſſe.l.lecta.ſi cert.pet.circa medium.¶ An maritus faciat fructus ſuos rerũ paraphernalium:uide Bart.qui diſtinguit,in l.pen.[b] ff.ad legẽ fal. Et plenius uide quæ ſcripſi infrà quæſtio.ccccxviij.

a ¶ In l.ſi cõſtante.*In ij.col.in quæſtio.ubi ad verſi.not.ad oppoſitũ facit ubi dicitur,quòd dare & permutare,ſunt paria.alleg.l.ſi.in fin.C.ad legem falcid.*

b ¶ L.pen.*Vbi uide etiã Pau.de Ca. optimè diſtinguentem.*

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia an ſit ferenda in perſonam procuratoris,an domini.*

2 *Procuratorium an ſit reuocatum,domino moriente pendente lite.*

QVAEST. CCCCXXXI.

DEBET de iure ſententia
a ferri[a] in perſonã procuratoris,ſiue ab initio litẽ exercuit,
1 *ſiue lite cõteſtata trãſitũ fecerit ad eũ,aliter ſentẽtia eſt nulla ſecũdũ Bar.& Io.quos ſequitur gl.in l.j.C.de ſenten.& interlo.om.iu.licet Mar.fuerit in cõtraria opinione,ut recitat gl.in d. l.j.Sed ad euitandũ omnes opiniones,uterq; & procurator & dñs cauſæ debẽt condemnari,ut tenet gl.in c.querelã,extr.de electio.Et ita etiã ſeruat cõſuetudo aliquorũ iudiciorum,ut recitat gl.in d.l.j.Sed Bart.dicit,ꝙ dñs ſit præſens tẽpore ſentẽtiæ, uolẽs cauſam proſeq,ꝙ in dubio præſumitur eo caſu,põt ſentẽtia ferri in eius pſonã.Ita dicit ipſe in l.ſi procurator.ff.de uerb.ob. Sed de ſtylo pręſentis curię parlamẽti,in qua proceditur ſummariè,ſola facti ueritate inſpecta,ut dixi ſ.q.lviij.Nõ curatur nec fit uis,in cuius perſonã ꝓferatur ſentẽtia:an in perſonã procuratoris,an in perſonã domini inſequẽdo opinionẽ canoniſtarũ,[b] ſecũdũ quã opinionẽ nõ curatur in cuius perſonã proferatur,ut dicit glo.in c.ſuſcitata.in gl.j.extr.de in integ.reſti.& in c. querelã.extr.de elec.qa qñq; in perſonã utriuſq;,qñq; in perſonã procuratoris,& qñq; in perſonã domini,licet nunq̃ in iudicio interfuerit. Et nihilominus ualet ſentẽtia,dũmodo cõſtet in ꝓceſſu de mãdato ꝓcuratoris.
2 *Sed quid ſi dñs moriatur,lite pẽdẽte,an ꝓcuratoriũ ſit reuocatũ?uide quæ dixi ſ.qõ.ccxix. ¶ An dominus cõparẽdo in iudicio cũ aſſerto ſuo procuratore, uideatur eũ procuratorẽ conſtituiſſe?uide quæ dixi ſuprà q.xl. ¶ Sed qd ſi ante ſentẽtiã moriatur procurator,dñs litis? uide quæ dixi ſuprà quæſt.lxxxvj.

a ¶ Sententia ferri.*Forma ſentẽtiæ hæc,condẽno talem procura.nomine Titij,tali inquam procurato.nomine Meuij domi.ſui.ut colligitur.& not.per do.Bar.in l.licet in pupill.e. in §.ſi plures.ff.de procu.*

b ¶ Opinionem canoniſtarũ.*De iure canonico poteſt indiſtinctè in perſonam domini concipi ſola aut pro*

procuratoris,uel utriuſq;:niſi in cauſa matrimoniali,electionis, aut alia ſpirituali:& in cauſa criminali, & in cauſa in qua à princ.dominus cõparuit. Quia in his in perſonam domini concipi debet.gloſ.in c.querelam.in uerbo,œconomi. de electi.& ibi uideas omnino do.Bald.in v.col. in uerſi.capio.glo quæ incipit concipiẽda.ubi declarat,quãdo forma uerborũ concipi poteſt in perſonam alterutrius,& quãdo in perſonã procuratoris concipitur neceſſario.

SVMMARIVM.

1 *Procedi qualiter debeat in actione hypothecaria,ſi tertius poßidet.*
2 *Bonorum diſcuſsio qualiter fiat in actione hypothecaria.*
3 *Poßeßores tertij an debeant generaliter uocari in declaratiõe hypothecariæ actionis.*
4 *Poßeßoribus pluribus exiſtentibus, utrum creditor poterit eligere,quem uoluerit,uel agere contra quemlibet pro rata.*
5 *Hypothecaria an poterit intẽtari cõtra tertios poßeßores,non facta diſcußione,ſi debitor notoriè non ſit ſoluendo.*
6 *Probatio ad obtinẽdum in hypothecaria,an ſufficiat,ſi creditor probat, per teſtes,quòd uidit debitorem poßidentem.*
7 *Hypothecaria intentata in iudicio, an faciat rem litigioſam.*
8 *Iudex an neceßario debeat pronunciare diſcußionem bonorum fuiße factã antè,quàm agatur hypothecaria contra tertium poßeßorem.*
9 *Sententia an ualeat,intentata hypothecaria cõtra tertium poßeßorem, non facta diſcußione bonorum principalis.*
10 *Exceptio diſcußionis,an ſit peremptoria.*
11 *Diſcuſsio principalis debitoris poßitne fieri pẽdente iudicio cõtra tertium poßeßorem.*
12 *Authen.hoc ſi debitor,an habeat locum circa diſcußionem fiendam,ubi debitor in inſtrumẽto hypotheca ſe cõſtituit bona hypothecaria poßidere precario nomine creditoris.*
13 *Hypothecaria an agi poßit cõtra debitorẽdebitoris,ubi bona ſunt obligata,etiam non diſcußo principali.*
14 *Pactum creditoris cum debitore, ꝙ ipſe faciat fructus ſuos,an ualeat.*
15 *Fructus rei hypothecæ quomodo non computentur in ſortem.*
16 *Res litigioſa an poßit hypothecari.*
17 *Fundus an cẽſeatur hypothecatus,aliqua penſione impoſita ex conuentione partium,in aliquo contractu, uel ſuper aliquo fundo.*

QVAEST. CCCCXXXII.

SVPRA q.cviij.tetigi de hypothecaria, quãdo debitor aut eius hæres poſsidet rem hy
1 pothecatã.*Sed hîc quæro,[a]qd
2 ſi tertius poſsidet,qualiter ꝓcedi debeat in actiõe hypothecaria?dic ꝙ primò debet diſcuti debitor principalis,& eius fideiuſſor,& eorũ bona,anteq̃ perueniatur ad pignorũ poſſeſſores,& ipſis diſcuſsis perueniatur ad poſſeſſores rerũ obligatarum,iuxta auth.hoc ſi debitor.
2 C.de pig.¶*Sed qualiter fiet talis diſcuſsio?dic ꝙ debitoribus & eorũ fideiuſſoribus cõdẽnatis

tis per ſentētiam,uel per obtentionē præciſarū fiet executio ſententiæ,uel præciſarū in bonis p eos poſſeſsis,ſi quę habeāt:ut in d.auth.hoc ſi debitor.& ſi nulla bona habeāt ſiue poſsideāt,poterit creditor in hypothecaria actiōe regreſſum habere cōtra tertios poſſeſſores bonorū hypothecatorū, iuxta d.auth. hoc ſi debitor. Sed antequā offerat libell⁹ ī hypothecaria cōtra tertiū poſſeſſorē, iudex mādabit p ſuas patentes literas caſtellano aut notario loci,in quo degebat debitor, ꝙ ſe ſummariè informet cū uicinis & aliis teſtibus fidedignis,ſi ipſe debitor habeat aliqua bona mobilia uel immobilia,& ſibi informationes trāſmittat,quibus informationibus per iudicē uiſis,ſi ex eiſdē conſtat nulla bona habere,declarabit hypothecariā actionē cōpetere creditori cōtra tertios poſſeſſores.& iſtā formā tradit Iac.de But.in d.authē.hoc ſi debitor. & Ang.in auth.de fideiuſſo.col lat.j.& ibi plenè per eū de actione hypothecaria. Et hæc forma ſeruatur in hac curia parlamē.& in cæteris curiis præſentis patriæ Delph.Et de hac materia diſcuſsiōis in hypothecaria, uide Spec.in tit.de primo & ſecūdo decreto.§.j.uer.porrò.& p Bar. in l.ſi quis inſtituatur. §.pen.ff. de hære.inſt.

3 ¶*Sed an in dicta declaratiōe hypothecariæ actionis debeant uocari tertii poſſeſſores,ſaltem generaliter uoce præconis?Bart.uidetur uelle ꝙ ſic,in l.decem.ff.de uerb.obl. ſed de ſtylo huius curiæ parlamēti hoc nō ſeruatur.ſed pone,

4 *ꝙ ſunt plures poſſeſſores,utrū creditor poterit eligere quē uoluerit,uel agere cōtra quēlibet ꝓ rata?dic ꝙ poteſt eligere quē uoluerit,pro totó ſuo debito.ita tenent gloſ.& Bar.in l.moſchis. ff.de iure fiſci.Et ita ſeruatur in curia parlamenti Delph.& ſimiliter in omnibus aliis curiis præſentis patriæ tam ſpiritualibus, quàm tēporalib⁹:prout uidi dū practicabā. & hoc eſt uerū, niſi eſſet annua penſio impoſita ſuper pluribus rebus:quia tūc debet agi cōtra quēlibet poſſeſſorē pro rata.in c.cōſtitutus. extrà de reli.do.

5 ¶*Sed quid ſi debitor ſit notoriè nō ſoluendo, an poterit ītētari hypothecaria cōtra tertios poſſeſſores, [b] nō facta diſcuſsiōe?Ang.dicit,ꝙ nō. in d.auth.de fideiuſſo.§.j.& Iac. de Bu.in d.auth.hoc ſi debitor.

6 ¶*Pone,creditor probat per teſtes,ꝙ uidit debitorē poſsidere rē hypothecatā tāquā ſuā, an ſufficiat talis probatio ad obtinendum in hypothecaria?dic ꝙ nō, etiam ſi deponeret de xxx.ann. ſecundū Io.Fab.inſti.de actioni. §.itē in Seruiana.ſed contrariū ſeruatur de ſtylo curiarū præſentis patriæ Delph.quia probato ꝙ debitor poſsidebat rem hypothecatam,ut ſuam, tāquam dominus tēpore obligationis, iudices conſueuerunt decernere

re hypothecariã creditori cõpetere contra tertios poſſeſſores.& ita etiam uult gl.in l.rem alienam.ſuper uerbo,pignorati tia.& ibi plenè doct.ff.de pign. act.& ita etiã ſecundũ hũc ſtylũ uidi iudicari in parlamẽto,& in cæteris curiis Delphi.& ſim.in curia officialat⁹. pręſentis ciuita tis Grationop.Quod intelligitur,prius facta diſcuſsiõe bonorũ principalis,ut ſuprà in princ. præſentis quæſtionis ſcripſi,qui prædictus ſtylus corroboratur d.gl.in l.quidam in ſuo.in prin. ſuper uerbo,admoneri.ff.de cõ di.inſti.ubi dicit,ꝙ ſi quis utatur re,ut dominus,ꝙ pręſumitur dominus,licet Inn.dicere uoluerit contrariũ,in c.illud.in ſi.omniũ glo.de præſumpt.uide quæ ſuper hoc latius ſcripſi in tracta. meo,de præſump.Sed aduertẽdũ,ꝙ quãdo dominiũ uenit in iudicio incidẽter,ut in caſu iſto, ſufficit dominiũ præſumptiuũ: ut plenè dixi ſuprà q̃ő.xxviij.& Inn.ubi ſuprà,loquitur ubi dominiũ ueniret in iudiciũ principaliter.l.ſi.ff.de rei uen.habet locũ etiam in hypothecaria:ut dicit Io.Ferrarii in ti.forma libelli ſup hypothecaria.cũ gl.ex me

7 moratis cauſis.¶*An hypothecaria i iudicio intẽtata faciat rẽ litigioſam?dic ꝙ nõ. Sed poſtquã eſt actũ hypothecaria,ſi debitor rẽ uẽdit,põt illa actio hypothecaria ꝓſeq̃ cõtra emptorẽ abſq; diſcuſsione bonorũ,ſicut principalis.Ita dicit Iaco.de But.in d.auth.hoc ſi debitor.& dicit probari per tex.in corpore.de litigio.§.ad hoc aũt.quia per illã hypothecariam,intẽtata res nõ dicitur litigioſa:ut ibi di

8 cit Ia.de But.¶*Sed an ſit neceſſe,ꝙ iudex pronunciet diſcuſſionem bonorũ fuiſſe factã antè,quàm agat hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſorẽ?Iac.de But. tenet ꝙ ſic,in d.auth.hoc ſi debitor.Item dicit Iac.de Are.in de Ang.ubi ſuprà.Idem tenet Bart. quòd procedere debet interlocutoria iudicis,in l.ſtipulatio.§.

9 habet.de uerb.obl.¶*Pone fuit intẽtata hypothecaria cõtra tertium poſſeſſorẽ,nõ facta diſcuſſione bonorũ principalis,& ſuper hoc lata eſt ſententia;an ualeat talis ſentẽtia.Iac.de But,ubi ſuprà,tenet ꝙ ſic.& uide quæ ſuper hoc dixi ſuprà q.ccxxj. & q. xciiij.cõtrariũ tamen tenet Ang. in dicta auth.de fideiuſſo.§.fin. col.j.¶Si bona debitoris ſint diſcuſſa inſtante uno ex creditoribus,an alii debeant petere diſcuſſa.Iac.de But.ubi ſuprà dicit ꝙ

10 ſic ex abũdanti.¶*An hæc exceptio diſcuſsionis,ſit perẽptoria?Iac.de But.ubi ſuprà dicit ꝙ ſic,ità ꝙ poteſt opponi in quacunq; parte iudicii.Et uide quæ circa hoc dixi ſuprà quæſt.xciiij. ¶Do.Ang.in authen.de exhib. & introducen.reis.ponit unam pulchram limitationẽ,ad auth. ei qui iurat.C.de bon.auth.iud. poſsi.quòd d.authen.ei qui iurat.habet locum indiſtinctè,niſi

 bona

bona debitoris ſint creditori hypothecata: q͞a tūc in omnib⁹ bonis fit miſsio etiá ultra menſurā debiti declarati. ¶ Quæro, obligauit creditoribus unū pignus ſpecialiter, pro x.florenis. & unū aliud pro xx.florenis. & unū eſt ſufficiēs pro toto debito, nūquid poſſum nihilominus utrūque retinere: uide Cy. in l.ſi mulier. in fin. C. de pac. conuen.

11 ¶* An diſcuſsio principalis debitoris, poſsit fieri pendente iudicio cōtra tertium poſſeſſorem: doc. in d. authen. hoc ſi debitor. dicunt q̄ ſic. Et ita plures practicaui, & uidi iudicari in hac curia parlamenti. Idē etiā tenet Ang. in d. auth. de fideiuſ. §. ſi. colla. j.

12 ¶* Itē dicta authen. hoc ſi debitor, nō habet locum circa diſcuſſionē fiendā, ubi debitor in inſtrumento hypothecæ ſe cōſtituit bōa hypothecaria poſsidere precario nomine creditoris: ſed poteſt creditor ingredi poſſeſsionē propria authoritate, cū per cōſtitutū ciuiliter poſsideat, ſecundū Bart. in l. creditores. C. de pign. in ſua repetitio. quod eſt notandū. Idē etiā tenet Io. de But. ut ibi Bar. refert. ¶ An cōſtitutio precarii c excuſet diſcuſsionem fiendam de debito principali: uide plene Ioā. Ferra. in tit. forma libel. in actiōe hypothecaria. in glo. ſuper uerbo, exceptionē executionis. & uide etiā ſingularia do. Bart. de Cepola. fo. 20. uerſo. qui idē tenet quod Ioan. Ferra. tamen dicitur, quod Bart. tenet cōtrariū, in l. iij. C. de

13 pig. in ſua rep. ¶* Itē poteſt agi hypothecaria cōtra debitorem debitoris, ubi nomina ſunt obligata, etiam non diſcuſſo principali. tenet Spec. in tit. de proceſſu. §. ſequitur. uerſi. quid ſi mihi

14 obliga. ¶* Si creditor faciat pactum cū debitore, quod ipſe creditor faciat fructus ſuos rei hypothecatæ, an ualeat tale pactū? d glo. q͞r ſic[d], in l. j. C. de diſtr. pig. idem Hoſtie. in c. ſalubriter. de uſu. uide tex. l. inter cohæredes. §. uſusfruc. ff. fami. erc. & faciunt not. per Bartol. in l. ſi conſtante. in quarto membro. prin. ff. ſolu. mat. Et de hoc ſcripſi in tractatu quem ego Guido Papæ compilaui, qui intitulatur tractatus de contractibus qui ſapiunt uſuram, & qui uſurarii dici poſſunt, uel nō. ibi, alius & quintus caſus &c.

15 ¶* Sed q͞a creditor de iure debet fructus rei hypothecatæ cōputare in ſorte, Ioā. Ferra. tradit cautelā, ut nō cōputentur fructus. in ti. forma libel. in actione hypothecaria. in gl. in uerb. relaxandū fore. circa prin. ¶* Verū

16 res litigioſa poſsit hypothecari: uide quæ dixi ſupra quæſtione cccxxxvij. Licet tertius poſſeſſor præſcribat hypothecariā actionem cūm bona fide & iuſto titulo decem annis. l. j. C. ſi aduer. credi. hoc uerum in priuato, ſecus autem crederem in eccleſia uel minore, per authent. quas actiones. C. de ſac. ſan. ecc. iuncta l. fina. C. in quibus cau. in integ.

reſti.

17 reſtit. non eſt neceſſaria. ¶ * Si aliqua pẽſio imponatur ex con uentione partiũ in aliquo contractu, uel legetur ſuper aliquo fundo: an ipſe fundus cenſeatur hypothecat⁹? uide Bar. & doc. in l. Caius. ff. de annuis leg. & in l. fi. ff. de act. emp. quando penſio imponeretur ad certũ tempus, non cẽſetur obligata res, ſuper qua imponitur, ut in d. l. fi. C. de act. emp. & de leg. j. l. quidã teſtamento. & d. l. Caius. Sed ſi imponatur in perpetuum, tunc res eſt hypothecata, & quilibet poſſeſſor tenetur. ut ff. de uſufru. l. hactenus. & no. Hoſti. in ſum. in ti. de loca. §. quæ actio. ʃ. uer. ante- pe. & pe. & uide Spe. in tit. de lo ca. §. nũc aliqua. uer. lxxxvj. Idem tenet Pet. Iac. in ti. de actione in rẽ pro re emphyteuticaria data, quæ cecidit in cõmiſſum. in xvij. co. uer. & idem forte in anniuerſariis. & talis præſtatio annua, dicitur ſeruitus perſonalis annominata, ut ponit Cyn. C. de uſufru. ſuper rubrica. & plenius ſcripſi s̃. quæ. xlij. in fi.

a ¶ Quæro. *Vide per domi. Ange. de Areo §. item Seruiana. et per Io. de Platea ibidem inſtit. de actionibus.*

b * Contra tertios poſſeſſores. *Adde, nunquid tertius poſſeſſor bonorum poſſit hypothecaria cõueniri, non diſcuſſo principali. Phili. Corn. in conſi. lxxxv. incip. uidetur prima. in prin. in iiij. uol. & in conſi. ccxlvj. incip. in hac conſultatione. in princi. eo. uol. iiij. & hypothecaria expreſſæ hypothecæ poſſit pro dote intentari, contra tertios poſſeſſores bonorum obligati, non facta excuſſione. Latè tradit idẽ Phi. Cor. in conſi. cclxvij. incip. quanquam uideatur. in iij. uol.*

c ¶ An conſtitutio precarii. *Tu uide de hoc per iſtum, conſi. x. incipi. domini de parlamento. uer. ſuprà in dicta facti narratione.*

d ¶ Quod ſic. *Iſtud intellige procedere de iure antiquo C. alias non ualet tale pactum, niſi in caſibus exceptis de iure canonico, nota. C. de uſu. auth. ad hoc. & extrà eod. ti. c. conqueſtus. c. ſalubriter. ita dicit formaliter do. Bal. in l. dudum. in uerſi. caue tibi. C. de diſtra. pigno.*

SVMMARIVM.

1 *Notarij recipientes inſtrumenta falſorum contractuum, qua pœna puniantur.*

2 *Inſtrumentum falſum qui dictat, qua pœna puniatur.*

3 *Notarius ſi fateatur in tortura, uel aliàs, ſe inſtrumentum falſum confeciſſe, an noceat parti illa confeſſio.*

QVAEST. CCCCXXXIII.

DVO notarii de Alauardo receperunt inſtrumentum de quodã actu à iure reprobato facto in uilla Alauardi, de quo actu ſcripſi s̃. q. ccccxxiij. quæro ſi dicti duo notarii deliquerint, & quã pœna ueniant puniẽdi? Credo* ꝙ ipſi deliquerunt, & ꝙ 1 pœna exilii perpetui ueniãt puniendi, per text. in l. iubemus. la ij. in §. œconomus. ibi, his tabellionibus, quę huiuſmodi cõtractum uetitorum auſi fuerint inſtrumenta conſcribere, irreuocabilis exilii animaduerſione ple

 ctan

ctentur. C.de ſac.ſan eccle. Reperio tamen alias pœnas grauiores, uidelicet priuationis officii notariatus, infamiæ & amputationis pugni in §. callidis. de prohi.feu.alie.in feudis. Sed credo, ꝙ in caſu noſtro, de quo hic agitur, nõ habeant locũ pœnæ dicti §. callidis. quia ibi loquitur tex.de cõtractu fraudulẽto, ſciẽter per notariũ recepto. Ideò acrius ibi punitur propter fraudem dolosè cõmiſſam. hic autem in caſu, de quo agitur, licet actus fuerit de iure reprobatus, in eo tamẽ non interuenerunt fraus neq; dolus, licet quędam ſimplicitas. ideo mitius pu

a nitur[a], pœna tantũmodo exilii: ut d.§.œconomus. Nec excuſantur dicti duo notarii, ſi dicerent ſe non credidiſſe dictum actum coram dicto Rodulpho per eos receptum fuiſſe de iure reprobatũ, quia hoc ſcire debebãt, iuxta ea quæ leguntur & not.in l. generali.C.de tabu.li.x.& nihilominus dici poſſet ipſos officio notariatus fore priuandos, cũ in ipſo officio deliquerint: iuxta not.per gl.in auth.de non alie.aut pmutã.re.ecc.co.ſ).in §. ſuper hoc.ſup uerbo, reuiſionẽ. Sup hoc caſu die ix. Auguſti, M. ccccl x.in cõſilio fuit cõcluſum, dictos notarios grauiter deliquiſſe, & ipſos fore deportandos, iuxta d.l.iubemus. aut ſaltem officio notariatus eos fore priuandos. per d.gloſ.Sed mite agendo dicti domini in præſentiã dicti nobilis Io. Pales commiſſarii regii cõcluſerunt, quòd pecuniariter punirentur, attenta qualitate perſonarum ſuarũ; & ita fuerunt condẽnati per dictum Pales in audiẽtia, de mẽſe

2 Decembris, M.cccl. ¶ *Sed qua pœna debeat puniri ille, qui dictat falſum inſtrumentum? dic ꝙ pœna falſi, ſicut datarius, qui cõficit inſtrumentum: ut tenet Bal. in d.l.iubemus.circa fi.in q.quæ

3 incipit. ¶ *Vltimo quæro, ſi notarius confiteatur in tortura uel aliàs ſe falſum inſtrumentum fabricaſſe, an noceat parti. Dic ꝙ non, ſecundum Bart. in l.ſi quis in graui.§. ſi quis moriens.ff.ad Silleianum.

a ¶ Ideo mitius punitur. *Ad hoc faciunt, quæ notantur & leguntur in c.inter corporalia. §.ſanè.ibi, quia non ex malignitate &c. extra, de translat.epiſco.*

SVMMARIVM.

1 *Secretarij parlamenti an debeant exigere decimam de condemnationibus. Et pœna exigentium.nume.1.*

QVAEST. CCCCXXXIIII.

ANNO domini, M. ccccl x. & die vj. menſis Auguſti, in camera conſilii, in qua erant omnes domini mei de parlamẽto & camerę computorum Delphina.ac theraurarius generalis

1 Delphi.fuit appunctuatum,* ꝙ ſecretarii curiæ parlamenti, qui nunc ſunt & pro tẽporibus fuerint de cõdonationibus aut pœnarum declarationibus fiſci, ærario in dicta curia parlamenti adiud

adiudicatis, aut adiudicandis in
a futurum, nõ exigant decimam[a]
à partibus priuatis: licet in aliis
curiis præſentis patriæ exigi cõ
b ſueuerĩt[b]. Et corroboratur huiuſmodi appunctuamẽtum per curiam parlamenti factũ authori domini Archi. in c. ut officiũ. de hæreticis lib. vj. in glo. ſuper uerbo, publicã. ubi dicit, ꝙ tales perſonæ cõtra quas inquiritur, non debent ſatisfacere tabellioni de labore. alle. in auth. ut nulli iudicum. §. his inſuper. col. ix. Et ideò quia Petrus de Bolliaco ſecretarius in d. curia petebat decimam pœnarum declaratarum in ꝓceſſu, in manibus ſuis formato contra nobilẽ Rodulphum de cõmeriis domini Baſſide, campi rotundi, & eius complices ad cauſam cuiuſdã dietę, per ipſos tentæ in uilla Alauardi, de qua dieta latius ſ. q. cccc. xxiij. tetigi. fuit tunc die vj. huius menſis Augusti appunctuatum, per dictos dominos in cõſilio, ꝙ ipſe Pe. de Bolliaco, nõ exigat dictam decimam à partibus priuatis condemnatis: ſed fuerunt ſibi taxati ſuper dictis expletis ducenti flo. Et aduerte, ꝙ dico, ſuper expletis, quia hoc fuit licitum facere ſuper dictis expletis, ut ponit Barto. in l. di-
a uus. ff. de bo. dam. in fi.* Caueant ergo ſecretarii prædicti, ne decætero exigant dictã decimam: quia inciderent in crimen concuſſionis. l. j. & ibi glo. ff. de concuſſionibus. etiam ſi à ſponte ſoluentibus reciperent. ita glo. in l. j. C. de ſalgamo hoſpi. non præſtan. lib. xij. & deberet talis contrafaciens, ab officio ſecretarii repelli, & priuari. l. ſi quis. C. de offi. præfe. præto. ultra pœnam concuſſionis, de qua ſ. proximè: & ideò in quibuſdam curiis præſentis patrię, maximè in curiis Delphi. Ebreduni notarii non recipiunt decimas à partibus priuatis: ſed ſuper emolumentis domini. attamen Franc. de Zaba. in cle. j. uerſi. notariis. de hęreticis. uidetur tenere, ꝙ ſi talis ſecretarius non habeat ſtipendia ratione ſui officii, ꝙ ipſe poteſt exigere ſalariũ ab inquiſito. Et ita etiam faciũt dicti ſecretarii parlamenti: quia ſalaria exigunt ab inquiſitis, pro eorum uacationibus & ſcripturis, ipſos inquiſitos concernẽtibus. Sed an curia parlamenti potuit ſtatuere, ꝙ dictæ decimæ nõ recipiantur? Dic ꝙ ſic, poteſtate eis, per do. Hubertum Delphinũ attributa: ut ſcripſi ſ. q. cccclliij.

a ¶ Decimam. *De decima tangitur C. de epiſco. & cle. auth. generaliter autẽ iudex. & in l. j. & ij. C. de ſpor. & ſumpti.*

b ¶ Conſueuerunt. *Vide in argum. quod dicit do. Odofr. in prædi. auth. generaliter. in ij. colum. uerſic. unde not. argumen.*

SVMMARIVM.

Commiſſum emphyteuticariæ locũ ne habeat contra pupillum.

Pupillus & adultus ubi æquiparentur.

3 *Emphyteuta ſi ſoluerit cenſum in parte, & in parte non, an pro parte committatur.*

4 *Pupillus non ſeruiens domino, an priuetur feudo.*

QVAES. CCCCXXXV.

VTRVM contra pupillum locum habeat l.ij. C.de iu-
1 re emphy. adeò * ꝙ res cadat in commiſſum per lapſum trienii, ſi non ſoluerit canonem? Et licet gl. in d.l.ij. in q.ſi. & Cy. ibidem. in xij.q. Dy. in c.qui in ius. extrà de reg.iur. Spe. in ti.de locato.uer.xviij. Barto. in l.cum filius.§.in hac.ff.de uerb.obli. dicant, ꝙ contra minorem currit triennium: licet poſteà reſtituatur: attamen ipſi nō diſtinguunt expreſsè, utrum talis minor ſit pupillus, uel adultus. Credo tamen; quòd contra pupillum di-
2 ctum trienniū non currat[a], mortuus per rationem poſitam in l. fi. ibi, melius etenim eſt intacta iura ſeruare &c. C. in quib. cau. in integ.reſt. non eſt neceſſaria. conſiderato, ꝙ talis lapſus temporis eſt adeo odioſus reſpectu emphyteutę: ſicut & lapſus bienni reſpectu debitoris in pecunia non numerata, qui nō currit contra pupillū: ut d.l.fi. ſic ꝙ in utroq; caſu eadē uidetur ratio. ergo idem ius ſtatuendū. l. fi. C. ad le. Fal. l. illud. ff. ad le. Aquil. Et per hoc uidetur tex. in d.§. in hac. ibi, nō uidetúr autē per pupillum ſtetiſſe ex huiuſmodi ſtipulatione, ſi pupillus hęres erit &c. præſupponendo, ꝙ pupillo non debet imputari, quòd adulto imputatur. & iſtam partem uidetur tenere gl. or. ut multū no. in l.ſi tutoris. C.de adm.tu. iſtud idem comprobatur in materia feudali, ubi adulto negligentia anni & diei imputatur. in c.j. §. prętereà. ibi, de prohi.feud.alie. per Fede. in feudis.col.x. quæ tamen non imputantur pupillo. in c.ſi quis deceſſerit, minorē non cogi fidē facere. eadem colla. Et maximè, ubi talis pupillus in ius patris ſui uel alterius ſuccedit, qui ꝓpterea iuſtā cauſam ignorantiæ habet, an talis cēſus debeatur, uel res ſit emphyteuticaria. & ita non pōt ſibi opponi ratio poſita in d.l.ij. de iure emphyteu. quia talis ætas ipſum habet excuſare. l.j. i fi. C.de fal. mo. Non obſt. l. properandū. in fi. C. de iudiciis. & §. pupillus. in authen. de hæred. & fal. colla. j: ubi
2 * pupillus & adultus æquiparantur quo ad caſus ibi poſitos: quia in eis eſt ſpeciale, ſicut dicit & ſoluit Bar. in d.l.fi. C. in qui. cau. in integ.reſti. nō eſt neceſſaria. Concluditur ergo quòd contra pupillum non currat dictū tempus triennii, & ſic nō eſt neceſſa-
3 ria reſtitutio in integ. * Contra uero adultum currit dictū tempus: ſed reſtituit̃. ita debēt intelligi gl. Cy. Dy. Spe. & Bar. in locis ſ. alle. Et ita uidi determinari in d. curia parla. ¶ De hac materia præſcrip. cōtra pupillū uel adultum etiā tetigi ſ. q.xxxj. de aliis pręſcriptionibus tam contra

tra fiſcum, quàm alios priuatos, uide multas quæſtiões ſ.q.cccc-xvj. ¶ Si emphyteuta ſoluerit cenſum in parte, & in parte nõ, an pro parte committatur? uide quæ plenè dixi ſ.q.clxxiij. ¶ Et de illo, qui ſoluit falſo geſtori, ân liberetur: uide quæſt.clxxiij.

4 ¶ Quæro, ſi pupillus nõ ſeruiat domino, an priuat feudo? dic q non, c. ſi minori, & c. ſi de feudo defuncti controuerſia fuerit: alias eſt rubrica, minorem non teneri fidelitatem facere: & ita ibi tenet Glo. & Bal.

2 ¶ Non currat. *Quòd autem nulla poteſt præſcriptio aduerſus pupillum currere, uidetur expeditum per text. in l. ſicut. in uer. ſed pupillari ætate. C. de præſcrip. xxx. uel xl. annorum.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationis interpoſitæ uirtute, quis conſtituitur in protectione Iudicis ad quem: & eximitur à poteſtate Iudicis à quo.*

2 *Iudex appellationum, de quibus poſſit ſe intromittere.*

3 *Iudex appellationum, habet iuriſdictionem in territorio ordinarij: ligata tamen eſt.*

4 *Iuriſdictio Iudicis appellationum, expirat ſententia per eum lata.*

5 *Appellans non debet recedere à præſentia eius, à quo appellatur, antè, quàm ille deferat appellationem, uel renuat deferre.*

6 *Iudex appellationum, ſuccedit in locum Iudicis cauſæ principalis.*

7 *Appellari poteſt ad Papam, à ſuperiore non recognoſcente ſuperiorem.*

8 *Appellans, an appellatus, debeant probare in cauſa appellationis, diſting. numero 9.*

10 *Appellatione pendente an omnia debeant remanere in eodem ſtatu, in quo erant tempore ſententiæ.*

11 *Appellatio à diffinitiua, ualet.*

12 *Iudex appellationum an debeat confirmare ſententiam Iudicis à quo, lata expreſſa cauſa iniqua, & indebita, etiam ſi ſecundum proceſſum potuerit aliter ſententia ferri.*

13 *Appellatio non petitis Apoſtolis, an ualeat.*

14 *Sententia Iudicis à quo, an confirmetur per appellationem interpoſitam.*

15 *Appellari an poſſit à comminatione per Iudicem illata.*

16 *Appellationem deſertam eſſe, an ſit ſententia interlocutoria uel diffinitiua.*

17 *Sententia Iudicis appellationum, lata poſt deſertionem, an ſit nulla.*

18 *Sententia lata ſuper nullitate proceſſus, an ſit interlocutoria, uel diffinitiua.*

19 *Appellari an debeat ab interlocutoria, quæ habet uim diffinitiuæ.*

20 *Innouata medio tempore an debeant reuocari, ſi appellans non faciat citari partem ſuam infra terminum ſtatutorum Delphin. coram Iudice, ad quem.*

21 *Attenta an debeant reuocari, ſi conſtet appellationem euidenter eſſe iniuſtam.*

22 *Appellatio an ſit deſerta, ſi eam quis non poſſit introducere præ inopia.*

23 *Iudex à quo, an terminũ datũ à ſe appellãti ad introducẽdũ appellationẽ, corã Iudice ad quẽ, poſſit prorogare.*

24 *Iudex cauſæ principalis, à quo, an poſſit*

poßit eius ſententiam exequi, appellatione deſerta.

25 *Filius an poßit appellare pro patre, ſine eius mandato.*

26 D*ominus an poßit appellare, pro homine ſuo.*

27 *Epiſcopus an poßit appellare pro ſua ciuitate, uel ſuis ſubditis.*

28 *Impedimenta appellatiõis proſequẽdæ qui allegat, an ſit audiendus.*

29 *Tempora fatalium an currant in curia* Grationop.

30 *Compromißum inter partes factũ, an impediat curſum decem dierum, qui dantur ad appellandum.*

31 *Appellatio ab interlocutoria, an admittatur in curia parlamenti* Delp.

32 *Grauamina omnia inſerta in appellatione, an ſint probanda.*

33 A*ppellari an poßit à futuro grauamine.*

34 D*ies xxx. dati ad* A*poſtolos concedendos à* I*udice à quo, an incipiant currere à die ſententiæ, uel appellationis interpoſitæ.*

35 D*ies xxx. dati ad* A*poſtolos concedendos, an currant de momento ad momentum.*

36 A*ppellationi ſuæ renuncians, an ueniat condemnandus in expenſis.*

37 I*udex, ad quem, ſi pronunciet bene interlocutum à* I*udice, à quo, an deſinat eſſe* I*udex.*

38 *Clauſula ſolita apponi in appellationibus: proteſtando quòd dictam meã appellationem poßim proſequi per uiam nullitatis, &c. quid operetur.*

39 I*ncarceratus ſi appellat, an debeat remitti* I*udici, ad quem.*

40 *Officium quod ſit hodie ſubrogatum loco Quæſtoris.*

41 A*ppellari ad quem debeat à ſententia* V*icarij.*

42 E*piſcopus ſi committat cauſam, ad quem appellabitur.*

43 S*ententiam quis an dabit executioni: an* I*udex, à quo: an* I*udex, ad quẽ.*

44 L*ex penul.* C*. de appel. ad quæ poteſt adduci in argumentum.*

45 T*empora fatalium, an currant contra minores.*

46 T*empora fatalium, an poßint prorogari conſenſu partium.*

47 I*udex, à quo, an poßit præfigere terminum parti ad introducendam appellationem.*

48 A*ppellationem an poßit pars introducere ante terminum ſibi præfixum.*

49 A*ppellans ſi petat ſe remitti* I*udici immediato, debet remitti.*

50 A*ppellationem introducere uerbo, an ſufficiat in parlamento* D*elphinali, ſi non poßit à notario ſtatim haberi inſtrumentum appellationis.*

51 P*rocedẽdi ratio, in cauſa appellationis, quæ interponitur à reintegratiõe poßeßionis, uigore ſtatuti* D*elphinæ.*

52 S*atutum* D*elphinale, ſi quis per literas, an uideatur prohibere cauſam nullitatis.*

53 A*ppellatio an ualeat à ſententijs curiæ parlamenti.*

54 S*ententia diffinitiua uel interlocutoria ſuper aliquo crimine prolata, an poßit mandari executioni infra decem dies datos ad appellandum.*

55 I*udex appellationis an cognoſcat de nullitate ſẽtẽtiæ, ſi ſimpliciter appelletur, & opponatur ab appellante.*

56 V*ictus uictori an cõdemnari debeat in expenſis, in cauſa appellationis.*

Ap

57 Appellari an poſſit à ſtatuto uel edicto facto p Iudicē,ne portētur arma.
58 Appellari an poſſit à citatione,quãdo citatur non citandus.
59 Appellare an ſufficiat ad Iudicem competentem,nullo tamen expreſſo.
60 Iudex appellationum cognoſcit an appellatio ſit recipienda.
61 Iudex appellationum num debeat ſequi ſtatuta primi Iudicis.
62 Appellatio extra iudiciũ facta, quid operetur.
63 Appellari an poſſit ab omiſſione cõdemnationis expenſarum.
64 Appellatio an poſſit interponi corã notario.
65 Appellatio an impediat executionē ſententiæ.
66 Iudex qui non detulit appellationi, an poſſit exequi ſuam ſententiam.
67 Iudex appellationum,an debeat ſtatim inhibere.
68 Iudex appellationum,an ſit Iudex nullitatis.
69 Appellãs coram Iudice à quo, an intelligatur delere eius appellationem.
70 Dominus contumax an poſſit appellare per ſe,uel per procuratorem.
71 Appellare an poſſit tertia perſona.
72 Appellari an poſſit ab interlocutoria,de iure ciuili.& nu.85.
73 Poſſidens rem aliquam, dubitans in ea turbari,appellat extra iudicium.
74 Sententia ſi contineat plura capit ula,an appellari poſſit ab uno.
75 Appellationes duæ an requirantur,ſi ſimul & ſemel proferuntur interlocutoria & diffinitiua.
76 Appellari an poſſit à Iudice, à quo, qui aſſignauerit ad ordinandum ſuper amiſſione articulorum traditorum, & ad diffiniendum ſuper tota cauſa, & cauſa diffiniatur omiſſa dicta ordinatione articulorum.
77 Si appellem à ſententia,& appellatus negat eam eſſe latam , an ipſe perdat commodum dictæ ſententiæ.
78 Tempus præfixum ad appellandum, an currat,etiam nullitate propoſita.
79 Iudex qui defert appellationi ob reuerentiam ſedis Apoſtolicæ, an totã iuriſdictionem à ſe abdicet.
80 Appellans à ſimplici interlocutoria, an poſſit de nullitate agere coram Iudice,ad quem.
81 Iudex appellationum, an poſſit pronunciare de his, quæ coram eo agi non poſſunt.
82 Dux ſi ferat aliquam ſententiam,ad quem debeat appellari.
83 Appellari an poſſit à Iudice non ſuo, communiter electo.
84 Appellari an poſſit à ſententia, in qua Iudex pronunciauit bene uel malè appellatum.
86 Appellari an poſſit, ſi denegetur dilatio quæ petitur,uel audientia.
87 Appellationi per alium interpoſitæ, qui poſſint adhærere.
88 Appellare an poſſim poſt decē dies, ſi procurator meus non appellauit.
89 Appellari an poſſit ſuper decimis.
90 Attentata qualiter debeãt reuocari.
91 Appellationis quis ſit effectus , cum quis primò appellat uiua uoce, ſaluo iure appellandi in ſcriptis.
92 Appellari an poſſit, propter locum non tutum.
93 Pronuncians ſe iudicem non competentem , an poſſit illam interlocutoriam reuocare.
94 Iudex appellationum non ſuccedat loco

loco iudicis cauſæ principalis.

95 *Princeps an poſſit appellationem deſertam admittere.*

96 *Appellari an poſſit ab executore.*

97 *Iudex,ad quem,an poſſit de nullitate ſententiæ cognoſcere, ſi appellatio à ſententia fuerit deſerta, lapſu fatalium,uel aliàs.*

98 *Appellari an poſſit in cauſa momentaneæ poſſeſſionis.*

99 *Appellatio an poſſit interponi coram notario.*

100 *Tempora fatalium an currant,facto compromiſſo ſine termino.*

101 *Appellatio deſerta coram iudice ad quē,an poſſim redire ad iudicē,à quo.*

102 *Reconuentio an admittatur in cauſa appellationis.*

103 *Ratificare infra decem dies an debeā appellationē meo nomine factā.*

104 *Dominus an repellatur ab appellādo,ſi pcurator fuerit uerus cōtumax.*

105 *Arripiēs iter poſt appellationem interpoſitam,an cenſeatur interim eſſe in protectione iudicis,ad quem.*

106 *Iudex non admittēs appellationem an poſſit ſtatuere terminū appellāti, ad introducendam appellationem.*

107 *Minor qui non appellauit, an petens reſtitui,audiatur.*

108 *Appellationis inſtrumentum portans,coram iudice ad quem introducens; an introducendo præſumatur habuiſſe mandatum introducendi dictam appellationem.*

109 *Cauſæ iuſtæ appellationis non proſequutæ,quæ ſint.*

110 *Appellari ad quem debeat, ab epiſcopo in temporalibus.*

111 *Attentata an poſſint reuocari, ſi lis conteſtetur ſuper attentatis.*

QVAEST. CCCCXXXVI.

CVM materia appellationū
ſit quotidiana, & ipſius
uſus frequens exiſtat, ut inquit
iuriſcōſultus,in l.j.in princ.ff.de
appel.& tā in practicādo, quàm
in iudicando.in d.ſuperiori curia parlamenti,& aliis curiis inferioribus huius patriæ, ideò
ego Guido,duxi ipſam materiā
hic tractare per quæſtiōes, & in
fine cuiuslibet ponam quæ uidero de iure aut ſtylo curiarū
obſeruari. Et pro introitu præſentis materiæ præmitto vij.cō-
1 concluſiones. ¶*Prima concluſio, quòd uirtute appellationis
interpoſitæ quis conſtituitur in
protectiōe iudicis ad quem appellatur, & à iuriſdictione iudicis à quo appellatur, & exēptus.
extrà de appell.in c.ad audiētiā.
Et hoc uerum,quantum ad articulum appellationis:in aliis autem non eſt exemptus.in c. pro-
2 poſuit.e.tit.¶*Secūda.cōcluſio,
quòd iudex appellationum non
pōt ſe intromittere, niſi de his,
quibus ad eum eſt per appellationem iuriſdictio deuoluta. in
3 c.paſtora.extrà de of.ordi.& c.j.
de app.lib.vj.¶*Tertia concluſio:quòd licet iudex appellationū habeat iuriſdictionē in territorio iudicis ordinarii: ipſa tamen eſt ligata: quia non habet
effectum niſi appellatiōe interpoſita, & coram ipſo iudice debitè introducta:ut in d.c.paſtoralis.no.per Bar.& Hoſt.Nam ſi
iuriſdictio ſua unicuiq; nō ſeruare

uaretur, ordo ſecularis & eccleſiaſticus confunderet. xj. q. j. c. puenit. ¶* Quarta cõcluſio: ꝙ iuriſdictio iudicis appellationum per appellationem ad eum deuoluta, expirat ſententia per eũ lata. c. ut debitus honor. extrà de app. & faciunt quæ leguntur & not. per Hoſt. in c. j. extrà de offi. or. ¶* Quinta concluſio: ꝙ ubi appellatur ab aliquo, non debet appellans à ſui præſentia recedere antè, q̃ ipſe à quo appellatur, deferat appellationẽ, uel renuat deferre. ut in c. ex parte. extrà de appel. la ij. & tenet Inn. in c. ſuper. eo. tit. quod uerũ dico, niſi iudex ſtatueret ſibi terminum ad audiendum ſuam reſpõſionem, quod poteſt. Sed ſecundum ſtatuta Delphi. non tenetur appellans redire in petẽdo apoſtolos: ſed debet proſequi eius appellationẽ corã iudice appellationum, & ualet ac ſi apoſtolos obtinuiſſet: ut dixi ſ. q. xxv. ¶* Sexta concluſio: quòd iudex appellationũ ſuccedit in loco iudicis cauſæ principalis. l. tutor. in princ. ff. de uſur. & in c. Ray. in fi. de teſta. ita tenet Spe. in tit. de expenſis. §. nunc uidẽdũ. uer. & no. ꝙ expenſæ. ¶* Septima cõcluſio: quòd à ſuperiore non recognoſcente ſuperiorem, [a] poteſt appellari ad Papã: ut tenet Hoſt. in c. cum Ioannes. extrà de fide inſtru. quem ſequitur Abb. Pan. in c. ex literis, extrà de prob. Et iſtis ſic pręſuppoſitis uenio ad quæſt.* Et primo quæro, quis debeat probare in cauſa appellationis [b], an appellans uel appellatus. & qa ſuper hoc uarii uaria dixerunt, ſic * diſtingue, poſt Bar. & doc. quia quandoq; quæritur quis debeat probare ſe iuſtè appellaſſe, hoc eſt appellationẽm ritè interpoſitã eſſe, uidelicet congruo tempore, & ſimilia. tũc ille, q appellat, ꝓbare debet. l. eos. in princ. & §. penu. C. de app. & l. litigantibus. & l. quoniam. eo. tit. Quandoq; quæritur quis probare debet de iniuſtitia cauſæ: & tunc aut altera pars tantum proſequitur appellationem, altera abſente cõtumace, & tũc ille debet probare, q ꝓſeqtur: ut in l. ampliorẽ. C. de app. & in auth. de his, q ingrediuntur ad appellandum. §. quia illud. Quandoque utraque pars proſequitur: & tunc aduerte: quia quędã eſt probatio, quę fit per modum abnegatiuũ. uerbi gratia, dico ſentẽtiam latam, me non citato, non pręcedente cauſæ cognitione, & hoc uolo ꝓbare p inſpectionẽ actorũ. tũc ei qui appellat, incũbit ꝓbatio. & debet acta producere quę iudex habet inſpicere. ut l. ne caſus. C. de app. & l. is apud quem. C. de edẽ. Si uerò quæris de ꝓbatiõe, quę fit de directo per teſtes uel inſtrumenta, tũc ille debet ꝓbare in cauſa appellationis qui habet probare in cauſa principali. ut l. hi, qui. & ibi hoc tenet gl. poſt Io. And. C. de app. Nam appellatione interpoſita

4 5 6 7 a 8 (left margin); b 9 (inner margin)

omnia

13 ries. ¶ * Quintò quæro, aliquis appellauit, & nõ petiit apoſtolos, an ualeat appellatio? Dic, ꝙ nõ, ſed eſt nulla, iuxta cle. quãuis rigor. de app. Sed quid ſi ſimpliciter dico, appello, & iudex det apoſtolos: nũquid cõfirmatur, & ualet appellatio? quidã dicũt, ꝙ ſi iudex incõtinẽti det, quòd ualet, aliàs ſecus. Ita dicũt aliqui doctores. Sed pone, ꝙ eſt aliquis ruſticus, qui neſcit petere apoſtolos, ſed dicit dũtaxat appello, an ualeat eius appel. Crederem ꝙ ſic: quoniã non omnes ſciunt petere apoſtolos. arg. in l. quoties. C. fam. erciſc. & not. in c. per tuas. extrà de appel. & ita uidi in hac curia determinari, propter ſimplicitatẽ aliquorũ ruſticorũ.

bo. ſig. l. ſubſignatum. §. bona. &
ff. de iure dot. & l. mulier bona.
Pro debito uerò contracto per
uxorem, poſt cõtractum matri-
monii, & dotis conſtitutionem,
nõ fiet executio in bonis dota-
libus. Ita intelligitur d. glo. & ꝑ
hoc facit l. cùm poſt. in §. patro-
na.

na.ff.de iu.dot.& ff. de his, quæ
in frau.cre.l.fi.§.ſi à ſocero.uerſ.
aut certè &c. Et ita uidi in hac
3 curia determinari. ¶ *Sed quo
remedio ſubuenitur hoc caſu
creditori uxoris?dic,ꝙ uxor te-
nebitur cauere de ſoluẽdo, ſol.
mat.ut d.uerſi.aut certè &c. Vel
fiet executio in bonis parapher-
nalibus ſi quæ habeat.Sed ſi nõ
poſsit cauere,credo quòd ſuffi-
ciet iuratoria cautio,iuxta auth.
generaliter.C.de epiſco. & cler.
a ¶ Quòd non. *Iſtud probatur,quia
dos eſt uiri.ut in gloſ.in l.in rebus. in
uerſi.iure naturali. ibi,imòſunt uiri.*
C.*de iure dot.Sed ſic eſt,quòd uir nõ
conuenitur pro uxore, ut in rubro
& nigro,nec uxor pro marito.Patet
ergo,quòd pro debito uxoris in rebus
dotalibus non debet fieri executio.*

SVMMARIVM.

1 *Commentarienſis an pro expenſis
poßit retinere incarceratum.*
2 *Commentarienſis quod debeat præ-
ſtare iuramentum.*
3 *Commentarienſis capite punitur, ſi
rẽ habuerit cũ muliere incarcerata.*

QVAEST. CCCCXLVIII.

SI incarceratus per ſentẽtiam
iudicis,liberetur,an commẽ-
1 tariẽſis poſsit eum retinere*pro
expenſis,& ſalario cuſtodię?Iac.
de Are.dicit,quòd non: ſed de-
bet eum relaxare:& poſteà con-
2 tra eum agere, ſi uult. allegat [a]
ipſe l.omnes.C.de pe.l.ob.ęs.C.
de act. & obli. & in auth. ut nul.
iud.§.qa uerò homini.Ad quod
facit(dicit ipſe) quod no.in l.di
uus.in fi.ff.de bo.dã. Sed de cõ-
ſuetudine,quę iuri derogat,cõ-
mẽtariẽſes huius ciuitatis Gra-
tion.ſolent eos retinere, donec
ſoluerint, aut cum eis cõcorda-
uerint, taliter quòd de expenſis
& cuſtodia carcerũ ſint conten-
2 ti. * Sed iuxta hoc quæro, quod
iuramentum debet pręſtare cõ-
mentariẽſis in introitu talis of-
ficii?uide in clem.j.§. porro. de
3 hęreti.¶*Si cõmentarienſis co-
gnoſcat carnaliter mulierẽ in-
carceratã, capite punitur. ut di-
cit Ioan.Fab.inſtit.de pu.iudi.§.
itẽ lex.¶ De materia incarcera-
tionis uide quæ dixi ſ.q.lxxiiij.
a ¶Allegat. *Iura hic allegata non
probant opin.domi.Iaco.de Aret.Et
quòd de iure incarceratus retineri
poßit pro expenſis factus,facit l.ſi ne
ceßarias.in prin.ff.de pig.act.*

SVMMARIVM.

1 *Tonſura collata à non ſuo Epiſcopo,
an ualeat.*
2 *Tonſura collata laico à non ſuo Præ-
lato,tenet.Et quid ita,nu.3.*
4 *Clericatus an poßit probari per
teſtes.*

QVAEST. CCCCXLIX.

LAICVS effectus eſt cleri-
1 cus,à non ſuo epiſcopo *ſi-
ne licentia uel cõſenſu ſui epi-
ſcopi, nunquid ualeat tonſuræ
collatio?Et uidetur primò,quòd
non,iuxta c.eos.iuncta gl. ſuper
uerbo ſtatuunt.& c. cum nullus.
de tempo.ord.lib. vj. facit bene
lxxj.di.c.j. & hoc uidetur tenere
Io.An.in c.fi.extrà de tempo.or-
di.li.vj.& tetigi in c.j.gloſ.ſuper
uerbo,clericatus.eo. tit. in con-
trarium

trariũ uidetur quód character uidetur impreſſus habita illa cõſideratione, quód clericatus eſt
a ordo [a].c.cùm cõtingat.extrà de æta.& qualita.Ita dicit glo.in fi. ſuper uerbo,tonſuram.extrà de tempo.ordi. Si igitur character ſit impreſſus, ipſe nõ poteſt deleri.ſicut dicimus de actionibus directis, quæ in oſsibus noſtris adeó ſunt incorporatę, quód à nobis ſeparari non poſſunt.l.iij. ff.pro ſoc.Item etiam no.Barto. qui talem ſimilitudinẽ facit de charactere & actiõibus directis. ut l.nemo poteſt.ff.de leg.j.Nec obſtant iura ſ.pro parte cõtraria allegata: quia loquuntur in clerico, qui facit ſe ordinari à non ſuo epiſcopo, ſine conſenſu uel licentia ſui prælati, quæ iura non poſſunt adaptari ad caſum iſtum: in quo loquimur de laico & non de clerico.& ita uidentur caſus diuerſi & non aduerſi. Et poteſt eſſe diuerſitatis ratio: quia ille qui eſt clericus, iam eſt effectus de iuriſdictione Epiſcopi. ille autem qui eſt laicus,non eſt de iuriſdictiõe Epiſcopi: ſed eſt de iuriſdictiõe tẽporali tãtummodò: ſicut clericus non poteſt iuriſdictionem alicuius Epiſcopi prorogare ſine licẽtia ſui Epiſcopi.ut l.ſignificaſti. extrà de foro comp. in q. vj.c.non liceat.& notauit gl.in l. j.ff.de iudic.ſic nec debet etiam ordines à non ſuo pręlato recipere, ſine licentia ſui Epiſcopi. ut in c.eos.& c.nullus.& lxxij.di. c.j.all. cum potior ratio non uideat in uno caſu, quàm in alio. Ideó idem ius ſtatuendum eſt.l. fi.C.de cõſti.pe.& l.fi.C.ad l.Fal. Ille autem qui eſt laicus,non eſt de iuriſdictiõe Epiſcopi:ſed de temporali.Ideó ſicut ipſe poteſt iuriſdictionem alterius iudicis temporalis prorogare ſine cõſenſu & ſententia ſui iudicis.l.j. ff.de iudi.& l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdi.om.iud.Ita uidetur,quód primam tonſuram poteſt à non ſuo Epiſcopo ſine licentia ſui diœceſani recipere, poſtquam prohibitus non reperitur ordines cõferre clerico alienæ diœceſis:ut ſ.alleg. Non tamen reperitur prohibitum hoc in laico,ſi conferatur.tenet ergo talis
2 coll.arg.præmiſſorum.*Pro hoc facit una talis ratio: quia ſi laicus à non ſuo prælato tonſurari non debet,argu. iurium allegatorum. attamen ſi tõſuretur,ualet,& tenet talis tõſura:iuxta illud,quod fieri nõ debet, factum tamen tenet.l.ij.§.biduũ.ff. quãdo appellandum ſit.l. relegatorum.§.ad tempus.ff. de interdi.
3 & releg. Et* maxime,quia aliqs canon non annullat talem tonſuram, ſaltem, quód uidero dicẽdo ſic: Nullus epiſcopus laicum diœce. alienæ debet ordinare ſine licentia Epiſcopi, & ſi fecerit, quód ordinatio non tenet &c.Sicut in ſimili ponit Dy. in c.quæ contra ius.extrà,de regu.iur. Et licet in d.c.lxxj.dicatur in fine, quód talis ordinatio

de clerico facta rata nō habeatur, &c. hoc debet intelligi in ſuis terminis.& ita in clerico ordinato à nō ſuo Epiſcopo, & nō in laico, de quo hic loqmur, cũ à uerbis legis ſeu canonis non ſit recedendum.l. non aliter. in prin.ff.de leg.iij. Vel poteſt dici, quòd d.c.j.locum habet, quãdo executio talis ordinis interdicta eſt à proprio Epiſcopo: iuxta c.quod tranſlationem. extrà de tēp.ordi.in antiquis.aliàs autem ubi non ſequitur aliqua interdictio talis ordinis, ſed eam tolerat proprius Epiſcopus, & ita etiam habet ratã, ſaltē tacitè, uel aliàs expreſsè, rata manet talis ordinatio de clerico facta.ita uidentur ſentire gl.in d.c.j. lxxj. di.& Io.An.in c.eos.gl. ſup uerbo, ſtatuunt tale.

4 *Iuxta præmiſſa, quæro, an clericatus poſſit probari per teſtes.Iac.de Bu. tenet quòd non.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.& cle.nide tamē ſuper hoc quæ ſcripſi plenè ĵ.q.ccclxxiiij.

2 ¶Eſt ordo. *Dum quæritur, an prima tonſura ſit ordo: dic ſi loquimur de ordine, inquantum eſt ſacramentum, & imprimit characterem: iſto modo non eſt ordo, nec ſacramētum, nec imprimit characterem. ſecūdum Tho.in iij.ſententia.diſtin.xxiiij. & ideò iura non poſuerunt primam tõſuram inter ordines.xxxij. diſtinct. feriatim.lxxvij. diſt. illud. & xciij. di.à ſubdiacono. ſi uerò loquimur de ordine, non ut eſt ſacramētum, ſed ut largo modo pro deputatiōe ad diuinum officium ſeu cultū: ſic eſt ordo. & iſta not.extrà de ætate & qualitate.c.cum contingat.*

SVMMARIVM.

Mulcta inflicta clerico antè, quàm ſe allegaret clericum, an poßint exigi per clericum. 1

Citatus à delegato an teneatur comparere. 2

QVAEST. CCCCL.

SVPRA q. cccccxxiiij. & q. ccccxxxvij. fuit uiſum de delictis perpetratis in hac patria 1 *per nobilem Rodulphũ de cōmeriis, & eius ſequaces. & contigit, quòd quia aliqui ex dictis ſuis ſequacibus citati corã parlamento reſponſuri intitulãdis cōtra eos ad cauſam præmiſſorum non comparuerunt, mulctę fuerunt contra eos declaratę ad diuerſas pecuniarũ ſummas fiſco Del.adiudicatas. Poſt quarũ mulctarum declarationem fuerunt ipſi delati capti & incarcerati: ſed fuit concluſum eos fore remittēdos officiali Gration. tanquam clericos, cum de eorũ titulis docuerint. Sed tũc fuit dubitatum, an ipſi remittendi deberēt ſoluere antè eas mulctas, contra eos (ut præmittitur) declaratas.& dixerunt aliq ex dominis, ꝙ ſic: quia ipſi debebant cōparere & eorũ priuilegia allegare: ar.l.ex quacũque cauſa. ff.ſi quis in ius uo.nō ier. & facit l.ſi quis ex aliena.ff. de iudiciis. Sed ego dixi cōtrarium: quia in clericum iudex ſecularis nullã habet iuriſdictionē neque coërtionem

dicitur uiſis actis curia ſic ordinat,&c.Vtrum ualeat talis ordinatio. & quid compræhendatur appellatione huius uerbi,curia. 1 Ego credo ualere talem ordinationem,& tale uerbũ curia,poſtquam eſt indifferens,ſumi ac referri debet ſecũdum materiam. a Et ita tali ordinatione ſumetur curia,per iudicem uel magiſtratum in tali curia præſidente.l.ſi uno anno.ff.locati.& l.ſi olei.C. eod.titu.ſic,ut res potius ualeat, quàm pereat.l.quoties. ff. de re-
2 bus dubiis.Ex*quibus propterea infero,quòd ſentẽtiæ & ordinationes quæ fiũt in hac curia parlamẽti Delphi.in quibus dicitur, curia ordinat uel condẽnat,&c. quòd ualent tales ſententiæ. Et ita ſeruatur de ſtylo præſentis curiæ.Similiter etiam,ut audiui, ſeruatur in hac curia parlamenti regii Pariſiis & Tholoſæ.

a ¶Appellatione curiæ. *Ponitur enim curia pro officio decurionatus. l.exceptiones.C.de numerarijs. libro xij. Et hoc facit in materia præſentis quæſtionis. Quòd autem per curiam intelligatur iudex,patet: quia ibi cenſetur curia, ubi eſt iudex.arg. eius,quod dicit domi.Innoc.in c.ex poſuit.extrà,de dilat.*

SVMMARIVM.

1 *Conſulum creatio.*
2 *Conſules cui iuramentum præſtare debeant.*
3 *Conſulũ creatio an fieri debeat cum decreto Iudicis.*
4 *Conſulum unus an poterit negotium uniuerſitatis inſolidum gerere.*

QVAEST. CCCCLII.

De modo eligẽdi cõſules in hac ciuitate Grationop.uel alia uniuerſitate:uide tex.in*authenti.de defenſoribus ciuitatũ, in §.ſi qua uerò.colla.iij.ubi habetur quomodo cõſules,hoc eſt, defenſores ciuitatũ.ªdebent eligi per circulum, id eſt, circuitũ, ſic, quòd quilibet ſuo loco tale onus ſubeat:& ita etiam de conſuetudine ſeruatur. Sed quid de confratriis huius ciuitatis uel alterius loci, an priores ipſarum confratriarum debeant ſimiliter eligi, & ille modus obſeruari? Dic,quòd ſic,per dictum §.ſi qua uerò.& ita de conſuetudine ſeruatur. Et circa hanc materiã aduertẽdũ:quia in creatione actoris,tutoris, curatoris, uel ſyndici debet attendi conſuetudo: ut not.gl.in l.ita tamen. circa prin. ff.ad Trebel.quod eſt ſingulare: quia in multis locis non ſemper ſeruatur diſpoſitio iuris in ipſis
2 conſtituendis.¶* An cõſules debeãt iurare domino uel ſuis officiariis:& de iuramẽto quod ipſi debent de iure præſtare conſules:uide, quæ ſcripſi poſt dominum Pet.Papæ,patruum meum,
3 infrà quæſt.cccccccxxxj. ¶* An in creatione conſulum requiratur decretum Iudicis? gl.quòd non, in l.actoꝝ. ff. rem ratam haberi. Tamen alibi dicit glo.quòd requiritur.C.de decretis decurionum.lib x.ſuper rub. Sed in glo. loquitur in ſyndicis creatis decurionibus,uide Ioan.And.in ti.

P de

4 de ſyndico. ¶ Si ſint plures* conſules, an unus ipſorũ poterit inſolidum negotium uniuerſitatis gerere? gloſſ. quòd ſic, in l.j.C. ſi unus ex pluribus tutoribus. idem Spec. in titu. de procuratoribus. §. ratione. uerſicu. quid ſi plures ſunt conſules.

a ¶ Hoc eſt, defenſores ciuitatum. *Hi Græco uocabulo ſyndici uocitantur, qui gerunt negotia uniuerſitatis. cap. j. & ibi glo. in rubr. & in gloſſ. extrà, de ſyndic. & ibi uide do. Goſ. in ſumma. qui tractat, quid ſit ſyndicus, unde dicatur, quid ſit officium eius, & in quo inter ſe differunt procurator & ſyndicus, œconomus, actor, & uicedominus.*

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus, dicitur ſaccus.*

2 *Camera fiſcalis, unde orta.*

3 *Cubicularij Papæ, uel Imperatoris, quam dignitatem habeant.*

QVAEST. CCCCLIII.

a CAMERA[a] fiſcalis, dicitur eſſe domus, in qua ſcripturæ patrimoniales, & alia iura fi-
1 ſcalia reponuntur.* Nam fiſcus, dicitur ſaccus, ſeu burſa: & augente imperio, quia ſaccus non
2 *ſufficiebat pro præmiſsis reponendis, ſubrogata fuit una domus. Ita dicit gl. ordi, in l. in prouinciis, C. de nume. rutulariis & chartulariis, lib. xij. Quæ domus expoſt fuit appellata camera fiſcalis, ſeu Imperialis. in ca. j. §. ſi quis auſu. ibi, pœna. c. libra auri cameræ noſtræ inferenda, &c. Quæ camera in regno Franciæ, & in hac patria Delphin. camera computorũ appellatur. & de hoc uide quæ ponit do. Iac. Rebuf. in l. j. C. de iure fiſc. lib. x. Et in curia Roma. camera apoſtolica nũcupatur. ¶ Et quam cameram apo-
b ſtolicã[b] uiſitaui ego Guido Papæ, de anno domini, M.ccccxlij. de mẽſe Septẽ. dum tunc Romæ ad Papam Nicolaum quartũ in ambaſſiata miſſus fuiſſem, per illuſtriſsimum dominum noſtrum Ludo. Delph. Vienñ. ¶ Verũ, quia tunc ibi me exiſtẽte Romæ, præfatus dominus noſter Papa habebat octo cubicularios actu ſibi
3 ſeruientes: * quæro quam dignitatem habeant tales cubicularii Papæ, uel Imperatoris? uide in l. j. §. & cubicularios. C. de præpoſi. ſacri cubiculi. lib. xij. ubi de cubiculariis mentio habetur.

a ¶ Camera. *Tria ſunt ſcrinia ſeu cameræ ſacræ, ſcilicet epiſtolarũ, quæ principi, uel ab eo mittebãtur, item, libellorũ cõuẽtionaliũ, recognitionũ, item diſpoſitionũ, ut eſt regiſtrũ gl. ſuper rub. C. de proxi. ſacro. ſcrinio.*

b ¶ Cameram apoſtolicam. *Quæ etiam ſic appellatur mortuo Papa, extrà, de elect. cap. ubi periculum. §. ſi quod ab. lib. vj.*

SVMMARIVM.

1 *Agi ut poſsit ad commiſſum, quæ requirantur, uide per diſcurſum. numero 2. 3. 4. & 5.*

6 *Dominus qualiter aget ad cõmiſſũ.*

7 *Rem emphyteuticariam quibus ſit prohibitum alienare.*

QVAEST. CCCCLIIII.

SVPRA quæſt. clxij. & quæſt. clxiij. & quæſt. clxiiij. & quæſt. ccccxxxviij.

cccccxxxviij.tetigi de materia cõmiſsi rei feudalis: ſed ultrà ibi
1 dicta, dico inter* cætera requiri quatuor ad hoc,ut poſsit agi ad
2 cõmiſſum.*Primò probatio feu-
3 di ex parte agentis.*Secundò,in curia ſeu negligẽtia uel alia ingratitudine ex parte illius, qui uaſallus dicitur.in c.j.circa prin. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi.Et de prohibita feudi alienatione per Federicũ.§.prętereà ſi quis.in feudis. colum.x.
4 *Tertiò, quòd ipſe qui uaſallus dicitur,maior xiiij.annis exiſtat: ut dic.§.prætereà,ſi quis.¶Quar-
5 tò*quòd ipſe talis ſciat aut ſaltẽ ſcire debeat rem eſſe feudalem. in cap.j.in gloſſ.ſuper uerbo,ultra annum.in princ.quo tempore miles inueſtiturã petere de-
6 beat.¶Sed qualiter*agit[a] domi-
a nus ad commiſſum? glo.& Bald. dicunt, quòd aget dominus rei uendicatione directa.ita dicunt, in capit.ij.de controuerſia inter do.& emptorem.Idem ibi tenet Andr.de Yſern. attamen (prout dicit) melius uidetur domino, quòd agat condictione ex moribus,ex uſu feud.uidelicet condictione ex l. Imperialem.cum ſuis concordantiis ſic dicendo. a Cum Titius teneret in feudum à me talem rem, & eam ſcienter uẽdidit,ex ea cauſa tu poſsideas eam. ob quod feudum illud eſt mihi apertum:ago ut mihi reſti- b tuas. & hæc condictio aduocat poſſeſsionẽ tantũ:ut l.j.C.de do. quæ ſub modo.Non autẽ aduocat rem, nèc rei dominium:quia nemo cõdicit rem ſuam, prater quàm à fure.l.fi.ff.uſufru.quemadmodum caueat. tamen quoquomodo iſtorũ duorũ modorũ formetur libellus,in hac materia commiſsi rei feudalis admittitur libellus,prout uidi in curiis huius patriæ obſeruari.¶Idẽ etiam uidi obſeruari in commiſſore emphyteuticariæ.in quo ratione commiſsi poteſt dari libellus concludens in rei uendica. b Et hoc modo formaui (credo) mille libellos, de tempore quo practicaui.Poſſet etiam intentari condictio ex l.ij.& ex l.fina.C. de iure emphyteutico.ſi emphyteuta uerſaretur circa rem emphyteuticariã,aliter,quàm in dictis legibus ſtatuitur.Et tunc tantummodo aduocaretur poſſeſſio, ut dixi ſuprà in re feudali.
7 ¶*Iuxta hanc materiam quæro, quæ ſunt perſonæ, quibus eſt prohibitum rem emphyteuticariam alienare? Dic,quòd illi,qui non ſunt ſoluendo,aut quia emptor eſt ita magnus dominus, ꝙ non eſſet auſus emphyteuta canonem petere:ut dicit Bal.in d. l.fi.C.de iure emphyt.

a ¶Sed qualiter agit. *Quòd autem poſsit utraque uia experiri,tenet do. Pet.Iaco.in practica ſua libellorũ,in titu.de codẽ act.ſi agat contra emp. in ult.col.in uerſic.item ſi feudum.*

b ¶Rei uendicatione.*Sic etiam format libellum in huiuſmodi caſu,concludentẽ in rei uendicatione,do.Pet. Iac.in tit.de actio.in rem pro re emphyteut.*

phyt.cecidit in cõmiſſum.& in ti.ſe. 2 l.q falſam.ff.de fal. ¶ *Sed qualiter puniatur frangens literas domini noſtri Delphini,uel domini gubernatoris Delphi.uide quæ ſcripſi ſuprà quæſt. ccxxiij. & infrà q.ccccclxxix.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Falſificantes literas Papæ,aut Principum,qualiter puniantur.*
2 *Delphini literas frangens, qualiter puniatur.*

QVAEST. CCCCLV. a

1 a COMMITTITVR * falſum a in literis domini noſtri Papæ, & punitur committẽs, ſicut habetur,in cap.ad falſariorum. extrà de crimine falſi. Sunt etiam literæ Regis Franciæ, & committens falſum in eiſdẽ,punitur,ſicut habetur in cap.ad audientiam.eod.tit. Sunt etiam literæ prælatorum,uicariorum,& officialium ſuorum, & committens falſum in eiſdem, punitur, ſicut habetur in cap.olim.extrà, de reſcript.& hoc quando tales literæ ſunt de pura iuſtitia, importãtes ordinationem uel decretum. Vbi uerò tales literæ eſſent de ſimplici iuſtitia, ut ſunt literæ citatoriæ & inhibitoriæ, quæ à iudicibus appellationum conceduntur,uel aliæ conſimiles,ſi falſitas committatur in eiſdem:quia tales de facili poſſunt iteratò obtineri, non eſt præſumendum,quòd impetrans,fraudem in eiſdem cõmiſerit,& maximè ſi eas non fecerit exequi, uel non fuerit uſus:ideò nõ debet moleſtari.iſte eſt caſus notabilis,in c.accedens.extrà,de crimine falſi. & uide quæ ibi not. per gloſſ. Gofre. & ita uidi obſeruari in eo, qui non fuit uſus 2 talibus literis.pro quo facit etiã

a ¶Falſum. *Quid ſit falſum, quot modis dicatur,& committatur.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an ualeat, filio inſtituto, quandocunque deceſſerit hæres.& num.2.*

QVAEST. CCCCLVI.

DIXI ſuprà quæſt.ccccxxv. quòd teſtamentum patris eſt nullum, in quo filius non reperiatur inſtitutus,licet reperiatur hæredi ſubſtitutus. * Sed 1 pone in aliis terminis,pater quidã Frãceſiã eius uxorem hæredem uniuerſalem inſtituit, & quãdocunque decederet, filium ſuum aut nepotem hæredem inſtituir, & dictæ eius uxori ſubſtituit. an ualeat tale teſtamẽtũ? & uidetur ꝙ non:quia filius in primo gradu reperitur præteritus:quia inſtitutus uel exhęredatus nõ reperitur.in §.eadem inſtituit.de hæred.quæ ab inteſtato.& ita teſtamentũ nullũ.inſtit.de exhęredatione libe.in princ.In cõtrarium uidetur,ꝙ imò ualeat,& incipiat teſtamẽtũ uires accipere à ſecundo gradu.l.iij. §.fina.ff.de lib.& poſth.& l.ſi miles.in prin.ff.de iniuſto rupt.teſt.Et uidetur de pręmiſſis caſus expreſſus,in l.ex facto.§.Lucius.ff.de uulg.& pupil. 2 & ibi tex.not. ¶Quid * dicendũ? ego credo teſtamentũ fore ualidum,

lidum, etiã reſpectu primi gradus, & dictũ filiũ haberi debere pro quaſi inſtituto in ſua legitima, quæ ad quatuor aſcẽdit uncias. Et dicta Frãceſia uxor erit & reputari debet inſtituta in octo unciis. & de hoc uidetur caſus notabilis & ſatis ſingularis, in l. ſcimus. §. cum autẽ. C. de inoffic. teſtam. quẽ ſic intelligit Bar. in l.
a ſi pater.[a] C. de cõdi. inſt. ubi iſtud ponit, & dat intellectũ ad di. §. cum auth. non obſtat. ꝙ filio relinqui debet id, quod relinquitur iure inſtitutionis: nec ſufficit
b relinquere iure fideicõmiſsi.[b] in auth. ut cum de appel. cog. §. aliud quoq; capitulũ. col. viij. & tetigi ſ. q. ccccxxv. quòd non fuit in caſu præſenti: quia reſpõdetur, ꝙ imò fuit pater: quia ipſe poſt mortẽ uxoris nedũ fuit ſubſtitutus, imò inſtitutus, ut apparet dũ dicitur, hæredẽ inſtituit: & dictæ eius uxori ſubſtituit, &c. In qua inſtitutione cũ mora fuerit adiecta, tractũ habẽs poſt mortẽ uxoris, illa mora habetur pro non adiecta, quo ad eius legitimam. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. Et habetur filius pro quaſi inſtituto purè in ſua legitima. & dicta uxor remanet, & habetur pro hærede uniuerſali inſtituta, in reſiduo, uidelicet in octo unciis cum onere fideicõmiſsi iniuncti, ut dicit d. §. cum autẽ. aliter uerba prædicta, hæredem inſtituit, eſſent adiectá ſuper fine, nec de aliquo operarentur: quod tamẽ non eſt dicendum. l. ſi quando. in princi. ff. de leg. j. & l. ſi ſtipulatus. ff. de uſuris. & res ita debet accipi, ut potius ualeat, quàm pereat. l. quoties. ff. de reg. iur. Et ita mihi Guidoni Papæ uidetur dicendũ. Et pro hac parte uidi iudicari in hac curia parlam. licet aliqui ex dominis meis parlamen. cõtrariam opinionem tenuerint.

a ¶In l. ſi pater. *In j. col. in uer. ulterius oppo. ibi, jam ſic. & ibid. in præd. l. ſi pater. uide omnino do.* Bald. *in ij. col. in uer. quintò oppo. ibi, & hoc uerũ. ubi limitat huiuſmodi dictum.*

b ¶Iure fideicõmiſsi. *Tu uide de hoc iſtũ planè, conſi. xcvj. incip. caſu nominibus. nu. ij. uer. ad ſecũdũ dubiũ.*

SVMMARIVM.

1 *Aſcendentes, an dicãtur legitimi hæredes, ut excludant ſubſtitutum.*

2 *Hæres uerbum, nõ comprehendit patrem. Et quos comprehendat. nu. 3.*

4 *Filius uniuerſaliter inſtitutus an admittatur ad ſubſtitutionẽ in ſolidũ, auo paterno uel materno hæredes naſcituros ex legitimo matrimonio filia ſua ſubſtituente, filijs ſuis hæredibus per ipſum inſtitutis.*

QVAEST. CCCCLVII.

1 MATER filium ſuum* ſibi hæredem inſtituit, & caſu quo moreretur ſine hærede legitimo, filias ſuas, & quoſdam extraneos ſibi ſubſtituit. defuncta matre, & ipſius hæreditate adita, moritur filius hæres ſine liberis, ſuperſtite tamen patre ſuo, auo paterno, aut materno, utrum excludant ſubſtitutos? Videtur quòd ſic: quia ipſe pater

uel auus hæres legitimus dici
meretur. C. de ſuis & legitimis
hæredi. per totum. iuncta gloſſ.
poſita ſuper rubrica ibidem. ubi
aſcendentes ſicut deſcendentes
dicuntur legitimi hæredes: ſicut
ibi probant multæ leges. Credo
tamen contrarium, quia uerbum
hærede, in caſu iſto ſumitur pro
filio, uel alio ex proprio corpo-
re deſcendente. l. ex facto. §. fin.
ff. ad Trebel. Et talis appellatur
legitimus, poſtquam ex corpore
proprio deſcendit. l. ij. & iij. C.
de ſuis & legitimis hæredi. &
etiam uoluit gloſſ. ſuper rubri.
aliter ſequeretur, quòd alii de-
ſcendẽtes uel collaterales uſque
ad ſeptimum gradum, qui legi-
timi dicũtur. C. de legitimis hæ-
redi. per totum. & inſtitu. de le-
gitima agnatorum ſucceſsione.
ſubſtitutos excluderent. Quod
tamen non eſt dicendum, nec ita
fuiſſe de mente teſtantis: quæ in
his debet præcipuè attendi. l. ij.
§. item ſi quis. ff. de leg. iij. & l.
penul. ff. de lega. primo. & l. cum
uirum. C. de fideicommiſsis. Et
pro hoc bene facit quod ponit
Bald. in capit. primo, de naturali
2 ſucceſsiõe feudi. ubi dicit* quòd
uerbum, hæres, non compræhen
dit patrẽ. facit etiam bene quod
ponit Specu. in tit. de teſtibus. §.
3 in primis. uerſicu. fin. ubi * dicit,
quòd nomen hæredis poſitum
in ultima uoluntate in ſubſtitu-
tione, non ſignificat alios, quàm
a deſcendentes.[a] licet in contra-
ctibus & in legibus ſignificet di-
recto ſuccedentes in uniuerſum
regulariter, in l. fi. C. de hære. in-
ſtit. l. ſub diuerſis. §. j. ff. de cõdi.
& demõſtratio. l. quædam. §. his
autẽ. ff. de eden. Non obſtat ad
præmiſſa, quod ponit Barto. in l.
Gallus. §. nunc de lege Velleia.
ff. de libe. & poſthu. Quia ſtum
dictum credo intelligi debere
in contractibus, & non in ſubſti-
tutiõe. & hoc ſatis ſonare uide-
tur titulus quæſtionis per ipſum
Bart. ibi motæ: dum èam mouet
in illo, qui aliquid conceſsit Ti-
tio & ſuis hæredibus. Et ita in
contractu, in quo uerbum, hære-
des directo ſuccedentes in uni-
uerſum, ſignificat, ſicut dicit Bal.
in loco ſuprà allegat. uel etiam
poteſt dici dictum Bald. locum
habere: ubi aliàs non conſtaret
de uoluntate contraria teſtato-
ris quæ coniecturatur, ut quan-
do Titium inſtituit. & ſi ſine libe
ris deceſſerit, eius hæredes ſub-
ſtituit: quia cum mentionem fe-
cerit de liberis, ipſe ſubſtituen-
do eius hæredes, de deſcenden-
tibus uidetur ſenſiſſe: ut talia
ſint ſubiecta, qualia demonſtrãt
prædicta. l. ſi defenſor. in princi.
ff. de interrog. act. Ita dicit Bald.
b in d. ca. primo.[b] de natu. ſucceſ.
feud. columna ix. Et ita uidi de-
terminari in iudicando in ca-
mera conſilii huius parlamenti.
¶ Sed iuxta præmiſſa quæro, de
alia quæſtione, quę dependet ex
4 præallegatis.* Auus quidam pa-
ternus uel maternus hæredes na
ſcituros ex legitimo matrimo-
nio

nio filiæ ſuæ ſubſtituit, filiis ſuis per ipſum hæredibus inſtitutis. a filia relinquit unum filium maſculum, quem hæredem inſtituit uniuerſalem, & unam filiam, quā præteriit, uel legatariā facit adueniente ſubſtitutione. Vtrum filius uniuerſaliter inſtitutus admittatur ad ſubſtitutionem inſolidum : uel an filia ſoror ſua cum eodem, & omiſsis multis quæ dici poſſent? Credo quòd filius hæres uniuerſaliter inſtitutus admittatur inſolidū, pro eo, quòd ſecundum uerba inſtitutionis duo requiruntur, uidelicet quòd ſit filius, & quòd ſit hæres. Ita tenet gloſſ. ordina. in d.l. ex facto.§.finali.in fine.& idem Bartolus ibidem.Idem etiam teneri uidetur ipſe Bartolus, in l. ſi is qui ducenta.§.utrum.digeſtis de rebus dubiis.in quæſtione, quæ incipit, ſecūda limitatio.& ibi uidetur mouere iſtam quæſtionē. & quia dicta filia licet ſit filia, nō tamen eſt hæres: ideò ad ſubſtitutionem non admittitur. Idem eſt, ſi talis filia nolit eſſe hæres uel non poſsit : utpotè quia repudiauit hæreditatem uel teſtamentum, in quo ipſa fuit præterita, approbauit. Et ad iſtud bene facit, quod ponit Bartolus in l. cum filio. ff. de legatis primo. Et de hac materia uide quæ dixi ſuprà quæſti. cccvj. Sed quid ſi dicta filia ſoror fuiſſet hæres particulariter inſtituta, an debuiſſet admitti cū dicto filio maſculo, uniuerſaliter hærede inſtituto? uide infrà in ſequēti quæſtiōe.

*Alios, quàm deſcendentes. *Nunquid appellatione heredū cōprehendantur ſolum deſcēdētes, & qui ueniant appellatione heredum, latè tradit Phi.Cor.in conſi.cclxxij. incip.in hac conſultatione.in iiij.uolu.& quādo appellatione heredum, comprehendatur heres heredis in infinitū, conſuluit Alex.in conſi. clxv. incip. conſideratis uerbis.in ij.uolumine.*

b ¶ Bal.in dicto ca. j. *Videlicet in ij. colum. circa medium. in uerſi. item no. quòd una perſona.*

SVMMARIVM.

1 *Heredis appellatione, an comprehendatur etiam heres particularis.*

2 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

QVAEST. CCCCLVIII.

IN diſpoſitione paterna idem eſt dicere, hæres ſicut filius: * dum tamen ipſe filius hęres inſtituatur. ita habetur in l. ex facto.§.fin.iuncta gloſſ. ff. ad Trebellia, ſicut etiam ibi tenet Baldus expreſsè. modò pone, quòd teſtator moritur una uel duabus filiabus hæredibus particulariter inſtitutis, & uno extraneo hærede uniuerſali inſtituto, nunquid filiæ faciant deficere conditionem in terminis dict. §. finali. Credo, quòd ſic, & ratio, quia appellatione hæredis, omnes ſucceſſores ſignificantur. lege, hæredis appellatione. de uerborum ſignificationibus. Si ergo omnes ſucceſſores ſignificantur: ergo hæredes particulares a ſignificari & comprehendi merentur, cùm ſucceſſores appel-

lentur, etiam hi, qui in unam rem tamen ſuccedunt. l. prima. §. in locum ſucceſsiſſe accepimus ſiue per uniuerſitatem, ſiue in rem ſit ſucceſſum. ff. quorum legat. & l. fin. ff. de excep. rei iudi.
2 *quia qui eſſe dicit, ſicut in d. l. hæredis. dicitur cum ibi ſubiungatur uerbum, omnes, nihil excluditur. l. à procuratore. C. man. l. Iulianus. in princ. ff. de leg. iij. Si igitur hæredes particulares appellatione hæredis ſimpliciter prolati comprehendantur, tales filiæ, licet particulariter inſtitutæ, conditionem faciēt deficere. hoc tenet expreſſe Spec. in tit. de teſt. in §. imprimis. uerſi. pone Ludo. inſtituit, &c. ubi ponit
b quæſtionem ſequentem, [b] Ludo. inſtituit, &c. filios ſuos, & rogauit C. ut ſi decederet ſine liberis, portionē ſuam reſtitueret B. fratri ſuo, ſi uiueret, & ſi non uiueret, eius hęredibus. B. poſt deceſsit duobus filiis maſculis relictis, quos hæredes inſtituit uniuerſales, ac una filia relicta, quæ hæres particularis fuit inſtituta in dotem, quibus iuſsit eam eſſe contentam, deinde moritur C. ſine liberis. & ita locus eſt fideicommiſſo. filia quæ fuit hæres particularis, petit etiam partem portionis C. ratione fideicommiſsi. filii fratris ſui ſe opponunt & dicunt, quòd ipſa non eſt hæres eorum patris, ſed legataria. Quæritur utrum bene dicant. Finaliter formatis diuerſis rationibus pro & contra, determinat ipſe Specu. quòd filia eſt admittenda fauore ultimæ uoluntatis, quia quando pater facit mentionem de hæredibus, uidetur ſenſiſſe de liberis. Et pro iſta parte format duas quæſtiones ibidem. Et ita fuit iudicatum in hac curia parlamenti ſuper proceſſu dominæ de ſpina, & nobilis Loyſiæ ſororis ſuæ, nunc uxoris nobilis Claudii de area, habito contra procuratorem fiſcalem ad cauſam teſtamenti domini Gulielmi de agonto, domini quondam ſaornonis, & teſtamenti domini Raymundi eius filii ac hæredis, qui dom. noſtrum Delphinum, ac dominum Epiſcopum Dienſem hæredes inſtituit uniuerſales, dictis ſuis filiabus hæredibus particulariter inſtitutis. Pro quibus filiabus fuit pronunciatum & ſententiatum in dicto parlamento. ¶ De materia, ſi inſtitutus in re certa habeatur loco hæredis, uide plenè Cy. in l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. & in l. quoties. C. familiæ erciſ.

a ¶ Hæredes particulares. *Tamen propriiſsimè loquendo, is dicitur hæres, qui eſt hæres re & nomine: non qui eſt hæres ex re certa. Ita uoluit Andr. in l. cum ſpeciali. in ultima colum. circa princip. C. de teſta. licet largiori modo loquendo appellatione hæredis, ueniat etiam hæres in re certa inſtitutus, & hoc impropriè: non tamē propriè, ut idē Baldus in l. liberti. C. de operis liberto.*

b ¶ Quæſtionem ſequentē. *Iſtam quæſtionem in propriis terminis format*

mat domi. Ioan. de Imola. in l. ex facto. in vj. colum. in uerſi. item attende. ibi, ubi tra.

SVMMARIVM.

1 *Hæres uniuerſalis debet declarari & palàm, & nominatim. Et quid de particulari. num. 1.*

QVAEST. CCCCLIX.

1 HAERES uniuerſalis, debet à teſtatore palā* nominari, & inſtitui nominatim[a]. l. iubemus. C. de teſt. & l. hæredes palā. in prin. ff. de teſta. & l. filiusfa. miles. ff. de libe. & poſth. Modò ponamus, talis ſit inſtitutio particularis. Illis quibus parentes mei relinquerent, tum quibus* de iure teneor relinquere, eidem relinquo iure inſtitutionis tantas ſummas, quas eidē relinquerent &c. reperitur per teſtamentum maternum centum florenos fuiſſe relictos Titiæ auiæ maternę, nunquid talis inſtitutio per neptem facta, dicetur ualida, uel an auia materna dicetur præterita per neptem ſic teſtantem? & credo quod nō dicetur præterita, & ualebit teſtamentū, licet auia materna nominatim non fuerit inſtituta, neq; nuncupata: quia paria ſunt aliquid exprimere per ſe, uel per relationē ad aliud, de quo tamen conſtet & appareat. l. fi. in fi. C. de falſa cauſa adiecta leg. & l. ij. & iij. C. de ſententiis, quę ſine certa quāti. profer. & l. ſi ita reſcripſero. ff. de cō. & demō. & l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. & facit l. ſi ſit. §. j. ff. de leg. j. Et eſt ratio, quia inſtitutio particularis æquiparatur legato. l. quoties. C. de hęre. inſti. Ideo ſicut legatum poteſt fieri ac relinqui nutu. l. nutu. in prin. ff. de leg. iij. l. cū proponebatur. ff. de le. ij. ita etiā inſtitutio particularis. Nō obſtāt l. iubemus. & l. hęredes palā. ſ. allegatæ: quia loquūtur in inſtitutione uniuerſali, quæ eſt caput, & fundamentū inſti. de leg. §. ante hęredis. hic uerò loquimur in inſtitutione particulari, quę ſimilis eſt legato, ſine quo uel qua bene poteſt fieri teſtamentū, & quod etiā ab inteſtato poteſt relinqui, ſicut iſta probātur in auth. ex cauſa. C. de libe. præteritis uel exhæredatis. iūcto §. pręterea. inſti. de fidei cōmiſſis. & iſtā ſolutionē uoluit dare glo. in d. l. iubemus. licet loquatur in legato. Et ſecundum hanc partē uidi determinari in dicta curia parlamenti.

¶ Nominatim. *Si iſtud eſt ſpiritualé, in inſtitutione uniuerſali. ut not. in l. iubemus. C. de teſtamentis: ergò ius commune eſt in contrarium. ut l. ius ſingulare. ff. de ſenatuſcon.*

SVMMARIVM.

1 *Donatarius hæreditatis, poßitne conueniri actione perſonali à creditoribus hæreditarijs.*

2 *Actiones effectualiter tranſeunt contra emptorem hæreditatis.*

3 *Legatū hæreditatis, quid importet.*

4 *Creditores an poßint agere actionibus perſonalibus, contra donatariū omnium bonorum.*

QVAEST. CCCCLX.

HAEREDITAS eſt nomen iuris. l. nihil. & l. hæredita

P 5

reditatis appellatio.ff.de uerb. ſig.Et cõtinet in ſe debita & cre dita.Ita tenet gl.in l.hæreditate. ff.de dona.& l.ij.C.de pactis.iu-
1 xta quod quæro,*hæreditas aliqua legata eſt à teſtatore,uel donata,ſicut legari uel donari poteſt:iuxta d.l.hæreditatẽ.ff.de donationib⁹.& l.cũ fili⁹.§.Lucio.ff. de leg.ij.an legatarius poſsit cõ ueniri actione perſonali à credi
a toribus hæreditariis:[a] Et licet uideatur,ꝙ non,per l.fi.C.de hære.act. iuncta l.j.§.ſi hæres. ff.ad Trebel.attamẽ dicendum eſt,ꝙ ſic:poſtquam actiones ipſo iure trãſeũt cõtra legatariũ,uel donatarium.Iſta eſt opinio Azo.poſita in d.§.Lucio.Pro cuius opinione,quã credo uerã,eſt tex.in d.l. ij.C.de pactis.qa ſi actiones creditoribus nõ cõpeterẽt, ipſi ibidẽ eas mouere nõ potuiſſent,cũ nemo ſine actione experiatur.l. ſi pupil.§.uideamus.ff. de neg. geſt.& l.quoties.§.itẽ ſi tẽporali. ff.de admi.tu.& hoc uerũ intelli
b go, ſi uult ſpõte ſubire[b] iudiciũ, ita ꝙ non opponat ſe non poſſe cõueniri:ut in dict.l.ij.C.de pactis.habetur expreſsè, aliter inuitus non poteſt cogi.l.ij.in fin.C. de hęred.uel actio.uendita.Iſtud
2 idẽ* uoluit dicere Ia.de But.dũ ſummando, dicit actiones effectualiter trãſire cõtra emptorem hæreditatis. Et iſto modo iura prædicta limitantur & intelliguntur,quod eſt notabile. Non obſtant.l.fi.C.de hære.ac. & §.ſi hæres.ſ. alle. quia ipſa iura loquuntur in legato fundi:aliàs alterius rei particularis. hoc appa ret ex tenore d.§.ſi hæres.ubi de fundo fit mentio. per quem §.
gl.uoluit ponere caſum in d.l.fi.
3 quod tamen ſecus eſt in*legato hæreditatis,quod eſt nomen iuris,& importat damnum, & lucrum,commodum, & incommodũ,debita, & credita: ut iuribus ſ.alleg.iuncta l.ij. §. ſicuti. ff. de hære.uel act. uendita.& uide in materia iſta quæ notabiliter ponit Bar.in d.§.Lucio.& l.cum pa ter.§.menſe.ff.de lega. ij. & in d. l.hęreditatem.Vna alia limitatio ad d.l.ij.de hęred.uel acti.uen.& ad d.l.ij. hæreditatem.ponit ibidem glo.& Bart. quare ibi uide. & hæc notantur: quia ſunt ſatis ſingularia,& non reperies ita alibi collectum. uide de hac materia per Ioannem Ferrarii in titu. forma libelli pro legato rei ſin-
4 gularis. ¶* Sed an contra donatarium omnium bonorũ poſsint agere creditores actionibus perſonalibus:uide quæ dixi ſ. q. cv. An appellatione hæreditatis,legata,& fideicõmiſſa contineantur? Dic quòd non, ut in l. Titius.ff.de leg.ij.

a ¶Creditoribus hæreditariis. *Vide d. Odof. in l.ij.in uer. item nota. C.de pac.& d.Pau.de Caſt.in l.hæreditatem.j.col.ff.de dona.*

b ¶Sponte ſubire. *Et tunc non poterit ulterius cum effectu conueniri hæres propter tacitum pactum, factum inter ipſum & creditores. Et hoc limita eſſe uerũ,niſi emptor ſeu*

dona

donatarius hæreditatis eſſet non ſoluendo, & creditores illius fuiſſent inſcij: ut tenet do. Alex. poſt d. Ric. & Saly in l. poſt uenditionem in ultima q. C. de pactis. & ibi dominus Odof. in uer. ſed denuo quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas, uerbum, an reſtringatur per uerbũ, bona, copulatiuè iunctũ.*

2 *Hæres an quis poſſit inſtitui in re propria.*

QVAEST. CCCCLXI.

1 VTRVM uerbum, hæreditas, *reſtringatur per uerbum, bona ſibi copulata, & copulatum, uel declaretur? Dic quòd non, ſed pro uno, & eodem ſubiecto hæreditario ponuntur. l. cog. §. ſed ſimiles. uerſi. & quanuis. ff. ad Treb. quod facit ad quæſtionem, teſtator legauit hæreditatem & bona,[a] quę & quam habet in tali loco, utrum haberi debeat reſpectus ad uerbum hæreditatem, propter ea, quæ habentur in l. quis ſeruum. §. fin. ff. de legatis primo. uel ad uerbum, bona propter. lege, ſub ſignatum. §. bona. ff. de uerborum ſignificat. & dic quòd pro uno & eodem ſubiecto capi debent. Et habetur reſpectus ad uerbũ, hæreditatem. ut probat dictus uerſi. & quanuis. & uide, quod ponit Bar. in l. cùm filium. §. Lucio. ff. de legatis ſecundo. de quo §. Lucio. & eius materiam tetigi ſuprà in præced. quęſtio. quia illa quæſtio ab iſta, & econuerſo dependet.*

2 Sed utrũ quis poſſit hæres inſtitui in re ſua propria? Dic quòd non. leg. proprias. C. de lega. Et hoc propter rationem poſitam in §. ſed & ſi rem. inſtitut. eod. facit l. cum quis decedens. in princip. ff. de legatis tertio. Hoc etiam probat per diffinitionem hæreditatis. l. nihil. ff. de uerborum ſignificatione. & l. hæreditas. ff. de regulis iuris. dum uerbum habuit, ibidem ſubiunctum, quod dominium habet, & importat. l. habere. ff. de uerborum ſignificatio. & l. ſtipulatio iſta. §. habere. ff. de uerborum obligationi. hoc idem probatur in authentic. ingreſsi. de ſacroſanctis eccleſiis. ibi, ut potè nec domini rerum teſtantur. Et ita pluries ui di determinari.

a ¶Hæreditatem & bona. *Inter donationem hæreditatis, & donationẽ bonorum, magna eſt differentia: altera enim uniuerſitatem, altera autẽ bonorum generalitatẽ ſonat. d. Pau. de Caſt. in l. hæreditatem. in uer. glo. qua incipit. ff. de dona.*

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio prorogata, an expiret per ſententiam Iudicis, cuius iuriſdictio eſt prorogata.*

2 *Procurator an poſſit prorogare iuriſdictionem ſine ſpeciali mandato.*

QVAEST. CCCCLXII.

1 VTRVM *iuriſdictio ordinaria prorogata deſinat eſſe, lata ſententia,[a] adeò quòd ſi ſententia ſit nulla, quòd de eadem poſteà cognoſcere non poſſit? credo quòd non deſinat eſſe. & eſt ratio: quia iuriſdict

riſdictio quæ prorogatur,nō alteratur,nec mutatur:ſed ſolū recipit ampliationem,quę ampliatio non alterat ſuam naturā,imò remanet talis iuriſdictio prorogata eiuſdem naturæ,cuius erat prius: ſicut in ſimili dicimus in donatione ante nuptias, quæ hodie ampliata eſt, & dicitur propter nuptias, nec propter talem ampliationem dicitur alterata. l. fin.C.de donat.ante nuptias.& l. inter ſocerum.§.cum inter.ff. de pact.dota. Idem tenet Paulus de
b Caſt.[b] in ſua repeti.l.j.ff.de iudi. Si ergo non deſināt, ſequitur ꝙ ipſe iudex ordinarius, cuius iuriſdictio eſt prorogata,poteſt de nullitate ſententiæ iteratò cognoſcere & pronuntiare. Et ita uidi determinari in camera conſilii inter dominos parlamenti.
2 * An procurator poſsit prorogare iuriſdictionem ſine ſpeciali mandato? dic quòd non,ſecundum Innoc.in cap.de cauſ. extrà de offic.deleg.& Paul. de Caſtr. in dicta ſua repeti. ¶ De materia prorogationis iuriſdictionis, an prorogās poſsit pœnitere ante lit. cont. & an iudex cuius iuriſdictio eſt prorogata,poſsit ſcientiam mandare executioni, uide quæ dixi ſuprà q.lxxvij.

a ¶Deſinat eſſe lata ſentētia. *Tu uide de hoc plenè per iſtum, conſi. clxxiiij.inci. circa proceſsū uētilatū. nu.ij.uer.ad ſecūdū,ſi dictū conſiliū.*

b ¶Paulus de Caſt. *Qui dicit, quòd iuriſdictio prorogata, eſt eiuſdē natura cū prima, quā ordinarius habet inter ſuos ſubditos.ff.de iudi.l.j. in prin.in j.co.uer. in tex.ibi,cum in ſuis.& ibi,item quid ſi poteſtas.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti illiciti ratione,non poteſt quis conueniri.*

2 *Iuramētum illicitum an poſsit quis reſpuere,propria authoritate.*

QVAEST. CCCCLXIII.

1 QVIDAM donauit * mihi domum ſuam,& iurauit donationem perpetuò habere ratam,& non contrauenire. Secundò, donauit tibi eandem domū, & iurauit pari modo : utrum dictus donans poterit conueniri ratione iuramenti ſecundo loco præſtiti?credo quòd nō,ex eo,ꝙ
a non eſt licitum [a]. de hoc uide tex.in c.intellecto.extrà de iureiur.& ibi doctor.Idē tenet Spec. in ti.de contrah.emp.& uend. §. iij.uer.& no. cōſiliū generale.& uide ipſum ibidē.ita uidi pluries inter nos in camera conſilii in diuerſis cauſis in curia parlamēti
2 diffinitis determinari.* An quis poſsit uenire contra iuramētum illicitum,authoritate propria,nō obtenta ſuperioris authoritate, uide Innoc. in cap.uenerabilem. in glo.ſuper uerbo uenire.extrà
b de elect.Henric.Bohic [b] in cap. ſi uerò. extrà de iureiu. Materiā iuramenti,uide plenius per Bar. & Raph.Cumanū,in l.ſi quis pro eo.in princip.ff.de fideiuſ. & per Henric.Bohic.in authent. ſacramenta puberum.C.ſi aduer. uendi.in ſua nota.repe. Et tetigi de iuramento ſuprà cxc. q.

Non

a ¶Non eſt licitum. *Et ideo non eſt ſeruandum: quia iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis xxij. q.iiij.c.inter cætera.& c.ſeq. Et adde, quòd iuramentum contra uotum eſt temerarium.& ideo non ſeruandum. ut c.rurſus. & ibi plene per doct.qui cle.uel uouen.*

b ¶Henricus Bohic. *Qui ponit amplam & utilem diſtin.in hac materia, quæ non eſt prætereunda ab aliquo iuriſconſulto. & not. quòd d. Henr.Bo. iuriſperitus laudat ualde domi.Fel.in.c. cum quidē.de iurein.*

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata uni de collegio, uel uniuerſitate, an ipſa uniuerſitas agere poßit.& nu.2.*

3 *Dominus qui poßit agere pro uaſallo aut ſubdito, cui illata eſt iniuria. & nume.4*

QVAEST. CCCCLXIIII.

1 VTRVM * pro iniuria facta uni de collegio, uel uniuerſitate, poſsit agere ipſa uniuerſitas uel collegiū.& uidetur quód nō, per l.intantū.§.uniuerſitas.ff. de in ius uoc. & l. ſed & ſi hac. §. qui manumittitur. ff. ꝙ cuiuſque uniuerſitatis. l.ſicut. Itē, quia certæ perſonæ ſunt, quę poſſunt agere pro iniuria alteri facta: ut in l.j.ff.de iniuriis. inſtit. eo.in prin. & ita non eſt de illis. Nec mater agit pro iniuria filii: quia mater nō habet eū in poteſtate. Nec dominus aget pro iniuria ſubditi.extrà de priuileg.in
a c.authoritate.[a] lib.vj.In cōtrariū uidetur.Nā qui tāgit mēbrū, totū corpus tāgit.ff.de furt.l.uulgaris. de pe.diſ.j.& ibi notatur. Tamē dom.Old.de laude.in ſuis quæ-
2 ſtionibus.qō.lxiij. tenet * ꝙ imò uniuerſitas poteſt agere, cum habeatur loco domini.l.de iure.ff. ad munici.& C.de decurio.l.generali.li.x.Et poteſt petere, quod fiat emenda ſubdito ſuo.xxiiij.q. ij.c.dominus.& notatur de ſent. excō.c.ſi iudex.li.vj. Itē ſi eſt talis actus, in quo cōtumelia reſpiciat uniuerſitatē, ipſa etiā poteſt agere nomine ſuo, ut d.l.j.facit quod not.Hoſt.de ſen.excom.c. ut famæ. & in ſumma eod.titul. §.ſed qualiter fiet hæc abſolutio. facit extrà de fo.cōpe.c.ij. & c. ſi diligēti.in fi.& de ſentētia excō.c.cū deſideres.& c.contingit.& quod ibi not.Inn.ita dicit d.Oldra.ubi
3 ſuprà.Pro * cuius opinione ultra alleg.per eū, facit bene, quia dominus ſi fiat iniuria uaſallo ſuo, poteſt agere actione iniuriarū, ſi in ſui fiat cōtumeliā, & contēptū. inſtit.eo.in prin. & in cōſtitutiōe Gregoriana.de elec.c.ſciant.ubi de hoc dicit etiā Spec.q ſic tenet in ti.de iniur. §.j. uer. quid ſi fiat uaſallo,&c.Et ita fuit determinatū inter dominos de parlamēto, prout uidi.facit, etiā quia Epiſcopus ſine ſpeciali mādato appellare poteſt pro uniuerſitate ſua uel ſubditis.in ca.dilecto.prope prin.extrà de appel. & dic ut ibi. quod idē putat idē Spe. de dño alicuius loci.ar.dictæ decretalis. & c.cōſuluit.eo.tit.& ij.q.vj.c.nō
4 ſolēt.Et * eſt ratio, quia factū ſub-
b diti [b] tangit dominū, iſque ſuo nomine

nomine appellare poteſt. ita dicit Spec.in ti.de app.§.j.uerſi. pe. Et facit ad præmiſſa quod ponit Cyn.in l.ſi non conuitii.in iiij.q. a C.de iniur.Et tetigi de hoc ſuprà q.ccccxxxvj.in uer.xix.

a ¶In capitulo authoritate. *Et ibi gloſ.in uerſi. pertinent.* Et *hoc uerum, quando iniuria tangit duntaxat ſubditum: ſecus, ſi quoquo modo tangeret dicta iniuria dominum: ut not. dominus* Petr.*de Ancha.in præ. c.authoritate.in quarto nota. Dicitur enim quicquam factum in iniu-* a *riam domini, quotieſcunq; grauatur ſubditus domino.* Ioan. An.*in ult.gl. præalle.ibi, iniuriam domini.*

b ¶Factum ſubditi tangit domi- 1 num. *Adde dñ.* Archi.*in c.ad apoſtolicæ.in ſua glo.hic uidetur.de ſentẽ.& re iud.lib.vj. Quod quidẽ ſanè intellige, prout tangitur in proxima apoſtilla præcedenti.in uer. in* 1 *c.authoritate.*

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum, oritur ex iniuria facta re, aut uerbo.*

QVAEST. CCCCLXV.

1 EX iniuria re* aut uerbis illata, ſicut inferri poteſt, iuxta l.j. ff. de iniur. ſtatim quæritᵉ a actio iniuriarũ.l.ſi unus. §.ſed & ſi pactum.& ibi bonus text.ff.de pac.tenet gl.in §.fi.inſti. de iniu. quæ iniuria non cõſentiente iniuriato per aliquem actum, iniuria non poteſt ſubmoueri, ut tenet gloſ. in d. §. & uidetur text. in l.ſi tibi. §.quædã.ff. de pact.& dicit Bar. quòd uerbum, iniurioſum præcedens, declarat uoluntatem iniuriantis de eſſe, in reſeruatione ſubſecuta. Quod eſt cõtra illos, qui dicũt alicui, mentiris, ſaluo honore[a] tuo: credentes per talẽ reſeruationẽ ab iniuria excuſari, quòd nõ eſt uerum. ita dicit Bartol.in l.ſi quis extraneus.in princ.ff.de acqui.hæred. Ita etiam ibidem dicunt Cyn. & Rayn. quòd bene probat d. l. ſi quis extraneus.in princi. ſi bene inſpiciatur. Ita uidi determinari in d.curia parlamenti.

¶Saluo honore. *Vide Spec.in tit. de aduoc.§.iam nunc uidendum eſt. uerſ.hoc tamen caueat.*

SVMMARIVM.

Trebellianica an poſſit detrahi, pro re particulari, reſtitutioni ſubiacẽte.

QVAEST. CCCCLXVI.

PATER filiam pupillam hæredem particulariter inſtituit in mille* florenis, eidem matrem ſuã pupillariter ſubſtituit, quam per fideicommiſſum rogauit, poſt eius deceſſum reſtituere dictos mille florenos: nunquid matre mortua (in cuius perſonã ſibi locũ uendicauit ſubſtitutio) hæres ipſius poterit quartam Trebellianicã[a] detrahere? dic quòd nõ. nã ſi portione hæreditatis (quod eſt nomẽ iuris) legata prout legari poteſt, ut dixi ſ. q.cccclx.in princ. non ſit locus detractiõi quartæ. ut l.mulier. §. fi.ff.ad Treb.iuncta l.quoties.C. de hæred.inſtit.multominus debet eſſe locus detractioni, quando legitima eſt relicta: in qua nõ ueniũt actiones hęreditarię cum

dedu

deduct{9}s ære alieno,& funerum impēſa debeatur.l.Papinian.[b]§. iiij.ff.de inof.teſt.hoc etiā probatur. Nam omnib{9} bonis relictis, locus eſt detractioni.l.nā quòd. §.fi.cum l.ſeq.ff.ad Treb.Quòd tamē ſecus eſt, ſi pars bonorum legetur.l. ſi ſeruū. §.fi.ff. de leg. ij. Necpro quantitate,uel re legata, poteſt quis cogi hæreditatem adire.l.cogi.§.generaliter. ff.ad Trebellian. & ita uidi iudicari in d.curia parlamenti. Et de hac materia, an inſtitutus in re certa, poſsit detrahere quartam Trebellian. tangit Bald.in auth. ſed cum teſtator. codice ad legē Falcidiam.

a ¶ Trebellianicam. *Hæres ex re certa grauatus illā reſtituere nō detrahit Trebellian,ſed hæres uniuerſalis tantū:ſecundū d. Pan.in c.Raynutius.de teſt.in ult.col.uer.unū tamen notabu.& ibi ſubdit,quòd hæres uniuerſalis nō ſolum intelligitur is,qui hæres inſolidum:ſed etiam qui in certa quota hæreditatis.*

b ¶L.Papinianus. *Aliàs incipit,contrà ueterani.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta perſona incerta, an ualeat.*

QVAEST. CCCCLXVII.

1 TESTATOR,* in teſtamēto ſubſtituit hæredi ſuo proprium filium naturalem & legitimum maſculum dicti ſui hæredis, quem uoluit eius cognomen & arma portare. Contingit in facto, quòd dictus hæres deceſsit ſuperſtitibus duobus filiis naturalibus & legitimis. Modò quæritur,quis iſtorū dicetur proprius, qui ad ſucceſsionem debeat admitti, uel an uitietur dicta ſubſtitutio, propter incertitudinem. Et uidetur, ꝙ uitietur propter incertitudinem [a]. iuxta §.in certis.ibi,fideicōmiſſa.inſti. de le.l.duo ſunt Titii.ff.de teſta. tute.l.tempus.§.j.ff.de hære.inſti. Crederē tamē hanc ſubſtitutionem ualere,cum incertus de certis uideatur ſubſtitutus, iuxta l. unū ex fratribus.ff.de cōdi. inſti. l.quoties. §.ſi quis ita.ff.de hẹre. inſti.l.ij.§.ſi ita.ff.de bo.poſſ.ſecundū tab. Et ita uidetur tenere Barto.in l.quædam ita.ff.de reb. dub. Nec obſt.d.§.in certis.& l. tēpus.§.fi. de teſta.quia loquuntur, quādo relictū eſt in certo de incertis. Modo ergo,ſi ualuit dicta ſubſtitutio,ut quòd ambo liberi debeāt admitti ad dicta bona, poſtquam duo reperiūtur filii, ita quòd ſingularitas in pluralitatem reſoluatur, cōſiderato quòd de eorū fauore agitur, ſicut in ſimili. in l.ſi qs ita. §. ſi qui filio.ff.de teſt.tutor.& l.qui filiabus.§.j.ff.de leg.j.Attamen conſiderata uoluntate teſtatoris,qui uoluit dictum proprium filium arma ſua & cognomen portare debere,ſicut in teſtamento continetur, eſt ueriſimile ipſum teſtatorem intellexiſſe de unico tantum. & ita de primogenito. hoc rectè probatur in ratione l. eum qui calendis.uerſ. ſi autem. ff.de uerb.obl.l.boues.§.hoc ſermone.

monc.ff.de uerb.ſig.l. hæc conditio.la.j.ff.de condi.& demon. ubi uerba in contractu uel teſtamento ſimpliciter uel indefinitè prolata, reſpectu alicuius rei uel actus,in duobus, intelligũtur de primo. & ita uidi determinari in diffinitione cuiuſdam proceſſus diffinitiua in d. curia parlamen.

¶De filio & primo nato & eius prærogatiuis,uide plenè per do. Mar. de laude, doctor. nouiſsimum, in ſuo tract. de primogenitura. De primo nato etiã ſcripſi infrà q. cccccv. & q. cccccvj. de mandato, quod dirigitur incertæ perſonæ, uide plenè per gloſ. & Bart.in lege, ſi pupilli.§. j.ff.de neg.geſt.

a ¶Incertitudinem. *An incertitudo perſonarum uitiet, uide doc. in l.id quod pauperibus. C.de epi. & cle.& doctor.in cap.cum tibi. extrà de teſt.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus an faciat fructus ſuos, de fructibus rerum paraphernalium.*

2 *Fructus induſtriales,ſunt communes marito & uxori.*

3 *Fructus reperti in hæreditate,an adueniente ſubſtitutione compendioſa debeantur & peti poßint.*

4 *Mulier poteſt habere bona triplicis conditionis.*

5 *Paraphernalia unde dicantur.*

6 *Bona quanã ſint in dominio uxoris.*

QVAEST. CCCCLXVIII.

1 DE fructibus rerum * paraphernalium,an maritus faciat fructus ſuos[a] ? dicunt Cyn. Odof.Ioann.Fabr.& Bald.in lege fin.C.de pact. conuent. quòd fructus naturales, prout ſunt poma & ſimilia, quæ ſine miniſterio & labore annuo hominis ueniunt , ſunt uxoris, nec maritus eos lucratur:& ſic intelligunt gl. ibidem in dicta lege final. poſitam. Fructus* autem induſtriales 2 ſunt communes uxori & marito,ad ſimilitudinem uſurarum pecuniarum paraphernaliũ,quę omnes ſunt mariti & uxoris:quia mariti induſtria ac expenſa acquiruntur ut dicta lege,ſi dominus. Albericus de Roſate. in capitulo lex. fin. refert quod dominus Thomas piperati, doctor Bononien. hãc quæſtionem diſputauit, & finaliter tenuit ,quòd nulla eſt fienda differentia inter fructus naturales & induſtriales: quia circa induſtriales maior labor uerſatur : circa tamen naturales etiam labor uerſatur,præſertim conſeruando & colligendo. lege,à tẽpore uel à domino. §.fi.ff.de peti.hær. Vnde indiſtinctè loquendo quo ad fructus naturales & induſtriales,ipſe diſtinguit. Aut tales fructus ſtant, & ſunt reſtituendi, argu. leg. ſi ſtipulata.§.j.ff. de don.inter uir.& uxo.pro quo quia dicta lex fi.de pact.conuen.loquẽdo de uſu.paraphernaliũ, ꝙ ſunt communes uxori & marito: uidetur negare de fructibus. Nã fructus & uſura in multis differũt.l.ſi nauis. ff. de rei uẽ.l.ſi poſſeſſor.ff.de peti.hę. & in l.in fideicõmiſ. ff. de uſu. & no.in l.j.C.de cõdi.inde. & iſtud

prob

probat expreſsè l.pe.circa prin. ff.ad legē falc.ibi dū dicit,apud maritū reſediſſe conſtiterit &c. Aut ſunt tales fructus cōſumpti, & tūc ſi maritus percipit contra uoluntatem uxoris,ipſi ſunt reſtituendi ſeu ipſorū æſtimatio.l. de his.C.de donati.inter uir.& uxo.& l.aduerſus.C.de crimine expilatæ hæredita. Aut percipit, quia uxor ei donare uoluit, & tunc tenetur quatinus facta eſt locupletior.ar.d.l.de his.do.autem Old.de laude,tenet ꝙ quia marit⁹ eſt bonæfidei poſſeſſor, ex quo uolūtate uxoris ea non contradicente ,poſsidet, quòd de conſumptis nō tenetur:ſiue loquamur de naturalibus, ſiue de induſtrialibus.arg.l.certū.C. de rei uendi.& pro hoc alleg.l. deducta.§.qui poſt tēpus.ff.ad Treb.inſti.de re.diui.§.ſi quis à non domino.Iac.de Butr.in d.l. fi.C.de pac.cōuē.expreſsè & indiſtinctè ſtat cum glo.uidelicet, ꝙ fructus rerū paraphernalium ſunt uxoris.quæ gl.hoc dicit in l.ubi.C.de iur.doti.ibi, ſic ergo fructus &c.do.uero Bart.mouet iſtam quæſtionē in l.pe.ff.ad legem Fal.reducēdo iſtas opiniones ad cōcordiā,diſtinguit. Aut fructus talium rerum per meritum percepti extāt,& debēt mulieri reſtitui.l.ſi ſtipulatus ſum. ff.de dona.inter uir.& uxo.Aut ſunt cōſumpti:& tunc aut percepit cōtra uolūtatē uxoris,& idē: quia debēt reſtitui,ſaltē æſtimādæ inter uirū & uxo. Aut maritus percepit de uolūtate uxoris, & tūc ſi ſunt induſtriales, maritus partē in eis lucratur:ſicut blada,uina,& ſimilia.d.l.fin.l.fal.qa quando dicit maritus,ꝙ tenebatur de fructibus reddere rationē,uerum eſt.Rationē autem ſic reddit:quia dicit fructus nō extare:ſed eſſe conſumptos:& ſic eū nō teneri ad reſtitutionē,per iam dicta. Aut ſunt naturales,tūc tenetur maritus eos reſtituere, inquātū eſt locupletior.l.ſi ſtipulata,§.j.ff.de do.inter ui.& uxo. Si autē maritus nō eſt factus locupletior,quia fructus per eum percepti ſunt pauci,tūc nō tenetur reſtituere,l.omnino.ff.de im pē.in re.do.fac.& l.ſi id quod.§. & utrum.ff.de don.inter uir,& uxo.& hæc opi.fuit Mar.& ſecundū hāc di.Bar.& Mar.fil.tāquā ueriorē uidi iudicari. & ꝑ iſta opi.faciente differentiā inter naturales & induſtriales, uidetur mihi,ꝙ ſit tex.quē nō alleg.doc.prædicti,in l.fructus.ff. de uſur.ubi caſus expreſſus, ꝙ maritus percipiēdo fructus ex re uxoris ſibi donata,unde donatio nō ualuit,facit ſuos:nō autē naturales,ſicut nec citari bonæfidei poſſeſſores.& tamē ibi percipiebat de uolūtate expreſſa uxoris,& tamē naturales non facit ſuos.& ita eſt ibi caſus.Sed iuxta hæc quæro,an cēſus & reditus ſint fructus naturales, uel induſtriales:uide per Cyn.in l. certū.C.de rei uen.& in d.l.fi.C, de pac.conuen,& Bar.in l.ex di

3 uerſo.ff.eod.ti.¶*Quæro ulterius,an fruct⁹ q in hæreditate reperiſtur uel inueniũtur, an adueniẽte ſubſtitutione cõpẽdioſa debeãt,& peti poſsint?Dic q ſic.l.cẽturio.in fi.& ibi eſt caſus. ff.de uul.& pup.ponit Bart.in l. precibus.eod.ti.quæro,qd propriè ſint fructus. uide melius,q̃ alibi.in l.ſi à dño.in §.fi.qui incipit,fructus.ff.de pet.hære.cũ l. ſeq.& l.j.C.de fruct.& lit.expẽ. & Spec.in tit.de expen.in prin. iuxta hoc quæro, mulier nubit uiro,nullã dotẽ ſibi cõſtituẽdo expsẽſsẽ,an bona ipſius uxoris cẽſeãtur paraphernalia. Dic q nõ:ſed dotalia.in dotẽ tacitẽ cõſtituta,ſi interueniat traditio:alias nõ.Sic intelligitur qđ not. in l.mulier bona.ff.de iur.do.& ex hoc ſequitur aliud,q nomina debitorũ,quia nõ tradũtur, ſed cedũtur,nõ præſumuntur in dotẽ dari.l.fi.C.de repu.Ita tenet Bal.in c.j An mari.ſuc.uxo-

4 ri in beneficio.in feudis,*& circa hãc materiã ad maiorẽ euidẽtiã ſciendũ eſt, q mulier poteſt habere bona triplicis cõditionis.Quædã enim ſunt bona dotalia. Quædã uerò bona paraphernalia Quædã autẽ ſunt bona propria mulierũ,ſuo regimini tantum reſeruata.Bona paraphernalia ſunt illa,quæ ipſa uxor tẽpore quo inducitur in domũ mariti,ſecũ defert,& in quibus adminiſtrationem concedit

b marito tacitẽ [b],uel expreſsè:ut habetur in l.hac lege,& in l.fin. C.de pac.conuẽ.& in l.ſi ego.§.

5 dotis. ff.de iur.do. Et*dicuntur paraphernalia,à para, quod eſt iuxta,& fara.quod eſt dos,quaſi bona data,iuxta dotem, ut not. Azo,in ſum.C.de iu.do.in prin. Bona aũt,quæ nõ ſunt paraphernalia nec dotalia,appellãtur illa,quæ mulier habet omnino ſeparata à uiro,& in ſuo regimine ac dominio reſeruata, utputa ſibi data,uel ex ſucceſ.delata, uel aliàs,de qbus loquitur l.maritus.cũ ibi not.C.de procur.Et cõſtat de hoc per ueras probationes,alioquin in dubio præſumũtur perueniſſe ex bonis ſui uiri,& per cõſequẽs deſinũt eſſe uxoris,& erũt ſui uiri,& eius hæredis,ut habet in l.Quintus Mutius.ff.de don.inter uir.& uxor. & in l.etiã.C.eo.ti.huius autem præſumptiõis ratio eſt,ne præſumatur quæſiſſe turpi de cauſa, quæ turpitudo potius eſt fugiẽ-

6 da,q̃ præſumenda.*Sed quid ſi mulier probat,q iſta bona habuit à ſuo amaſio, uel ex turpi quæſtu rei,an ceſſabit d.pręſumptio,ut remaneat in eius dñio? Ioã.Ferrarii doc.nouiſsimus,in ti.de forma libel.quo uxor agit ad dotẽ.in gl.ſuper uerbo,tanq̃ bona paraphernalia &c.puta,q ſit datũ mulieri ex cauſa turpi,ſit ipſius mulieris.l.denique. §.ſed qd meretrici.ff.de cõdi.ob tur. cau.& l.ij.& l.mercalẽ.C.de condi.ob tur.cau.cõfirmat hũc text. in d.l.Quint⁹.ſumpto ar.à ratione ceſſante.ulteri⁹ ubi dicit Io. Ferra

Ferrarij, ꝙ fructus rerum paraphernaliũ cedũt lucro uiri: ſi uxor tacitè uel expreſsè cõceſſerit uiro adminiſtrationẽ: aliàs ſecus: ut habetur l.fi.C.de pac.cõuen. Et latius ibi proſequitur hanc materiam Io.Ferrarii.

a ¶ Fructus ſuos. *Vide omnino dom. Alex. in v.uol.conſi.cxliiij. in ij. colũ. uerſi. circa ſecũdum dubium.*

b ¶ Tacitè. *Videlicet per cõſignationem inſtrumento. arg. l.fi. cum gl. in uerb. uſuras. & ibi d. Bal. C. de pac. conuen. & l. maritus. C. de procu.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum tantum, quibus uerbis per teſtatorem prolatis inducatur.*

QVAEST. CCCCLXIX.

1 Ex uerbis ſequẽtibus per*teſtatorem prolatis, inducitur tacitũ fideicõmiſſum. Primò ex his, prohibeo ne alienes extrà familiam. Aut iubeo, in mea familia perpetuò manere. Vel, peto, ꝙ fundus de familia mea non exeat. l. peto. §. fratre. & l. unũ ex familia. §. ſed ſi fundus. uer. ꝙ ſi talis. ff. de leg. ij. Itẽ fit etiam in hæc uerba, Peto à te, ne uelis recipere in cohæredẽ Titium in fundo Iuliano. l. Lucius. §. fin. ff. de lega. ij. Itẽ ex his uerbis, facias peruenire ad filiũ ſuum. inducitur tacitum fideic. l. epiſtolã. §. fi. ff. ad Treb. Item etiam ex his uerbis, mando tibi non teſtari[a], de his quæ tibi relinquo. l. qui filium. in princi. ff. ad Treb. Item etiam inducitur tacitũ fideicommiſſum in perſonas maſculorũ, excludẽdo filias, prout plenè dixi ſuprà q. clxxxiiij. & q. ccxcix. & uide Bart. in l. cũ anus, ff. de condi. & demon. In fideic. uniuerſali uide quæ plenè dixi ſuprà, q. ccciij. Itẽ etiam per illa uerba tacitus & contentus, ita ꝙ nihil amplius petere poſsit, inducitur tacitũ fideicõmiſſum[b], ut dixi plenè ſuprà q. xciij. circa fin. ¶ Sed quæ ueniant in fideicommiſſo uniuerſali, uide quæ plenè dixi ſuprà q. ccciij.

a ¶ Nõ teſtari. *Adde do. Bal. in margi. in uerb. fideicõmiſſum. in ix. uer.*

b ¶ Tacitũ fideicõmiſſum. *Quãdo teſtes & notarius rogãtur tenere ſecretũ, qđ actũ eſt. d. Bar. in l. in fraudem. in princ. ff. de his quib. ut indig.*

SVMMARIVM.

1 *Iugum, quid.*

2 *Delphino debetur ab agricolis Delphin. meſſis pro iugo boum, an itidẽ debeatur pro iugo mularum, aut aliorum animalium.*

QVAEST. CCCCLXX.

1 IVGVM*dicitur inſtrumentũ ſeu artificium, cum quo iunguntur boues. l. immunitates. gl. ſuper uerbo, iugatio. C. de agrico. & cenſit. libro xi. & de iugo boum habetur text. in authenti. de manda. prin. §. coges. col. iij. & in glo. fit mentio de iugo mularũ. Sed inſurgit quæſtio, quot boues, ſeu quot mulæ faciant iugum. Et reſpondetur ꝙ duo boues ſeu duæ mulæ. tex. eſt expreſſus in l. ædiles. la ſecunda. a §. ſi fortè iugum mularum[a]. &c. ff. de ædil. edict. quod apparet,

dum ibi dicitur, ſed ex utriſque erit cōputandum &c.Et ita etiā alterius mulæ,quæ nō eſt uitioſa.Sic ergo duæ mulæ faciūt iugū.Patet,quia uēdito iugo mularū,una fuit uitioſa,& alia nō, ut ibi dicitur,& ſic non erāt niſi duæ mulæ.Hoc etiā magis declarat tex.ibi dum dicit, cū uno enim pretio uterq; uenierit &c.

2 ¶*Sed iuxta præmiſſa quero,homines agricolæ q pro iugo boū debent domino noſtro Delphi. meſſem,an ipſi etiam debeant meſſem pro iugo mularum aut aliorum animaliū?credo ꝙ nō, per l.boues.in princ.ff.de uerb. ſig.& ita dixi in camera conſilii,dū ſuper his altercaretur per magiſtros cameræ computorū Delphi.Sed fuit determinatum cōtrarium ea ratione:quia meſſis debetur pro paſquerariis, & mulæ paſquerant, ſicut boues: igitur &c.quia ubi eſt eadem ratio,idem ius ſtatuendum eſt.l.illud.ff.ad leg.Aquil.cum ſimi.De iugis quibus ligantur boues;uide tex.cum gloſ.in d.§.coges.

a ¶§.ſi fortè iugum mularum. *Voluit allegare §.uēdēdi autē cauſa ornatū iumentū uideri.in uerſ.ſi plura iumenta.ibi,ſi fortè iugū mularum.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti copia extracta à proceſſu an fidem faciat.*

2 *Inſtrumentum productū,an debeat parti producenti reſtitui.*

QVAEST. CCCCLXXI.

1 INSTRVMENTVM eſt in proceſſu*productum iudicialiter,& inſertum, quod inſtrumentum expoſt fuit departitū, nunquid ex tali proceſſu poterit extrahi tale inſtrumentum,& a extractum faciat fidem[a]?dic ꝙ ſic,ut tenet Barto.in l.chirographis.in princ.ff.de admi.tuto.& ſic debet intelligi l.fin.C.de fide inſtru.ut ibi dicit Barto.Et iſtud obſeruatur in curia parlamenti, prout pluries uidi. Regulariter tamen copia inſtrumenti aliunde ſumpta,fidem non facit, per ca.j.extrà de fide inſtru,ſi enim ſcripturam non uidemus,ad exēplaria nihil facere poſſumus:ut ibi formaliter habetur.Facit pro hoc,quia ſi nota inſtrumenti nō facit fidem,ut not,Cy,in l.cōtractus.C.de fide inſtr,multominus debet facere copia:facit in authen.ſi quis in aliquo documēto.C.de eden. ¶*Vlterius circa 2 hoc quæro, de alia quæſtione, quæ quotidie occurrit in hac curia parlamēti,pars produxit iudicialiter in cauſa ſua aliquod inſtrumentum,utrū debeat ipſi parti producenti reſtitui? Dic quòd ſi eſt ſpeciale ad illam cauſam, non debet reſtitui:ſi uerò ſit generale, uel contineat alia, quàm de his, de quibus in ipſa cauſa agitur,ita quod alibi indigeat, debet ſibi reſtitui. Pro quo faciunt not.per Spec,in tit. de inſtru.edit.in §.nunc dicamus.uerſi.illud autem, & uerſi. & ſcias.& in tit.de procur.§.ratione autem formæ.uerſi.fin. Et ideò de ſtylo huius curiæ parlamen

lamenti quæcunque inſtrumenta parti petenti ſibi ordinantur reſtitui, uiſis prædictis & regiſtratis in proceſſu: niſi pars uellet de falſo ciuiliter aut criminaliter redarguere.

a ¶ Faciat fidem. *Vide quod dicit domi. Azo in ſumma. C. de edend. in ultima colum. in uerſi. acta autem. ibi, his tamen.*

SVMMARIVM.

1 *Coruata, quid, & unde dicatur. numero 2.*

QVAES. CCCCLXXII.

QVIA, ſuprà quæſti. ccxvij. tetigi de coruatis, pro latiori declaratione huius mate-
1 riæ*, quæro quid dicatur coruata. Dic quòd nihil aliud uidetur, niſi una opera coadiuuans. ideò
2 coruata* deriuari dicitur, de coadiuuo, & eſt propriè coadiuuatio diurna, id eſt, una operatio diurna. l. j. de oper. liber. ubi dicit, quòd opera eſt unum diurnum officium. Et intellige artificialiter, hoc eſt reſpectu diei artificialis. l. ij. ff. de annuis legatis. iuncta l. ij. §. fina. cum ibi notatis per gloſ. ff. de uerborum ſignificatio. Quia obligatus ad operam ſeu coruatam, eam præſtare debet de die, & non de no-
a cte[a], ut iuribus ſuprà allega. niſi tamen obligatus reperiretur ad præſtandum de nocte: quoniam tunc hoc facere teneretur. l. duorum. ff. de operis liberto. iuncta l. ſi prius. in princip. ff. de aqua pluuiali arcenda. ita dicere uidetur Barto. ſatis expreſsè in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictio. indeb. in j. quæſti. Et iſta-
b rum coruatarum aliæ ſunt[b] officiales, quæ ſine doctrina alterius ſciuntur: ut arare, fodere, ſecare, blada falcare, fœna recolligere, & ſic de ſimilibus. Et iſtæ ſunt merè perſonales: quia à perſona duntaxat præſtantur. Aliæ ſunt artificiales, quæ cum doctrina alterius ſciuntur: ut eſt ſcribere, pingere, ædificia conſtruere, & ſic de ſimilibus. & iſtę ſunt etiam merè perſonales. hoc probatur in lege, legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de legatis tertio. Aliæ ſunt operæ ſeu coruatæ, quæ ab animalibus, & pro animalibus fiunt, ut eſt ducere blada per aſinos, uel boues, chareare molas molendinorum, uel materias ædificiorum, caſtri, aut fortalicii, & tales uidentur merè reales: quia à rebus, hoc eſt, animalibus, præſtantur. Aliæ ſunt, quæ ab hominibus & ſuis animalibus præſtantur in ſimilibus: ut ꝙ homo habens animalia, ipſe cum animalibus ſuis teneatur dominum adiuuare. Et tales dici poſſunt mixtæ: ſicut dicimus in ſimili in materia munerum. l. munerum. in princ. & §. nupta. ff. de mune. & hono. iſta collegi ex his, quæ not. per Azo. in titul. de oper. liberto. & per Cyn. in l. liberti. C. eodem titu. & gloſ. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictio. indeb. & quæ ibi not. per Bart. & not. quia ſatis ſingulare, & occurrũt

iſta ſæpiſsimæ, prout uidi in iu-
dicando in hac parlamenti pro
coruatis, quæ de conſuetudine
locorum in hac patria præſtãtur
domino noſtro Delphi.bãnare-
tiſq;,& aliis nobilibus per eorũ
homines & ſubditos.De hac ma
teria etiã plenè tetigi ſ.q.ccxvij.
¶ Sed iuxta hoc quæro,quidam
qui tenebatur mihi ad coruatas,
deceſsit ſuperſtitibus tribus li-
beris,qui diuiſim morantur: an
quilibet ipſarũ tenetur mihi tan
tas coruatas præſtare,ſicut eorũ
pater. Martinus de fano, in ſuo
tract. de homicidiis.quæ.v.mo-
uet iſtam quæſtionem.& diſtin-
guit ideò uide eum ibi plenè.

a ¶ Non de nocte. *Iſtud intellige uerũ,niſi caſu neceſsitatis.d.Bald.in rub.de oper.lib.et ibi dicit quòd opera melior eſt de mane quàm ueſperi.*

b ¶ Aliæ ſunt. *Vide do.Bal.in l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus.ff.de cõdi.inde.et ibi do.Bar.et poſt eũ d.Alex.* Et *idẽ do. Bar.in l.liberti.* C. *de operis libert.*

SVMMARIVM.

1 *Negligentia, multiplex.*
2 *Negligentia magna, dolo æquiparatur.*
3 *Manifeſtum dicitur, quod pluribus innoteſcit.*
4 *Reſtitutio in integrum, ex generali clauſ.ſi qua iuſta cauſa &c. utrum maiori negligenti conficere inuentarium infra tempus a iure ſtatutum, dari poſsit.*

QVAEST. CCCCLXXIII.

1 NEGLIGENTIA* alia
magna.l.magna.ff.de uer.
ſign. Alia diſſoluta.l.fideiuſſor.
in prin.ff.manda.alia manifeſta.
l.ij.C.de arbi.tu. Alia lata,& eſt
tex.de negligentia lata,in l.im-
puberibus.§.ſi fraus.ff.de ſuſpe.
tu.Et de negligẽtia eſt tex.in l.ſi
quis. C.de offi.præfec.præto. &
illi.& in c.j. §.prætereà ſi quis.
de prohi.feud. alien. per Fede.
de ſe.col.x. & §.prætereà.inſtit.
qui.mo.re cõtra.obli. Vnde ma
gna negligẽtia nõ eſt facere,qđ
omnes homines uel maior pars
hominum cõmuniter feciſſet in
a tali caſu. Et ſic eſt lata culpa[a].l.
latæ culpæ.in prin.ff.de uer.ſig.
2 & no.in d.§.prætereà. Quæ* la-
ta culpa ſeu negligentia magna
dolo æquiparatur.ut l.magna.ſ.
alleg.Et ideò ſi qs reperiatur in
tali magna negligẽtia,eius cul-
pa ſeu dolꝰ ſibi nõ debet patro
cinari:nec in eius lucrũ cedere.
l.j.in prin.ff.de dolo.& c.ij.in fi.
extrà de do.& contu.Manifeſta
in eo dicitur, ꝙ cauſatur ex rei
euidẽtia.Caſus eſt in c. cũ olim.
in fi. extrà de uer.ſig.ibi,aut eui
dentia rei &c.unde dicit Bar.in
l.hęredes palàm.in prin.ff.de te
3 ſta.ꝙ* manifeſtũ dicitur,qđ plu-
ribus innoteſcit.ideò,qñ aliqua
res pluribus innoteſcit, ut quia
fit in audientia dictę curiæ par-
lamẽ.uel in aliquo alio loco pu
blico,inde ſequitur manifeſtũ,
& quaſi notorio proximũ.l.ſi pu
pillus.§.proſcribere.ff.de inſtit.
Et aduerte ad iſta,quia ſunt ſin-
gularia, & alibi non reperies.
Alibi etiã dicitur cõmuniter, ꝙ
negligẽtia omnia lædit.in auth.
de

de quæſtore. §.fi.col.vj. Negligentia enim maiori non dat in integrum reſtitutio.l. nō enim. & ibi eſt textus expreſſus in l. ſciendum. & l.ab hoſtibus.§.fi. ff.ex quib.cau.mai. Et eſt ratio, quia ad hoc ut maior in integrū reſtituatur, requiritur ꝙ ſit læſus ſine culpa ſua atq; facto.l.itē hi.in prin.& §.j.& l.ei quæ data opera.cū l.ſe.ff.ex quib.cau.ma.

4 ¶ * Quod facit ad qōnem,utrū maiori negligēti cōficere inuētarium j. tempus à iure ſtatutū, de quo in l.ſtatuimus.§. ſin autē dubius.& §.ſeq.C.de iu.delibe. dari poſsit in inte.reſt.ex clauſula generali,ſi qua iuſta cā &c.Et credo,ꝙ nō, maximè ſi in negligentia magna, aut lata,uel manifeſta reperiatur:ſicut probant iura ſ.in prin.alleg. Et pōt aſsignari una alia talis ratio: quia ſi minori negligēti uel omittēti facere inuētariū j.tps iuris,ſubuenitur iure ſpāli.in auth.de hære.& fal.§.pupillus.iūcta gl.col. j.ergo iure cōi denegat maiori: quia ſpālitas in uno caſu, ꝓſupponit cōtrariū de iure cōi in caſu cōſimili.l.j.in fi.ff. ad munici. ita uidi determinari in camera conſil.dicti parlamēti.¶De materia reſtitutionis in integrum aduerſus omiſsionē confectionis inuentarii in minore, uide quæ dixi plenè ſ.quæſti.clj.cum aliquibus ſequentibus quæſtionibus.

a ¶ Lata culpa. *Adde l.cedere diem. in fi.ff.de uerborum ſigni.*

SVMMARIVM.

1 *Clericatus litera deperdita, an poſſe per teſtes probari, & gaudeat priuilegio clericali.*

QVAEST. CCCCLXXIIII.

DE materia priuilegii clericalis,qui debeant* gaudere priuilegio clericali,& quis iudex debeat cognoſcere de habitu clericali,an iudex eccleſiaſticus uel ſecularis: plenè tetigi ſ.q.cxxxviij. Sed* iuxta hanc materiam quæro,litera tonſuræ talis clerici eſt deperdita, an ipſe clericus poſsit petere, ꝙ ſumantur informatiōes per teſtes? dic ꝙ ſic[a],ad ſimilitudinem ueteranorum: & petere ipſum gaudere debere tali priuilegio clericali,in his,quæ ſunt à iure cōceſſa.l.ſi ſolennibus[b].& ibi notabilis textus.C.de fide inſtru. & eſt ratio,quia in examinatione literæ profeſsionis nō fit ſtatus mutatio.l.ſtatū.C.eo.ti.nec ueritati prę iudicatur,ut d.l.ſi ſolennibus.& uide, quæ ponit Bar.in l. ſicuti.eo.ti.iuncto ca. cum olim eſſemus apud Peruſium. extrà de priuilegio.

a ¶ Quòd ſic. E*t facit,quia ſcriptura nō eſt de ſubſtātia eius,prout nec regulariter alicuius contractus.falliit in caſibus not. in l. pactum quod bona fide.C.de pac.ita in ſimili no. domi.Salyce.in l.inſtrumentis.C.de fide inſtrumen.*

b ¶ Si ſolennibus. *Vide ibi Paul.de Caſt.circa finem, quòd ſi quis geſsit ſe pro doctore,& opponitur ei quod non eſt doctor,& ſic incidiſſe in crimen*

men falſi, poteſt ſe defendere, ſi per decennium fuit tentus & reputatus pro doctore.

SVMMARIVM.

1 *Licentia, uerbum, quid importet. Et unde dicatur. nu. 2.*

3 *Libitum, unde ducatur. Et quid importet.*

4 *Teſtatoris uerba ad hæredem ſuum, quòd faciat ad libitũ, uel iudicium, uel beneplacitum, de bonis ſuis, quomodo illa uerba capiantur.*

QVAEST. CCCCLXXV.

IN iure, & in teſtamentis plerunq; reperitur ſumptum uerbum, licentia[a]. Et ideo* ſi teſtator det licentiã hæredi uel legatario aliquid faciendi*, hoc importat arbitrium boni uiri: patet: quia uerbũ licentia deſcẽdit à uerbo licet, quoniã tantum eſt dicere, quod licitũ arbitriũ boni uiri importat. l. fideicõmiſſ. §. quanquam. ff. de leg. iij. & l. ſi ſit. in prin. ff. de le. j. Reperitur quãdoq; etiã libera poteſtas: & hoc importat liberã uoluntatem [b]. l. j. in princ. ff. de teſt. mili. iuncta l. procurator cui libera. ff. de procur. Reperitur etiã iudiciũ tuũ. Et hoc etiã importat liberã poteſtatem. l. Thais ancilla. §. Lucius. la ij. ff. de fideicõmiſſ. libertatibus. Reperiunt̃ etiã quãdoq; hæc uerba, quibus uolens &c. & hæc etiã importãt liberã uoluntatem. l. cum quodã. in prin. ff. de leg. ij. Secundò reperiuntur etiam quãdoq; hęc uerba, ad uoluntatem tuam &c. Et hęc etiam important meram ac liberam uoluntatem, quam inſtituti & ſubſtituti tenentur inſequi, etiã ſi iniqua exiſtat. Iſta ponit Bald. in l. cum quidam. Reperiuntur etiam quãdoq; hæc uerba, ad arbitriũ boni uiri. ita not. per Bar. in l. cum quidam. Reperiuntur etiam hęc uerba, ſi iuſtũ æſtimauerit. uel, ſi cõprobauerit. & iſta etiam importãt arbitriũ boni uiri: ut d. l. ſi ſit. in prin. ff. de leg. j. Reperiuntur etiã hæc uerba, ad beneplacitum. & iſta important liberam uoluntatem. in c. ſi gratioſè. extrà de reſcri. li. vj. Reperiuntur qñq; hęc uerba, ad libitum ſuũ &c. & iſta* importãt liberã uolũtatẽ. Patet, qa uerbum libitum, deſcẽdit à uerbo, libet, libebat, &c. qđ uerbũ de ſe importat liberã uoluntatẽ. de hoc eſt tex. expreſſus nec alibi reperi. in l. fideicõmiſſ. libertas. circa prin. uer. ꝙ ſi ita. ibi dũ dicit̃, Sed ita demũ ſi totũ in uolũtate fecit hęredis, ſi ei libuerit &c. ff. de fideicõ. libertatibus. & faciũt no. per Bar. in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. ¶ *Et iſta faciũt ad quęſtionẽ, quãdo teſtator ordinat, ꝙ hæres ſuus faciat ad libitum ſuũ de bonis ſuis mobilibus uel pecuniis, ſeu ad beneplacitũ uel ad ſui arbitrium. & ſic de ſimilibus. Qualiter talia intelligãtur, uidi in camera conſilii altercari de intellectu & interpretatione dictorum uerborum. & finaliter poſt multa, fuit dictum, dicta uerba debere ſic intelligi, prout ſupra declarantur.

¶ Verb

a ¶ Verbum, licentia. *Iſtud verbum, licentia, importat arbitrium boni uiri.Not.do.Bart.in l.j.in v.q. prin. C.de ſacroſan.eccle.licet aliter uideatur ſentire do. Inno. in c. cum ad monaſterium. circa fi.in gl.ſuper uerbo,licentiam.extrà de ſta.mona.*

b ¶ Liberam uoluntatem. *Iſtiuſmodi uoluntatis libertas reſtringitur cum bona fide. do.Bart.in l.alio hærede.in iiij.co.in uer.quæro,an exibitus.ibi,ſed ſi ponẽs.ff.de alι.et cι.le.*

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij, an debeat detrahi de regno,uel comitatu,uel ducatu.*

2 *Filius non poteſt quoquo modo priuari legitima: nec onus ſibi imponi.*

3 *Borbonij Dux,quomodo debeat ſuccedere in regno Franciæ.*

QVAEST. CCCCLXXVI.

1 VTRVM legitima* locum habeat,& ſi poſsit detrahi in regno, ducatu, aut comitatu [a],uel alia tali dignitate[b]?dic ꝙ nõ:ſecũdũ Pe.in ti.de ſucceſ. regni Fran. circa prin.in q.quæ incipit,Sed quid,dũ deceſsit ille Carolus &c.uer. nec quarta eſt debita &c. alle.no.in c.licet.extrà de uot.& uo.redẽptiõe,& ibi glo.or.Inn.Hoſt.& Io.And.hoc ibi tenẽt:quia tales dignitates, ut ibi dicũt doc.ſunt indiuiſibiles,& nõ recipiunt diuiſionẽ:ut dicit Pe.Ia.in ti.quib⁹cauſis do. debet perdere proprietatẽ.in v. diſt.primogenitus debet in tali dignitate in totum ſuccedere, niſi conſuetudo eſſet in contrarium.ut dicit Bal.in c. Imperialem.in §.præterea ducatus. de prohibita feudi alie.per Feder. & idem no.glo.in c.ſi hæredes. extrà de teſta.& in ſimili facit c. in maioribus. de prebendis.idẽ etiam tenet do. Chriſtophorus de caſtilliõe,qui degebat adhuc in humanis tẽpore quo ego ſtudebam ultra mõtes,in quodam ſuo cõſilio.Et una potiſsima ratio eſt, ne fiat demẽbratio talis dignitatis.qa ſi aliter fieret, poſſet ĩfra paucos annos ad nihilũ deduci. Et pro hac parte audiui dudum fuiſſe iudicatũ in proceſſu tunc uentilato inter dñm noſtrum regẽ Carolum, quartũ, ex una parte:& dñm Amedeum Ducem Sabaudiæ ex altera, ad cauſam comitatuum Valeñ. & Dieñ.quos comitatus de preſenti habet & tenet dñs noſter Delphi.dico tamen,ꝙ debet filio talis Regis,uel Ducis,aut Comitis ſolui per hæredem uniuerſalẽ, legitima ſaltẽ in pecunia,in qua poteſt legitima ſolui de conſuetudine curiarũ.ut dixi ſ. q.cccclxxxvij. 2 ¶*Et quia legitima quoquomodo nõ poteſt priuari filius, nec onus ſibi imponi.Sed an conſuetudo uel ſtatutũ poſſit diminuere uel tollere legitimã, [c] uide Ray.de Sabanaco in l.quoniã in prioribus. C. de inof.teſt.in ſua repetitiõe. 3 ¶* Sed quia facio hic mentionẽ de rege Franciæ,quero de Duce Borbonii, quomodo debeat ſuccedere in regno Frãciæ. uide Bal. in c.j. de feudo marchiæ, ducatus,comitatus. & ibi etiam in d.

c.habetur, ꝙ ducatus, comitatus, & marchionatus ſunt dignitates.

a ¶ In regno, ducatu, aut comitatu. *Tu uide de hoc ſtilū, conſi.cxxxj. incip.circa proceſ. reuiſio.num.ij.in uerſi.ad tertium quæſitum.ibi, contraria ſententia.*

b ¶ Tali dignitate. *Quòd autem legitima non detrahitur de regno ſuo, opponendo do.Bal.in auth.hoc amplius.in uerſi.oppono.& uidetur.C. de fideicommiſ. et ibi aſsignat rationem, dices, quòd eſt indiuiſibile: quia corona non poteſt diuidi. & rex ſignificatur per corpus ſpirituū ipſius coronæ, cuius figura deſtrueretur, ſi diuideretur in partes. iſta dignitas non diuiditur, ne minuatur authoritas dignitatis. alleg.c.de feud.marchio.col.x.*

c ¶ Tollere legitimam. *Vide dom. Oldra.conſi.xciiij.ubi tenet, quòd liberi non poſſunt in totum priuari eorum legitimis, etiā per ſtatutum.*

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius, an uſufructuarius debeat inueſtire de re feudali, uel emphyteuticaria.*

2 *Laudes & uendæ, ad quem pertineant.*

3 *Commiſſum ad quem petineat, ſi durante uſufructu res committatur.*

4 *Vſusfructus an finiatur, ſi uſufructuarius efficiatur monachus.*

5 *Monaſterium an habeatur loco filij: ut faciat deficere fideicommiſſum.*

QVAEST. CCCCLXXVII.

VTRVM proprietarius uel uſufructuarius debeat lau-
1 dare,* uel inueſtire de re feudali uel emphyteuticaria? doc. alleſgant text. in l.falſus.§.fin.in fi.ff. de furtis. ꝙ proprietarius. & facit l. ſi quis mihi bona.in princ. ff.de acqui.hær. idem tenet Pe. Helie, in tractatu ſuo de iure emphiteuticario. in quæſtione, quæ mouetur de patre, & quis
2 ipſorum habeat laudare. * Sed ad quem pertinebunt laudes & uendæ? Dic ꝙ ad uſufructuariū. Pro quo uidetur tex.in l. uſufructu legato.in primo reſponſo. ibi, & omnes obuentiones &c.
3 ff.de uſufructu. ¶ * Sed ad quem pertineat commiſſum, ſi durante uſufructu res committatur? dic ꝙ ad proprietarium: quia per commiſſum fit cōſolidatio utilis dominii cum directo, uel uſufructuarius non eſt directus dominus: igitur &c. Itē commiſſum uenit per modū ſeparatum, ut in l.item ſi fundi.§.ſed ſi inſula. ff. de uſufructu. quare &c. Sed huic multum obſtat dicta l. uſufructu legato.§.j. Solutio. ibi loquitur, quādo per ſentētiam: hic loquimur, quando ipſo iure & in iſtis eſt differentia magna: ut nota. Innocen. extrà de reſtit. ſpo.cap.accepta.in fi. & de conceſsi. præbend.cap.cum noſtris. & ſic ibi uidetur habere ex ſua prouiſione: ut l.iij. ff. ad legem Fal. ſed cum ſecus, ipſo iure fiat commiſſum. Et pro hoc in c.felicis. §. ſi qua.de pœnis. libro ſexto. ubi committitur eccleſiæ, & non rectori; quanuis rectores eccleſiarum ſint uſufructuarii.

Præ

Prætereà, ex natura contractus emphyteutici uenit commiſſum, & ſic domino quæritur, non fructuario, cum quo non fuit contractum: & ſic non obſtat in feudis. hic finit lex Federici. §. uaſallus: quia ibi loquitur de his, quæ uſufructuarius acquirit ſua induſtria & prouiſione: hic ſecus, quando ipſo iure
4 quæritur, &c. ¶ *Sed ſi uſufructuarius efficiatur monachus, an finiatur uſusfructus? dic quòd
a non:[a] ut tenet Specul. in titul. de ſtatu monachorum. uerſic. xlvij. & Innoc. in c. in præſentia. extrà de probatio. Iſtam quæſtionem diſputauit Bal. in c. qui clericus. in fi. ſi de feudo defuncti controuer. fuerit. col. x. tenet iſtam partẽ. Et de hoc uide infrà, cccc-
5 xcv. q. & ibi plenè tetigi. ¶* An monaſterium habeatur loco fi-
b lii[b] ut faciat deficere fideicommiſſum? Ludouicus de Põtanis, dictus de Roma, in l. ex facto. ff.
c ad Trebellia. dicit, quòd ſic:[c] allegando authen. de ſanctiſsimis epiſcopis. §. ſed. & authent. niſi rogati. C. eod.

a ¶ Dic quòd non. *Item tenet domi. Bar. authen. ingreſſi. in ul. col. in uer. quæro quid ſi ingreſſus. C. de ſa. ſan. eccleſ.*

b ¶ Loco filii. *Vide d. Bart. in auth. ſi qua mulier. in ij. col. in uer. quæro ergo primò. & in v. col. in uerſicu. ſumus expediti. C. de ſac. ſan. ecc.*

c ¶ Quòd ſic. *Et iſtud uidetur ſentire do. Barto. in l. hære. §. Titius. in uerſ. facit ad quæſtionem. ff. ad Trebel. & in l. ſi ita quis. §. j. ff. de le. ij.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti per aſcendentes, an imputentur in legitima.*

QVAES. CCCCLXXVIII.

VTRVM fructus per aſcẽdentes percepti imputen-
a tur in legitima[a]? & uidetur di-
1 cendum,* quòd ſic: per text. in l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. de inoffi. teſta. nam in d. §. dicitur generaliter, quòd fructus in falcidia imputantur ibi fructus enim ſoluere in falcidiam &c. à qua generalitate excipiuntur duntaxat liberi primi gradus. ut ibi per Bar. & Cy. in additione. C. de inoffi. teſt. in l. ſancimus. in ij. q. uide, quæ habentur & no. in l. in fideicõmiſſoria. ff. ad Treb. Sicut enim deſcendentibus debetur legitima in bonis aſcendentium: ſic etiam aſcendentibus in bonis deſcendentium. & poſſunt aſcendentes agere ad ſupplementum eorum legitimæ: ſicut deſcendentes: ut eſt tex. in l. omnimodo. iuncta glo. ſuper uerbo, perſonis. ibi dum dicitur, uel dic parentibus &c. C. de inoff. teſt. Nec in legitima aſcendẽtibus debita poteſt aliquod grauamen opponi. Ita ſentit gl. in l. quoniam in prioribus. eo. ti. ſuper uerbo, de ſanctionibus. Et ita ſecundum has concluſiones iudicatur in dicta curia parlam. De computatione fructuum in hac materia etiam ſuprà tetigi. q. ccxcvj. ¶ De materia legitimi filii, uide alias quæſtio

quæſtiones, de quibus tetigi ſ. q.xciij.

a ¶ In legitima. *Et quòd in legitima imputetur, facit, quia omnia legata facta filio, & alia quæcunque, ex titulo non oneroſo; computantur in legitima. l. etiam. § pen. ff. de bo. liber. per domi. Bart. in l. ſi in quartam. ff. ad l. Falc. & in l. filium quem. C. fami. erci. & no. in l. quoniam nouella. C. de inoff. teſta.*

SVMMARIVM.

1 *Actione perſonali ſi agatur, an res quæ petitur, efficiatur litigioſa.*

2 *Actio an efficiatur litigioſa, reſpectu ſummæ, quæ peti non poterat, quia dies nondum uenerat.*

3 *Res an dicatur litigioſa, per ſimplicem citationem.*

QVAEST. CCCCLXXIX.

SVPRA q. cccxxxvij. ſcripſi de materia rei litigioſæ in 1 realibus.* Sed quæro, ſi agatur actione perſonali, an res uel ſumma quæ petitur, efficiatur litigioſa? Dic quòd non: per l. quanquam. §. j. ff. de aqua plu. arcen. ipſa tamen actio efficitur litigioſa, per litis conteſt. in l. ij. C. de litigioſis. Ita dicit ibi Bart. Tamen do. Inn. tenet ſimpliciter, quòd per actionem perſonalem res non efficitur litigioſa. in c. cum M. Ferrarienſis. extrà de conſtitut. in gloſ. ſuper uerbo, reuocatis. circa fi. uerſicu. & generaliter. & etiam circa princip. ipſius glo. ibi, quia motio litis perſonalis. Idem tenet Specu. in titu. de appel. §. nouiſſimè. uerſicu. ſextus. & plenius in uerſicu. item quia contractus litigioſi. cum uerſicu. ſeq. Idem tenet Inn. in c. dilecti. in fin. extrà de except. uide Henri. Bohic. in d. c. Martinus. in iiij. diſt. De materia rei litigioſæ, uide Io. Ferrarii in titu. libellus in actione reali. fo. xvj. Modo pone: egi actione perſonali contra te pro centum florenis, lite conteſtata, dono uel trado in ſolutum, aut lego Titio dictos c. flo. qui Titius agit poſteà pro iſtis datis uel legatis, aut in ſolutum traditis, contra te: utrum poterit opponi ſibi de uitio litigioſi? ui detur quòd ſic: ut d. l. ij. Credo, quòd iſti Titio competat actio utilis ſine ceſsione. l. ex legato. C. de lega. & l. in ſolutū. C. quando fiſcus uel priuatus. & l. illam. C. de dona. nor. gl. in l. ij. de hære. uel act. uend. quæ actio utilis eſt datiua & non natiua. ut dicit glo. in d. l. ex legato. & l. j. & l. ex malefi. §. hæres. ff. de actio. & obl. & l. fi. C. quando fiſ. uel priua. qua actione nunquam egi contra te: quia mihi non competebat. Sed ſolum directa, quæ oſsibus meis affixa, ab eis non poteſt ſeparari. l. iij. ff. pro ſocio. Et ideo non poteſt dici litigioſa: quia iudicio meo nunquam fuit deducta, nec erat in rerum natura, quando egi. Sed à lege datur actio, mediante tali donatione. Et ideo cum nondum eſſet, non poteſt dici effecta litigioſa. Et ita prima facie uidetur mihi, conſiderato etiā, quòd

titu

titulus de litigioſis eſt pœnalis. l.fin.C. de litigioſis. ideo in ſuis terminis tenendus & reſtringendus.in c.odia.extrà de regu. iur. Et de hac materia rei litigioſæ,uide plenè per Pet.Iac.in titu.de re litigioſa.¶Sed quid ſi actum ſit, pro illa ſumma, quæ nondum peti poterat, quia dies non uenerat,licet bene ceſſerat:

a iuxta l.cedere[a].ff.de uerb.ſigni.

2 * Vtrum illa actio efficiatur reſpectu talis ſummę litigioſa?uidetur quòd non: quia uerba cum effectu ſunt accipienda. l. prima.ff. quòd quiſque iuris. Et quia titulus de litigioſis, loquitur, quando actio intentata cōpetebat, & poterat intentari, & in iudicio effectualiter deduci. l.ij.& l.fi. eo. titu. quæ hoc bene probant, & cùm ſit pœnalis, reſtringendus & in ſuis terminis

3 tenendus,d.c. odia. ¶ * An per ſimplicem citationem dicatur res litigioſa, etiam ſi actor inſtrueret reum in citatione, ſuper qua re uult eum in iudicio trahere? dic ut plenè dixi j. q. ccccIxxxviij,Pet.Ia.in tit. de liti, in uer,in ſumma &c.tenet quòd in actione reali res efficitur litigioſa, per libelli oblationem, quod ſecus eſt in actione perſonali, in qua antè, quàm dicatur litigioſa, requiritur litis conte. ut ibi per eum,& dixi ſ.in prin. præſentis quęſt.Et ibi etiam uide. ¶An per ſimplicem citationem dicatur lis pendere: & per citationē ꝑpetuetur iuriſdictio? uide quæ dixi ſ.q.cclxxxvj.

a ¶Iuxta l.cedere.*Primo reſpon.ibi, ubi in diem ceßit dies nondum &c.*

SVMMARIVM.

1 *Conductor an poßit repelli propria authoritate locantis finita tempore locationis.*

2 *Dominus ſi uendat domum pendente locatione, an emptor teneatur ſtare locationi.*

3 *Succeßor uniuerſalis tenetur ſtare locationi ſui prædeceßoris. Secus de particulari.nu.4.Et quid ita.nu.5.*

6 *Res an poßit auferri conductori,non obſtante hypotheca,ſoluendo ei intereſſe.*

QVAEST. CCCCLXXX.

LOCAVI tibi domum meā
1 ad duos * annos,nūquid finitis dictis duobus annis poſſum tibi domum meam claudere? Bald.dicit quòd ſic,in c j. de contro.inter domin.& uaſal. Et faciunt not.per Inno.in c.j.extrà de immunit.eccle.facit c.potuit. extrà de loca. & ita de antiqua conſuetudine ſeruatur in hac ciuitate Gration.Licet uideatur contrarium,per ea, quæ leguntur & no,in c.licet epiſcopus.de præben.li.vj.& per Bal.in l.ij.C. ſi propter publicas penſitatio-
2 nes. ¶ * Sed quid ſi pendente, locatio dominus uēdat domum: an emptor habeat ſtare locatio-
a ni?dic quòd nō[a],ut in l. emptorem quidem.C.locat. ¶Sed pone,quòd colonus ſibi prouidit: quia pro manutentione rei ſibi locatæ,fecit ſibi obligari omnia bona domini locantis, uel ſpeciali

b cialiter illam rem locatam,[b] an hoc caſu emptor habebit ſtare locationi?dic quòd ſic,ſecũdum Bart.in d.l.emptorẽ. & ſic habet conductor ius retentionis, donec finito termino locationis, uel donec ſit ſibi ſatisfactum de intereſſe ſuo. ut dicit Io. Fer. in tit. forma libelli, quo agitur ad facti pręſtationem ſuper uerbo, ſoluere neglexerit: & ibi dicit idẽ tenere Bar.in l.j.§. quod ait.
3 ff. de ſuperfi. ¶ *Circa hoc [c] ſi
c ſucceſſor teneatur ſtare loca-
d tioni[d] ſui prędeceſſoris,pro dicendorum euidentia præmitto duas regulas. Prima; quòd ſucceſſor uniuerſalis,qualis eſt hæres uniuerſalis,tenetur ſtare locationi ſui prędeceſſoris.l.uiam ueritati.C.loca.l.hæredis.& l.ex qua perſona.ff.de reg.iur. Secũ-
4 da*regula, eſt quòd ſucceſſor particularis nõ tenetur ſtare locationi factæ per ſuũ prædeceſſorẽ.l.emptorẽ.C.loca. Et ratio differẽtiæ, eſt inter has duas re-
5 gulas.*Nã ſucceſſor uniuerſalis repræſentat perſonam defuncti, & ad eum tranſeũt omnes obligationes actiuè & paſsiuè, pro parte,pro qua eſt hæres.l. cùm à matre.C.de rei uen.& gl.in l. ij. ff.de præt.ſtip.& eſt tex. in auth. de iureiurã.à mo.præſti.in prin. Sed ſingularem ſucceſſorẽ non ſequitur obligatio perſonalis. Vnde licet emptor meus eſſet obligatus perſonaliter ad ſtatuendum locationi:hęc obligatio perſonalis, nõ ſequitur emptorem.l.j. §. ſi hæres percepto fundo.ff.ad Trebel. & hæc fuerunt de mẽte Bart.in l. ſi certius. §.fina.ff.de aqua pluuia arcend. ¶ Sed hæc ſecunda regula fallit in vj.uel in ſeptem caſibus. Primò in locatione facta ad non modicum tẽpus:quia per ipſam ſit trãſlatum dominium utile in colonum : ut in re emphyteuticaria , tunc ſucceſſor tenebitur ſtare.Secũdò fallit hęc regula,ſi colonus habeat ius hypothecæ in re locata:unde ſi locator hypothecauerit omnia bona colono , pro manu tenenda locationem,ſingularis ſucceſſor cogetur ſtare locationi : quia ipſe colonus poterit uti iure retentionis iure hypothecæ. Tertiò fallit ſecundum doctores:quando plenum ius non tranſiuiſſet ad ſingularem ſucceſſorem.l. in uenditione. §.j.ff. de bon.auth. iud.poſsi.ſecũdum unum intellectũ ibi poſitũ. Quartò fallit in fiſco, ne ipſe teneatur ad intereſſe.l.fi.in fin. ff.de iure fiſ. & eſt ſpeciale in fiſco.Quintò fallit ſi conuentum eſſet inter ſingularem ſucceſſorem & actorem:ut ipſe ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare colono.in d.l.emptori. §.locati.& l.ſi merces.§.j.ff.loca. Sextò,ſi ipſe colonus feciſſet aliquas impenſas in re locata,quia ipſe colonus poſſet retinere,donec ſibi ſatisfactũ eſſet de impẽſis. Sed an mulier habeat ſtare locationi uiri, ſoluto matri. uide plenè per d.Ia.de But.in l. ſilio.

e lio.§.ſi uir.ff.ſo.ma.¶*Sed iuxta b præmiſſa, quæro, quia ſ.in ij.fallẽtia dixi, quòd cõductor poteſt rẽ retinere iure hypothecæ, an ſoluendo intereſſe poterit ſibi c auferri non obſtãte hypotheca? do. Iac.de Put.ubi ſuprà, dixit q d diſputando poſſet teneri, quòd e ſic. [e] quia illa hypotheca eſt acceſſoria ad actionẽ perſonalẽ: quia locator tenetur ad patientiam. & ſi nõ patitur, tenetur ad intereſſe. Sed dicit ipſe d. Io.de e Pu. quòd communis opinio eſt in cõtrarium, ut ſ. dictum eſt in ij.fallentia. ¶Sed quid de illo, 1 qui emit cum pacto de retrouẽdẽdo, an debeat ſtare ſuæ loca- 2 tioni? uide d.Iac.de Put.ubi ſ. Et quid in pacto legis cõmiſſoriæ 3 uel addictiõis in diem? uide ibi plenè per dictũ Iac.de Put.¶Itẽ, quid de fiſco, cui bona ſunt pu- a blicata, an debeat ſtare locatio- 1 ni? dic, ut plenè per dictũ do.Iaco.de Pu.¶An ſucceſſor ſingu- b laris teneatur ſtare colono, ad uſum propriũ? uide ubi ſ. ¶An prælatus teneatur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem? uide Inno.& Io. And.in c.ſi.extrà, ne prælati uices ſuas.¶An prælatus teneatur ſoluere debita ſuí prædeceſſoris? uide Iaco.de Puteo, ubi ſuprà. c

a ¶Dic, quòd non. *Secus eſt in fiſco, qui in hoc priuilegiatur, ut ſuus emptor teneatur ſtare colono, ne fiſcus teneatur poſteà ad intereſſe colono. ut opp. dicit d.Sal.in l. emptorẽ. in v. oppo. C. loca.*

b ¶Specialiter illam rem locatã. *Tu uide de hoc iſtum, cõſ.cxxix.inci. proceſſus fuit inchoatus nu.iii. uerſi. ad tertium. ibi, imò etiam poſſet dici.*

c ¶Circa hoc. *Adde Bal.in l.emptorẽ. C.loc. & cõduc. & ibi per d.Saly.*

d *Stare locatiõi. *Vide Bar.in l.qui fundum. ff. locat. ubi dat conſilium & cautelam qualiter conductor non poſſit expelli de locatione, etiã ſi bona uendãtur: & etiã ut colonus rogatur ſtare in locatione.*

e ¶Quod ſic. *Vide d.Sal.in l.emptorem.C.loca.& condu.prope finem.*

SVMMARIVM.

1 *Literæ iudiciales, ut fidem faciant, quid requirant.*

2 *Principi quid aſſerenti in ſuis literis patentibus, an credi debeat.*

3 *Sigillum, in quo literæ non apparent, non meretur dici ſigillum.*

QVAEST. CCCCLXXXI.

LITERIS[a]* iudicialibus, ſi nõ ſint ſigillatę[b] ſigillo cõſueto, non creditur. in c. ſignificauit. extrà de app. Item ſi non ſint ſignatæ ſigno ſecretarii, uel notarii ordinarii. l. in fraudẽ. §. quotíes. lo j. ff. de iure fiſ. hoc tenet & ponit Spe.in tit.de inſtru. edi. §. inſtrumentum publicum. uerſ. item quod non eſt ſigillatũ &c. uide Bar.in l.ſi procuratorẽ. ff.de proc. ita quod utrũque requiritur [c] in talibus literis, uidelicet ſigillũ, & ſubſcriptio notarii curię: nec alterum iſtorum ſufficit. Et iſta ſeruantur in hac curia parl. Delp. & in cæteris curiis, tã ſpiritualibus, quàm temporali- 2 bus præſentis patrię Del.¶*Sed an

an alicui principi in ſuis literis patentibus aliquid aſſerēti credi debeat? Vide quæ dixi plenè in tractatu per Gui. Papæ compilato, q intitulatur, tractatus reſcriptorum & clauſularū derogatoriarum & non obſtantiarū, in talibus reſcriptis principum apponi ſolitarum. in uer. ſed iuxta pmiſſa quæro, an credi debeat. ¶ Sed an literis iudicialib* credatur: uide c. poſt ceſsionē. & ibi etiam gl. extrà de prob. & uide gl. & Frā. de Zabarel. in cle. j. de proba. ¶ De materia ſigilli, quē effectū habeat, uide Bal. in extrauaganti ſua, quam ipſe & gl. ſummauit, quę incipit, imperialis clementia, circa princi. ſup uerbo, ſigillo. ¶ De ſigillo, qđ non eſt deputatum ad ſigillandum, uide Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. ¶* Sigillum, quo literæ non apparent, non meretur dici ſigillū. in c. inter. extrà de fi. inſtru. & tenet Frāc. de Zabarel. in cle. ij. ſuper v. no. ut lite pendēte nihil innoueť. ¶ De hac materia ſigilli, etiā tetigi plenè ſ. q. clxxv. & per Io. And. in c. à nobis. extrà de teſtibus.

a ¶ Literis. *An & quādo literæ probent, not. per do. Bal. & doc. in l. non epiſ. C. de pa.*

b ¶ Sigillatæ. *Literis ſigillatis publico ſigillo cōmunis, creditur: alias nō, niſi ſint approbatæ p aduerſariū. do. Bar. in l. procuratorem abſentem. ff. de procu. uide Spe. de proba. §. iiij. uer. x. & ſeq.*

c ¶ Vtrunque requiritur. *Creditur tamen literis epiſcopi, ſolo ſigillo ſuo ſigillatis ſine tabellione, & teſtibus, in his, quæ ſpectāt ad ſuum officium, ſi nō procedat ut iudex. Ro. deci. xxij. in nouis. fuit dubitatum.*

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per principem an poſsit petere hæreditatem cum aliis fratribus naturalibus & legitimis.*

2 *Legitimati à Papa, an cenſeantur legitimati ad temporalia.*

3 *Legitimatio, quid, & an retrotrahatur.*

4 *Legitimatio an habeat locū in filiis natis ex matrimonio legitimo.*

5 *Filij naturalis appellatione, legitimus, & non legitimus continetur.*

QVAES. CCCCLXXXII.

1 VTRVM legitimatus *per principem poſsit petere hæreditatem cum aliis fratribus naturalibus & legitimis? Hoſti. in ſumma in tit. qui filii ſint legitimi. uerſi. quid ſi Imperator. tenet, quòd non. uide ſuper hoc Io. in addi. Spec. qui hanc materiam plenè tractat in tit. de ſucceſ. ab inteſta. circa fi. in uer. ſpurius impetrauit [a] à principe, & etiam legitimus patri, & quòd legitimus agnatis, & cognatis poſſit ſuccedere. uide etiam in feudis, ſi de feudo contro. fuerit. & ibi per Iacob. de bello uiſu, & Bald. & plenius per Henri. Bohic. in c. per uenerabilem. extrà qui filii ſint legitimi. & dominus Ludo. de Roma, in l. ex facto. ibi, itē quid ſi ſuperexiſtāt filii legitimati. ff. ad Tre. ¶* Vtrū 2 legitimati à Papa, cenſeantur

Legi

b legitimati ad temporalia:[b] uide in d.cap.per uenerabilem.& ibi Inno.Hoſt.& glo. Tetigit Bar.in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.
3 & fide catholi. ¶* Quid ſit legitimatio,& an retrotrahatur:uide
c Bart.[c]in l.qua in prouincia. §.j. de ritu nuptiarũ.& ibi dicit Bar. quòd legitimatio eſt nataliũ re-
4 ſtitutio. ¶* Vtrũ legitimatio locum habeat in filiis natis ex clandeſtino matrimonio?Ioan.Fa.ꝙ non.inſtit.de nuptiis.§.fin.¶ Sed iuxta præmiſſa, quæro de quæſtione, quam habui dum practicabam in facto pro communitate Grueriæ in patria Sabaudiæ. Nam domin.Rodulphus comes Grueriæ,hæres inſtitutus à patre ſuo,rogatus reſtituere hæreditatẽ dominę Briſsiaci ſorori ſuæ germanæ, in caſu quo decederet ſine hæredibus à ſuo corpore legitimè procreatis.Contigit, quòd ipſe dom.Rodulp.deceſsit duobus liberis ex ſeipſo ſoluto, & Titia ſoluta progenitis, quos per Imperatorem legitimari fecit,& quos hęredes inſtituit:utrũ talis ſoror à ſucceſsione paterna per tales legitimatos excludi debeat?Et licet uideretur dicendum,quòd ſic, ex eo quòd legitimatio retrotrahitur, ut ſ̃. dixi. & plenè ponit Bart.in l.gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.attamen credo,quòd nõ. Primò, ex uerbis in inſtitutione adiectis, dum dicitur,ſine hæredibus,hoc eſt,ſine liberis.l.facto. §.fin.ff.ad Trebel.à ſuo corpore legitimè procreatis, &c. Quæ uerba, operantur & important, ꝙ tales liberi ſint legitimi tempore conceptionis & natiuitatis eorundem.l.nuper.circa fi.C.de naturalibus liberis.& arg.l.quid ergo.in prin.ff.de his,qui no.infam.hoc tenere uidetur Bal.in c. naturales.ſi de feu.defuncti controuerſia fuerit. Sed ſic eſt,quòd tales legitimati non fuerũt huiuſmodi tempore conceptionis eorũdem, neque natiuitatis:igitur conditio adiecta, quæ in ſua forma ſpecifica debet impleri.l. quibus diebus.in princ.& l.Meuius.ff.de condi. & demon.non euenit. & ita per conſequens d. ſoror à ſucceſsione paterna nõ debet excludi.l.j.§.ſi autem ſub conditione.C.de cadu.tollen.Et licet tales donati fuerint legitimati,non tamẽ eſt uerum dicere ipſos legitimè fuiſſe procreatos,cũ procreatio legitima procedat ex iuſtis nuptiis.l.ij. & l.ſiliũ.ff.de his,qui ſunt ſui uel alie.iu.inſtit.de nup.in princ.§.ſed ſi aduerſus.& tenet Bar.in l.in concubinatu.ff.de concu. Ex quibus talibus nuptiis tales nõ proceſſerunt,& ſic cõditio non euenit. Quod tamen ſecus dici poſſet, ubi hoc uerbum legitimè procreatos, nõ fuiſſet adiectũ. præterea text.uidetur expreſſus,in l.
5 fin.ff.de iure delib.ubi*appellatione filii naturalis, & legitimus filius, & nõ legitimus tantũ continetur : adeò quòd naturalis tantum nõ admittitur:ut ibi ha-

 betur

betur ſecundũ Labeonis ſententiam. Niſi aliud de uoluntate teſtatoris appareat: ut ibi no. Item quis ſanæ mētis arbitrabitur, ꝙ pater filiam naturalem & legitimam uoluerit excludi à ſucceſſione ſua per tales legitimatos, qui fortaſsis à filio non fuerunt procreati? credo, ꝙ nullus, uiſa & cõſiderata deciſione Iuriſconſulti Papiniani, poſita in l. cũ acutiſsimi. C. de. fideicõ. & in l. cum auus. ff. de condi. & demon. Iſta tamē quæſtio non fuit terminata per ſententiam, quia mortem d. dominæ Briſsiaci dominus Briſſiaci eius filius concordauit cum d. comite Grueriæ, pro certa pecuniæ ſumma, per d. comitem d. filio dominæ Briſsiaci data. Et hanc quæſt. hic ſubiũxi: quia eius materia eſt ſingularis & peregrina. & quæ uidebo in hac curia determinari, hic ſubiungam. De hac materia legitimationis tetigi infrà q. ccccclxxx. in fi.

a ¶In uer. ſpurius impetrauit. *Iſtũ uer. per authorē hic alleg. reperies in additio. quæ incipit, ubi hoc dixerit Goff. & adde ibidē poſt Spe. d. Bal. in uer. legitimati, non ſunt legitimati. & in uerſic. ſed an legitimatio. in quibus quidem locis do. Ioan. Andr. & Bald. uidentur inclinare in partem affirmatiuam.*

b ¶Ad temporalia. *Vide iſtum, cõſ. ſuo xiiij. inci. ex facti narratione mihi tradita. num. j. uerſic. ad primum dubium. & per totum. uol. j.*

c ¶Vide Bart. *Voluit allega. d. Bald. in princ. ij. nota.*

SVMMARIVM.

1 *Legatario competũt tres actiones ad legatum conſequendum.*

QVAEST. CCCCLXXXIII.

1 LEGATARIO* competũt tres actiones ad legatũ conſequendũ, uidelicet actio ex teſtamento, rei uend. & hypothecaria. Sed pone, quòd legatarius omiſsis illis actionibus petit ſe mitti in poſſeſsione[a] rei legatæ: an bene agat? credo, ꝙ non, per tex. expreſſum, ad quē multi aduocati non aduertunt. in l. j. ibi, miſsionē[b] in poſseſsionem penitus aboleri, &c. C. cõmunia de leg. Sed hic curia parlamēti, quæ ad ueritatem facti ſolet tantummodo attendere,[c] in hoc nõ facit magnam uim: ſed cõcedit literas in poſſ. miſsionis releg. In aliis tamē curiis inferioribus aliter fortè iudicaretur, per d. l. j.

a ¶In poſſeſsionem. *Legata legatariꝰ cauſa poteſt petere, ſe mitti in poſſeſſionē rerũ hæreditariarũ, quas hæres poſsidet, uel dolo deſiit poſsidere, pariter & in poſſeſsionē rerum propriarum hæredis, poſt ſex menſes à tēpore petitionis numerãdos, hærede ipſo non cauente: ut legitur & not. in l. certa eſt forma. C. ut in poſs. leg.*

b ¶Ibi miſsionē. *Voluit dicere ibi itē rem quidē miſsionē penitus aboleri. Ille eſt tex. ſi ritè ponderetur, nõ quidem dicit miſsionē in poſſeſsionē, non competere legatario: ſed dicit, quòd olim nõ erat locus rei uend. in ſpecie præſentis quæſtionis: niſi primò facta eſſet miſsio in poſſeſsionē. & per hac innuitur etiã ius miſsionis in poſſeſſionem*

ſionē competere, licet non ſit neceſſaria ad hoc, ut competat rei uendic.

c ¶ Attēdere. *Et profectò curia parlamenti ſumma mouetur æquitate, ut circuitus euitetur, & parcatur expenſis litium.*

SVMMARIVM.

1 *Legati ademptio facta in codicillo, an ad hæredem hæredis, an ad fideicommiſſarium pertineat.*

QVAEST. CCCCLXXXIIII.

1 TESTATOR in teſtamēto ſuo hæredē inſtituit,* & ſibi Titiū ſubſtituit in caſu, quo hæres ſine liberis decederet. deinde in codicillo legauit unum fundum Caio, adita hæreditate, moritur Caius legatarius, uiuēte hærede, deinde moritur hæres ſine lib. Et ita locum habuit, & habet ſubſtitutio: hæres hæredis prætendit legatū factū Caio, ſibi pertinere, ex eo quòd teſtator ipſum ademit per fideic. ipſum legando in codi. licet ademptio nō fuerit ſortita effectum, per l. planè. in prin. ff. de leg. j. Subſtitutus dicit oppoſitionē. afferēdo ad ſe pertinere, poſtquā adēptio non fuit ſortita effectum. & de hoc uidetur caſus in l. fi. §. mulieri. ff. de auro & arg. leg. Et credo, quod bene dicat ſubſtitutus. nō obſtat d. lex, planè. in princ. quia ibi legatū in teſtamēto relictum fuit ademptū, etiā ſpecialiter in teſtamēto uel codicillo. ideò nimirū ſi apud hæredē remanſerit: in caſu uerò iſto, à fideicōmiſſario [a] in teſtamēto facto fuit in codicillo legatū ademptum. quæ ademptio non ualente legato, utpotè legato in cauſam caduci ueniente remaneret in fideic. ut d. l. fi. Ita dicit ibi Bar. Et pro hoc uidetur etiā caſus in l. j. §. pro ſecundo. uer. ſed omnes perſonas, &c. C. de cadu. toll. Et ita fuit iudicatum in d. curia parlamenti.

a ¶ A fideicōmiſſa. *Quod habet ſe, uti genus ſeu quoddam uniuerſale. Et in hoc facit in arg. l. fin. §. mulieri hic allega. cuius caſus differt tahquam genus à ſpecie, à caſu l. planè. hoc alleg. ſecundum dō. Bart. ibidem. in j. opp. præ. §. mulieri.*

SVMMARIVM.

1 *Maſculis, uerbū, adiectum in inſtitutione hæredis, uel in primo gradu ſubſtitutionum, an cenſeatur repetitum in ſequentibus gradibus.*

2 *Verba præcedentia limitāt ſequentia obſcura.*

3 *Hæredis appellatio nō extenditur ad extraneos, quando in inſtitutione fit mentio de maſculo.*

4 *Diſpoſitio limitata in maſculis, non dicitur prohibita in fœmellis.*

QVAEST. CCCCLXXXV.

1 SI in aliqua diſpoſitione fiat *mētio de libe. maſculis, [a] utpote in inſtitutione, uel in prima ſubſtitutiōe, ibid. ſubiūcta, ipſum uerbū maſculis, in omnibus ſubſtitutionibus ſequētibus cēſetur eſſe repetitū. [b] l. iij. §. filius. ff. de libe. & poſth. l. legatorum. §. qui plures. ff. de lega. iij. l. nihil. ff. de cōiungendis cum emanc. libe. & facit bene l. j. cū ibi. no. per Bart. de libe. præteritis uel exhæredatis, ob dignitatē familię & agnationis

tionis ſuæ cõſeruãdæ:quæ conſeruatur per maſculos. ar.l.j.§.j. ff.de uẽtre inſpi. facit quod not. Cy.& Sal.in l.j.C.de adul.& Bal. in l.fi.C.de lib.præteritis uel ex-
2 hære.*Et facit pro hoc,quod ali bi dicitur, ꝙ præcedentia uerba limitãt ſequẽtia uerba obſcura: adeò ꝙ ipſa uidẽtur in ſequenti clauſula obſcura repetita.l.ſi ita inſtitutus.§.Chryſog.cũ ibi not. per Bar.ff.de uerb.obl.facit l.talis ſcriptura.§.fi.ff.de lega.j.Niſi aliter de mẽte teſtatoris appareret, ex uerbis teſtatoris cõiecturata,quę uolũtas cõiecturata obſeruanda eſſet.l.cũ proponebatur.ff.de leg.ij.cũ ſimi.Et ita uidi in diffinitione cuiuſdã cauſę determinari. & facit ad hoc quod
3 dixi ſ.q.cccccxlv.¶*No.etiã illud ſingulare dictũ,uidelicet,ꝙ quãdo in diffinitiõe aliqua fit mẽtio de hærede maſculo, appellatio hæredis non progreditur ad extraneos.in c.ſi cleric.§.ij.de feu. alie.in feu.col.x.facit quod not. in l.cõuẽtionibus.ff.de uerb.ſig. & in l.Gall.§.etiã.& ibi per Bart.
4 ff.de libe.& poſth.¶*Not.etiam & tertiò,aliud dictum ſingulare, uidelicet,ꝙ diſpoſitio limitata in maſculis,dicitur prohibita in fœmellis:quia quod uni applicatur, in cæteris denegatur.l.quod rerum.§.ſi quis poſt.in fi.ff.de leg. j.pro hoc l.fideic.§.cũ eſſet.ff.de le.iij.& faciũt quæ dixi ſ.q.lxxxiiij.& q.ccxcix.Sed quid ſi in primo gradu ſubſtitutionis prohibeatur Trebel.an cenſeatur talis prohibitio repetita in ſequentibus gradibus? uide quæ ſcripſi infrà quæſt.cccccxciiij.

a ¶Liberis maſculis. *Tu uide de tota iſta materia,& de uolũtate coniecturata,iſtum conſil.lxxxvij.inci. addendo ad allegationes.num.j.uer. ex alio cap.per diſcurſum.*

b ¶Repetitũ. *Adde,quòd uerba directa unius ſubſtitutionis,trahũtur ad aliam directam.l.uerbis.poſt glo.ibi, circa fi.in uer.quæro,utrũ uerba.ff. de uul.& pup.per l.fi.C.de hær.inſt.*

SVMMARIVM.

1 *Filius,an habeat ius in legitima,patre uiuente.*

QVAEST. CCCCLXXXVI.

VTRVM filius patre uiuẽte habeat ius in legitima?
1 *Et eſt huius quæſiti magn⁹ effectus:qa ſi habeat ius patre uiuente, pater de bonis ſuis nõ poſſet diſponere, donãdo aut uẽdẽdo pro libito uolũtatis.l.ſi feudũ.& l.res tuas.C.de re.alie.non alie. ubi,uerò filius nullũ ius haberet, tũc ipſe pr̃ poſſet de bonis diſponere,ꝓut uellet,tanquã dñs, moderator,& arbi.l.in re mãdata.C. mãda.l.dudũ.C.de cõtrah. emp. & uen.& ſuper hoc dubio aliqui maiores noſtri opinati ſunt,ꝙ fili⁹ habet ius in legitima,patre uiuẽte.ar.l.in ius.ff.de lib.& poſth. in qua opi.fuit Dy.& ita etiã uidetur tenere gl.in auth.de hære. & falc.§.ſi qs autẽ non in plures. colla.j.ueritas tamẽ eſt,ꝙ patre uiuẽte, filius ꝓpriè nõ habet ius in legitima,nec ſibi debetur : ſicut nec patron⁹ in bonis liberti uiuentis.

uiuētis.l.ij.ff.ſi qs à paren.fuerit manu. Et p hoc uidetur gl.in l. iij.ibi,ſed rñdeo,&c.C.de iur.& fac.ign.& uidetur tex.expreſſus in l.j.§.ſi impuberi. & ibi etiā tenet Bar.ff.de colla.bono. ¶Non obſtat d.l.in ſuis:qa imaginatione,& per quandā repręſentationē filius patre uiuente reputatur dñs.[a] nō tamē p hoc ſequitur, q ſit dñs,& q habeat ius in legitima:[b] cum legitima nō debeatur, niſi poſt mortē.in auth.de triē.& ſemiſ.circa prin.ibi,mediam eis reliqui totius ſubſtātiæ partē &c. col.iij.facit bene l.cum ratio.[c] ff. de bo.dāna. Ita etiā tenet Bar.in l.j.in fi.ff.de libe.agno.& hæc ultima opi.ſeruatur in iudicando, in d.curia parlam.Delphi. ¶De materia legitimæ debitæ filio: uide quæ dixi ſuprà q.xciij.

a Reputatur dominus. *Adde quod legitur & no.inſti.de hær.quali.& diffe.in §.ſin autē.in uerſi.ſed ſui.& ibi d.Io.Fa.in gl.ſcilicet ex artificio. Vbi dicit, q filius nō eſt realiter dominus bonorū paternorū,uiuēte parēte: aliàs ſequeretur, q eſſet duo domini eiuſdē rei,quod eſſet abſonum. Quòd autē filius uiuo patre exiſtimatur dominus bonorū paternorū,intelligitur uerū, quo ad dominiū interpretatiuum et intellectuale:quia ex quo lex interpretatur, filiū eſſe eādē perſonā cū patre noſtro, intellectualiter declaratur illū eſſe dominū & patrē. Secus quo ad dominiū uerū & effectuale: quia dominiū,eſt quadā plenitudo,quæ nō capit plures inſolidū. l.ut certo.§.ſi duobus uehiculum.ff. cōmodati.l.hæreditate.§.pater.ff.de caſt.pec.l.iij.§.ex cōtractu.de acqui. poſ.ita, inquit, penè formaliter do. Chriſtophor.Por.in titu.hic alleg.ū. col.in addi.per quem uide.*

b ¶Ius in legitima. *Vide d.Anto.de Are.in præalle.§.ſui autē.in gl.æſtimantur ibi.ff.pro hære.l.j.in fine.*

c ¶L.cùm ratio. *Scilicet,in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Filio an debeat fieri ſuppletio in pecunia,uel de ſubſtantia patris.*

2 *Legitima filij non debet detrahi, de regno,ducatu,aut comitatu.*

3 *Borbonij Dux,quomodo ſuccedat in regno Franciæ.*

4 *Borbonij Dux, feloniam commiſit contra Ludouicū,Francorū Regem.*

QVAEST. CCCCLXXXVII.

1 PATER*in teſtamēto hæredē ſuū particularē inſtituit, filiā ſuā in cētū flore.ultra dotem per ipſum patrē eidē filiæ in contractu ſui matrimonii cōſtitutā. Modo filia nō contenta, agit ad ſupplementū legitimæ. An debeat ſibi fieri per hæredem ſupplementū legitimæ in pecunia, uel de ſubſtantia,& bonis paternis? uidi iſtam quæſtionē plenè diſputatā in quodam cōſilio recolendæ memoriæ do.Rodulp. de Seyſigniaco, utriuſque iuris famoſi doctor. qui temporibus meis deceſsit ab humanis,in uilla Chamberiaci,qui in dicto ſuo cōſilio uoluit ſuſtinere,quòd de iure debet fieri ſupplementū legitimæ de bonis,& ſubſtātia patris,[a] per multa iura,per eum ibi allega.& ſpecialiter per l.ſancimus.

mus.§.repletionem.C. de inoffi. teſta. Poſſet tamẽ dici.& probabiliter, ꝙ ſciẽdũ eſſet ſupplemẽtum in pecunia,ut ipſum ſupplementũ,quod eſt acceſſorium,ſequatur dictũ particulare legatũ c.florẽ.quod eſt principale, & ſecũdum ipſum reguletur.iuxta.l. cũ principali.ff.de re.iu. & c.acceſſoriũ.extrà ep.ti.lib.vj.Et pro hoc uidetur tex.in l.ſi nõ mortis. in prin.ff.de inof. teſta. ibi dũ dicitur,aut ſi minus habuerit,quod deeſt,boni uiri arbitratu repleatur,&c.Et ita ſecundũ hanc partem, ꝙ fiat repletio legitimæ in pecunia, & nõ de ſubſtantia ſeu bonis paternis, ſeruatur.Et uidi ſeruari tẽporibus meis de ſtylo & cõſuetudine præſentis curiæ parlamẽti,& aliarum curiarũ pręſentis patriæ Delphi. Bal. tamen poſt Gul.& Iac.But.dicit, ꝙ ſi teſtator relinquit filio mille flore. pro legitima, ꝙ ſi filius uelit illos mille flore.in proprietatibus & nõ in pecunia, poteſt habere. quam opi.reprobat Salic.tamen do.meus do.Io. de Graſsis,in d. §.repletionẽ. nõ ſequitur opi.Sali.ſed cõmunẽ opi.Bol.& ſequacium. ¶ Super hac materia uide l.nõ amplius.§.fi.ff.de lega.j. Aliqui doct.de hac materia tangũt in l.j.qui uas.§.fi.ff.de fur.qui inducunt ad hanc materiam d.§.fi.

2 ¶*Quo uerò ad regna,ducatus, cõmitatus,& ſimiles,quę habent dignitatẽ, ut habetur in feudis, in ti.de feudo marchiæ,ducatus, & comitatus.in §.j.nõ eſt dubiũ quòd legitima filii nõ debet de ipſis,regno, uel ducatu detrahi: ſed in pecunia tantũmodo debet eis fieri repletio,& legitima ſolui: ut dixi plenè ſ. q. cccclxxvj.

3 ¶*Quomodo Dux Borbonii poteſt ſuccedere in regno Franciæ? uide Bal.in c.j.de feud. marchię, ducatus & comitatus.Sed aduertendũ

4 *circa hoc:quia de anno domini, M. cccclxv.& de menſe Februarii,Dux modernus Borbonii inſurrexit more hoſtili cũ certis ſuis fautoribus cõtra dominũ noſtrum Ludouicum regẽ Francorũ,& contra eũ cõmiſit diuerſimodè feloniam, ex quibus dici poteſt dictũ Ducẽ Bobonii eſſe in futurum priuatũ dicta ſucceſſiõe regni Franciæ, ſi unquam in eius perſonam haberet locũ.Sed poſtquà lapſis octo mẽſibus facta fuit pax inter eos, in qua pace Deũs eos conſeruare dignetur.

a ¶ Subſtantia patris. *Ita uidetur ſentire do.Pe.Ia.in ti.de cond.ex leg. omnimodo pro legitima portione debita filio. in §. cum autem dictus actor.in uerſi.præterea dicta ſententia. Circa ſubſtitutum modum deductionis ſupplementi, ex ſubſtantia faciendi, uerti debet arbitrium boni uiri. & hæc eſt mens l. ſi rite aduertatur. §. repletionem. hic per authorem alleg.* Et *formaliter dicit d.Old.conſil.cxiij. & hoc ſequitur d.Pau.de Caſt. in prædi. §. repletionem.in uerſi.ſecundò no.*

SVMMARIVM.

1 *Lis non dicitur per ſimplicem citationem.*

8 *Ius ut dicatur pendere, ſex requi-*
runtur. Quæ uide per diſcurſum, nu-
mero 3.4.5.6.7.& 8.
9 *Citatio ſimplex interrumpit præſcri*
ptionem xxx. uel xl. annorum.

QVAEST. CCCCLXXXVIII.

a LIS nō dicitur pendere [a] per
citationem factã, niſi per eã
1 reus inſtruatur, ſuper* quibus ad
iudiciũ trahitur ſeu uocat́. Caſus
eſt in cle. cũ lite. ut lite pen. nihil
innoue. iũcta gl. fi. ſita ſuper uer-
bo, ad partẽ. ubi dicit Frãc. de Za
barel. ſex requiri ad hoc, ꝙ præ
2 tẽdi poſsit lis pẽdere. Primò,* ꝙ
3 citatio emanauerit. Secundò,* ꝙ
4 à competenti iudice. Tertiò,* ꝙ
ad citatum peruenerit uel per eũ
ſteterit, ut dicta cle. cũ lite. Quar
5 tò,* ꝙ plene per eam poterit in-
ſtrui ad quid citatus eſt, ut in d.
cle. habetur. in fine. ſecũdũ Zen
6 zel.* Quintò, ꝙ citatio ſit apta,
7 ut ibidem habetur in gl. *Sextò,
ꝙ nuocius ſufficienter intimaue
b rit [b] eam, ut in gloſſ. fi. in fi. ¶ De
8 hac materia,* quando dicatur lis
pendere, ſcripſi ſ. q. cccxxxvij. Et
licet citatio ſola uideatur ſuffi-
ciens ad perpetuandum iuriſdi-
ctionem; ut dixi ſ. q. cclxxvj. Non
enim ſufficit ad inducendum li-
tis pendentiam. ita dicit gloſ. in
d. clemen. ſuper uerbo, plenè. Ni
ſi in citatione interueniant illa
ſex, de quibus ſ. dixi. Et ita in
hac materia uidi determinari
in camera conſilii. Simplex ci-
9 tatio* habet etiã aliũ effectũ, quia
interrũpit preſcrip. odioſam xxx.
uel xl. an. ut plene dixi ſ. q. cccc-
xvj. ¶ Quando res dicatur inte-
gra, uide infrà, quæſtio. ccccxcj.

a ¶ Pendere. *Lis dicitur pendere, primò per oblationem libelli. l. j. C. ut lit. pen. Secundò, per appellationem, in tit. nil nouari ap. pen. Tertiò per relationem uel cõſultationem factam ſuperiori per iudicem. l. ex eo. C. de appel. Quartò, per iudicis recuſationem. c. ſecundò requiris. & c. cũ ſpeciali. de app. & in l. apertiſsimi. C. de iudi. Quintò, per reſtitutionem in integ. C. de in inte. reſt. poſt. nil. no. fieri. Sextò, per libelli porrectionem. l. j. & ij. quando libel. prin. da. Septimò, per impetrationem iudicis. de appel. ſuggeſtum. de teſt. lib. cauſam. ij. domi. Cardi. in clemen. ij. ut lite pen. in iij. oppo. Octauò, per commiſsionem cauſæ ibi, quartò oppo. Et hæc uera, quo ad impediendam impetrationem: quò uerò ad reuocationem attentatoris, requiritur citatio: ut ibidem traditur per dominũ Cardinalem, & adde ibi dicta per eum in quinta oppoſitione.*

b ¶ Intimauerit. *An autem credatur nuncio: in hoc dicit dominus Felynus in cap. j. de iudic. quòd creditur nũcio ſe citaſſe debitè: tamen non creditur ei de commiſsione iudicis, niſi eam oſtendat, uel probet.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum per Principem alicui uillæ de exemptione pedagij per terrã eiuſdem Principis ad terras poſteà quæſitas, uide num. 3.*
2 *Villæ comprehenduntur appellatione terræ.*
4 *Immunitatum conceſsio, an ſit realis, an perſonalis.*

QVAEST. CCCCLXXXIX.

PRINCEPS cōceſsit libertatē ſeu immunitatē hominibus alicuius uillæ terræ ſuę* 1 ſiue patriæ, quòd nullatenus pedagiū ſoluere teneantur in tota terra ſua. Qui princeps ex poſt acquirit unā uel duas uillas intra terminos terræ ſuæ ſituatas, in quibus pedagium ab antiquo ſolui conſueuit. Nunc quæritur utrū ipſi homines uirtute talis libertatis ſint, & eſſē debeant exēpti à præſtatione pedagii in talibus uillis acquiſitis.[a] Et uidetur dicendū quòd nō, obſtante pronomine, terra ſua, in tali priuilegio adiecto, quod ad futurā nō porrigitur terrā. l. ſi ita. ff. de auro & arg. le. l. uxor. §. teſtamēto. & l. his uerbis. ff. de leg. iij. Item pro hac parte eſt gl. quæ uidetur decidere iſtā quæſt. in c. cū capella ducis Burgundiæ. extrà de priuile. & exceſsibus priuilegiatorū. In cōtrariū uidetur tali ratione. nā princeps ſic cōcedendo, & indefinitè loquēdo, potuit prouidere reſpectu terræ per eū acquirēdæ. Ideò dicta uerba, terra ſua, ad futuram terram porriguntur. l. ſi ſeruus. ff. de ſerui. ur. præd. Conſiderato etiam, quòd 2 appellatione* terrę, uillæ cōprehendūtur. c. cum in partibus. extrà de uerb. ſign. in antiquis. Et quia beneficium principis latiſſimè debet interpretari. l. beneficiū. ff. de conſti. prin. cū ſua materia. Prætereà, tales uillæ ſic acquiſitæ & infra limites terræ ſuæ ſituatæ, ſtatim facta acquiſitione cenſentur eſſe de terra ſua, perinde acſi ab initio forent. Patet, quia ipſi terræ accedūt. l. ſi ex toto. in ij. reſpō. & in l. quod in rerū. §. j. ff. de leg. j. Ea enim quę ad augmentū terrę ſuæ acquirūtur, debet ad idē cenſeri, & dici, ſicut de terra ipſa. l. prædiis. §. qui do mū. & l. uxorē. §. legauerat. ff. de leg. iij. Et facit pro hoc quod dixi s. q. cclxv. Itē facit ad hoc etiā, quia libertas reſpectu habitantiū alicui loco cōceſſa, porrigitur etiam ad illos, qui poſteà ueniunt habitaturi. l. forma. §. quāquā. ff. de cenſi. Et* 3 ita in hac patria Delphi. ſeruatur de conſuetudine, quòd tales libertates & immunitates extenduntur etiam ad terras & uillas poſteà acquiſitas per principem, prout etiam dixi in d. quæſt. cclxv. ¶ Et ſuper his uide quæ dixit. Specu. in tit. de inſtru. edi. in §. nō autē. uerſi. ſinautem dubium &c. ¶ Vtrum 4 *autem talis conceſsio ſit realis uel perſonalis, uide Bartol. in l. pater. ff. de ſerui. præle. & in l. quia tale. ff. ſol. mat. ¶ Quis poſsit tales libertates concedere, dixi s. q. cccliij.

a ¶ Acquiſitis. *Vide do. Cyn. in l. placet. C. de ſacroſanc. eccl. & d. Bar. in l. damni. §. is, qui ædes. ff. de dā. infec.*

SVMMARIVM.

1 *Menſuræ qualitas, & forma, & ubi aſſeruari debeat.*

2 *Menſurarum conceſsio, & ſignatio, & fractio minus legitimarum, ſunt miſti imperij.*

Quæſt.

QVAEST. CCCCXC. 1

MENSVRAE debēt fieri æreæ uel lapideæ,& poni
1 in ciuitatibus *uel uillis in locis publicis, ut unuſquiſq; tributariius ſub oculis rerum omnium modiis conſtitutis ſciat quid debeat ſuſceptoribus dare. l. modiis.C.de ſuſcepto. & arca. lib.x. Et uide tex.no.de menſur.& pōde.loquentem,& quomodo debent eſſe iuſtæ:in auth.de col. §. eos.col.ix.Et qūo debent cuſtodiri in eccleſia,in §. ſi autem collatores. eadem colū. Et debent ſignari ſigno ſeu armis domini.
2 l.ij.C.de fru.Alex.lib.x.*talia facere,& menſuras concedere,uel
a ſignari facere,& minus legales[a] frangere,ſunt miſti imperii: ut ponit Petr.Iaco.in titulo de mix. impe.in fin.& ita ſeruatur in diuerſis locis huius pa.Delphi.& b obſeruari faciunt domini locorum.& ita etiam facio obſeruari in uilla mea ſupra Alb. in baroniis, ubi menſuræ ſunt aſsignatæ armis meis.

a ¶ Min⁹ legales. *Adde quòd falſantes menſuras,per pœnā furti tenētur.* a *l.pen.ff.de fal.Et nota quòd menſura debet eſſe æqualis.& in dubio ſtatur menſuræ uicinorum locorum: ut not.in c.ex parte.extrà de cen.*

SVMMARIVM.

1 *Res quando dicatur integra,ut mandatum non expiret morte mādātis.*

QVAEST. CCCCXCI.

PRAELATVS quidā certas fecit ordinationes,quarū
a executionem[a] cōmiſit alii ex of-
1 ficiariis ſuis.*Vtrum mortuo tali prælato cōmiſſarius per eū deputatus poſsit ad executionem ſibi cōmiſſam procedere?dici poteſt quòd ſic,ut in ca. ſi ſuper gratia. de of.dele.lib.vj. & l.fundi. ff.de acqui poſ.& ita ibidē tenet Bart. Nec obſt.iura dicētia,quòd mortuo mādatore,re integra, ſoluitur mādatū.l.ij.§.ſed & ſi quis. ff. de do.& ibidē uide per gl.& Bar. & l.eius.§ quas uero.ff.ſi cer.pe. & per Io.Fab.inſti.mād.§. itē adhuc.Quia ibi mandatū, & id reſpectu cuius fiebat mādatū, erat integrū.in caſu uerò iſto, id, reſpectu cuius fuerat facta cōmiſſio,nō erat integrū. Patet: quia ante eius deceſſum ordinationes fuerant factæ: nec reſtābat niſi ipſas executioni demādari. Et ideò eſt uerum dicere rē non
b fuiſſe integrā.[b] Hoc probat clare dictū c.ſi ſuper gratia.¶ Vide de hac materia, quæ dixi ſ. q. cxxj.& ĩ.q.cccccxviij. Sed quando dicatur lis pendere, uide c. ſi men.ut lit.pen.lib.vj. & uide ſuper hoc.quæſtio.ccccxc.

a ¶ Executionem.Not.*quòd ſi iudex dedit licētiā executori ſiue nūcio, ut capiat debitorē Titij, poterit eū capere,etiam finito officio. Et hoc limi.ſecundū do.Ang. ſi cauſa cognita illud conceſſum fuerit executori: quia tūc ſicut uirtus licētia eſt perpetua:ita & mādatū executoris.Secus ſi fuiſſet conceſſa ſine cauſa cognitione:quia tunc ex quo ſic abſq; cauſa cognitione, eſt lata interlocutoria, & ſic exorbitantur, meritò illa ex-*

 piras

pirat finito officio:ut refert do.Ioan. de Imo.in l. fundi uendi.in uerſi.& per hoc.ff.de acquir.poſſ.

b ¶ Integram. *In iudicijs autem res deſinit eſſe integra, quando procurator actoris ſit dominus litis per litis conteſt. & procurator rei per ſatiſdationē. Bal.in negotijs autē dicitur res integra, antequàm negotium ſit poſitū in aliquo, cū ſumptu: alias ſecus, ſi negotiū ſit poſitū in aliquo ordine, cū ſumptu:per Bald.in l. mādatum.in ij.quæſtio.C.manda.*

SVMMARIVM.

1 *Moneta aurea an contineatur appellatione moneta.*

2 *Aurei quot faciant libram auri.*

QVAEST. CCCCXCII.

1 VTRVM appellatione monetæ contineatur * moneta aurea? uidetur quòd ſic: ac etiā argentea.l.ij.gl.poſita ſuper uerbo, numos, & gloſ. poſita ſuper uerbo, pecuniæ. C. de fal.mone.

a Nam appellatione pecuniæ [a] tā aurū quàm argentū continetur. l.pecuniæ.la. iij.& l. pecuniæ. la. ij.ff.de uerb.ſig. Hoc etiā probatur ex generalitate rub.C.de fal. mo.ſub qua ponuntur leges loquētes tā de moneta auri, quàm etiā argenti: prout ex tenore l.j. & ij.eo.ti.uideri poteſt. ¶ Quod facit ad quæſtionem, patet, quidam cōſtituit in dotem filiæ ſuæ mille flo.auri monetæ currentis in Delphi. qualiter debeāt intelligi hæc uerba? Dicendum uidetur, quòd mille floreni, in moneta aurea currēti in Delphi.cēſentur conſtituti: qui in moneta aurea tunc currenti debent ſolui ad auri rationem: aliter uerbum, auri, ſubiunctum, de nihilo operaretur: quod tamē nō eſt dicendum.l. ſi quando. in princ. ff.de leg.j. Et ideò conſiderato, quòd nulli floreni auri cudūtur in hac patria Delphi. nec cudi conſueuerunt, ſolui debent dicti floreni auri in ſcutis auri currētibus in Delph. Conſuetudo enim regionis in talibus debet attēdi. l. ſemper.ff.de reg. iur.ij. reſpōſo. & l.numis.ff.de leg.iij.l.imperatores.ff.de cōtrahē.emp. & uēd. hoc ponit Bar.in l.Paul. in iij. q. in fin.ff.de ſolutiō. hāc quæſtionē ſæpiſsime uidi in facto, dū practicabā. & poſteà in hac curia parlamēti uidi determinari; & ordinari dictos flo. debere ſolui in moneta ad rationē auri, uel in

c ſcutis auri, ad rationē auri cōputatis duobus ſcutis auri curſum habētibus pro tribus florē. auri, & cōtrà, per rationes prædictas. ¶ Sed iuxta præmiſſa, quæro,

2 * quot aurei faciant libram auri: pro cuius declaratiōe ſciendum eſt, quod de libra auri ſunt tex. in l. Quintus Mutius.la.ij. ff.de aur. & ar.leg. & in l. unia.C.de monopo.& in l.duo. C. de ſuſcepto.& arca.lib.x.& in auth. de armis.col

b latiōe vj. Et ſeptuaginta duo [b] ſolidi faciunt librā auri: ut in l. quoties. & ibi gl.expreſsè dicit.C. de ſuſcepto.& arca.eod.lib.& ibi ſolidus, accipitur pro aureo: ut no. in l.quoties. & in l.quicūque. C. de ſeru. fugitiu. & faciunt nota.

per

per gloſ. inſtitu. de pœna te. liti. gan. in §. fina. Ideò ccccc. ſolidi, de quibus in l. ſi quis pro redemptione. in ſi. C. de don. ibi accipitur ſolidus, pro aureo, quorum lxxij. faciunt librã auri. Ita dicit Cy. in d. l. ſi quis pro redẽptiõe. Sed quid de libra argenti? habetur de libra argenti, in l. ſi clericus. C. de epiſco. audien. Et pro ſingulis libris argenti, v. ſolidi inferuntur. ut in l. j. C. de argenti precio. quod the. infertur lib. x. ¶ Circa tamen ſolutionẽ iſtarum librarum ſolidorũ, debet cõſuetudo regionis attendi. l. circa. C. loca ti. & facit gl. in l. ſi quis argẽtum. C. de dona. De his etiam ſcripſi in apparatu ſtatuti, ſignãs per literas in gloſ. ſuper uerbo, marchis argenti. & nõ poteſt peti aurũ, pro libris uel ſolidis argenti, nec ecõtrà, ſicut dicit Bar. in l. Paulus reſpondit. ff. de ſolutio. quia debet tãtum agi ad id, quod eſt in obligatione: aliter petitio eſſet inepta, & reus abſoluendus; quando petitur aliud, quàm ſit in obligatione: ut dixi: ut plenè etiam ſ. q. cclviij.

a *Appellatione pecuniæ. *Et quid ueniat appellatione pecuniæ, etiam attento communi uſu: uide Bar. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. Et quot modis accipiatur in iure pecunia, tradit Phi. Corne. in conſi. xxix. incip. licet clarã. col. ij. uer. reſtat ut deueniam in iiij. uolu. & an appellatione auri, ueniat anulus: Bar. in l. cum aurum. ff. de auro & argen. leg.*

b ¶ Et lxxij. *Aduerte, quòd ſolidi, id eſt, auri qui hodie ſunt in uſu, nõ minus ualent quàm olim. cũ de modern. ad conſtituendam librã auri requirũtur xcvj. aurei. ſecundum d. Panor. in ca. conquerente. extrà, de offic. ordina. in iij. colum. uerſi. in uerbo, duos ſolidos.*

SVMMARIVM.

Pecunia mutatio ſi fiat, & agatur de ſolutione, an de fortiori uel uiliori fienda ſit ſolutio. 1

Heres primus pecuniam cudit. 2

QVAEST. CCCCXCIII.

SI fiat monetę mutatio,* & agatur de ſolutione fienda, an quis cogi poſsit ad recipiendum monetam, quæ mutata eſt in bonitate, & debilior facta? dic quòd non. Et eſt ratio, quia debet attendi id quod uerisimiliter actũ eſt inter contrahentes, & ſecundum id debet iudicari: aliter ſequeretur, quòd res uendita, quæ fuit iuſto precio uendita, daretur pro minus iuſto precio. ideò audiri non debet talis emptio in detrimentum uenditoris, per legẽ, Paulus reſpondit. ff. de ſolutio. & quod habetur in capitulo, olim cauſam. extrà de cen. In his enim, & cæteris contractibus attendi, & ſequi debet, quod actum eſt. leg. ſemper. ff. de regulis iuris. ubi dicit glo. ſic formaliter. Item actum intellige etiam tacitè, ratione rei quæ uenditur, quæ ſecundum opinionem omnium ualet decem libras imperialium: ideò non eſt audiendus, qui de Veroneuſi bus ſupinè dicit, ſe ſenſiſſe: cum non

non eſt uerifimile, &c. pro hoc bene facit lex, imperatores.iuncta gloſ. digeſtis,de contrahenda emptione & uenditione. Ita dicit Bartolus in dicta lege,Paulus.circa principi. ibi dum dicit, Item, quia dixi uerifimilitudinē, pro hoc etiam bene facit quia ſolutum non uidetur, quod deterius ſoluitur. lege prima. §.ſi res.digeſtis,depoſit.& lege iij.§. primo.ff.commo.nota.glo. in lege,eleganter.§.qui reprobos. digeſtis de pignoratit. actione. Et quia graue eſt fidem fallere. lege prima.in princ.ff.de conſtitu. pecun. Princépsq; obligationes iam contractas præſertim naturales,non uoluit immutare,licet pecuniam mutauerit:ut notat Sa lycetus in lege,ſi ex legati cauſa. in quæſtione quæ incipit: iuxta prædicta moueo dubia,&c.digeſtis,de uerborum obligatiōibus. in ſua repetitione.ſequitur proptereà talem emptorem audiri non debere. Hoc etiam probatur una tali groſſa & palpabili naturali ratione.Ponamus,quòd à tempore uenditionis citra facta eſt moneta de corio, ſicut captiuitatis regis Io. de qua moneta licet currilibus ſi centum flore. non ualent duos florenos de moneta currente tempore contractus: durum eſſet & contra rationem,quòd uenditor cogeretur recipere ſolutionem in tali moneta. non enim eſt uerifimile, contrahentes de tali moneta cogitaſſe:quam futurā eſſe ignorabant. ratio enim naturalis etiā debet attendi, cùm pro lege habeatur. l. cum ratio naturalis. in prin.ff.de bo.dam.Et pro hoc bene facit,quod ponit Dy.in c. inſpicimus.de reg.iur.li.vj.ubi ponit cōiecturas.Contra tamē prędicta uidetur gloſ.decreti. in ca. quis ignorat.xxxij. qō.iiij. ſuper uerbo,noſtro.ubi dicit argumētum, quòd ſi primò currebat fortior moneta, & modo currit uilior, de mandato principis liberior,ſoluēdo uiliorē. de contrahen.empt.& uen.l.imperatores. Sed ibi ſubiungit illa gl.decreti uerba ſequētia, arg.cōtra. extrà de cenſibus.c.olim.in.fi.ff. ſi cer. pet.l.cùm quid. Et ſic non uidetur contrariari illa gl.imò uidetur,quòd non poſſit fieri ſolutio de debiliori:dum ibi ſubiungit, argumentū cōtra &c. quia quando aliquis doctor recitat plures opiniones, uidetur reſidere in illa, quā ultimò recitat. Nec eſſet opinio illius gl.ſi tenere uoluiſſet, quòd de debiliori moneta eſſet fienda ſolutio:quia ipſa loqueretur contra ueritatē,per rationes ſuprà in princi. deductas, uel poſſet intelligi d.gloſ.decreti in his, quæ reiterationem recipiunt, ut in præſtatione cenſus, uel annuæ penſionis, in quibus tantū damnū non uerſatur: ſicut in his,quæ tantū ſemel præſtantur & ſoluūtur: nec reiterationē recipiūt: ut eſt in dote cōſtituta, uel in pretio alicuius rei uenditæ.arg.extrà de decimis. in cap. beneſic

beneficiũ.ubi decima,quia reite rationem recipit, debet ſolui in monera uſuali, ſeu curribili tem pore ſolutionis. Imò dicit ibi gl. ſuper uerbo, ſimpliciter.ꝙ ſi di ctũ fuiſſet expreſsè, quòd de mo neta aliqua deberet ſolui:ut potè de florenis, uel ſcutis auri, ꝙ de illa deberet ſolutio fieri. arg. c.dilecta.extrà de præſcri.in anti quis.facit l.j. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. Et maximè,ſi iuramentum interuenerit, quòd omnino debet ſeruari.auth.ſacramẽta.C. ſi aduer.uend.l.ſi quis maior. C. de trãſac.c.licet. de iureiu.in antiquis.Vel poteſt dici,quòd gloſ. decreti loquitur in cõtractu lucratiuo: ut potè donationis uel legati:quia tunc de moneta uſua li,licet uilior exiſtat,poteſt ſolui. ar.l.ſi quis argentũ.in prin. iũcta gl.ſuper uerbo,æſtimatione &c. C. de donationibus. Et eſt ratio propter l.ad rores. ff.de edict. & ut benignius agamus cum dona tore.l. Nezẽnius.ff.de re iud. ita dicit dominus Oldra. & uidetur ita dicere Azo in ſumma.in titu. de donat.Concludo ergo,quòd debet fieri ſolutio in moneta currente tẽpore contractus: ſiue eſſet illo tẽpore fortior ſiue debilior,& ita ſeruatur in iudicando: niſi alter tempore cõtractus eſſet actum inter partes.Non tamen nego neque intelligo,quin debeat fieri ſolutio de moneta uſuali tempore ſolutionis,ad ualorem alterius monetæ currẽtis tempore cõtractus:iuxta d. cap. olim.cùm ibi not.& per not. per gl.in d. §.qui reprobos.hoc etiã ſentire uidetur Bart.de Salyc.in d.l.ſi ex legati cauſa. Sic etiã iſto tempore,quo currit debilis moneta ad rationem uigintiquinque groſſorũ pro ſcuto auri, ſol uant exactores Delphinal.& alii nobiles huius patriæ Delphin. qui ſibi ſolui faciunt eorum cen ſus de iſta parua moneta, ad rationem tamen bonæ monetæ.

a ¶De hac materia[a], uide plenè Bar.in l.Rutilia Polla. ff. de con trahen.emp.& uẽd.& in d.l. Paulus reſpõdit.& Fran.de Zaba.in clem.ij.[b] de decimis.& gl.& Inn. in d.c. olim. extrà de cenſibus.& Henr.Bohic.in c.quãto. de iureiur.Et Spec.tit.de oblig. & ſolut. §.ij.circa finẽ.Cy.in l. in minorũ. C.in quib.cau.in integ.reſti. non eſt neceſſa.& Ioan. Fab. inſtitut. quibus modis tollitur obliga. in prin.& Dy.in cap.inſpicimus. de reg.iur.lib.vj. ¶De materia reachentorũ,uide Bart. in l.quoties in diẽ.ff.de uer.obl. ¶* Quis pri 2
mò fabricauit monetã? dic quòd Thares,pater Abrahæ: ſicut reci tat Albericus de Roſate in ſuo repertorio ſuper uerbo moneta. Et ibi recitat unde proceſſerunt xxx.denarii quibus Chriſtus fuit uenditus. ¶Item cui uel quibus competat ius monetã cuderi di, uide quæ dixi ĩ.qõ.cccccxcviij. Si debeantur mihi xxx. floreni auri, an potero petere xx. ſcuta auri?dic,quòd nõ:quia ſcuta nõ ſunt in obligatione, nec poteſt peti

peti aliud, quàm ſit in obligatione, etiam ualor rei, quæ in obligatione cõſiſtit, ut plenè dixi ſuprà quæſtio.cccclij.

a ¶ De hac materia. *Adde d.Bal. in conſi.cxxxvij.breui, incipit, ſuper eo, quod quæritur, an ualor monetæ. & in l.cum quid. in ij.col.in uerſi.extrà quæritur.ff.ſi cert.pet.& ibi d.Bar. in ult.col.in uerſi.& hæc faciunt.*

b ¶ Franciſcus de Zaba. in cle.ij. *In iij col.in uerſ.xiij.quæro.& hunc omnino uideas.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata cõtra minorem xxv. annis, curatorem non habentem, eſt ipſo iure nulla. Et quid de contractu.nume.1.*

QVAEST. CCCCXCIIII.

1 SENTENTIA lata contra minorẽ uiginti* quinq; annis, curatorẽ non habẽtem, eſt nulla ipſo iure.l. præſes.C.quomodo & quãdo iudex.ex l.acta.§.fin.ff. de re iudic. Sed quid ſi cauſa agitata fuerit per procuratorẽ conſtitutũ à minore curatorẽ nõ habente, an ualeat ſententia? dic quòd non[a]. l.non eò minus.C.de procu.& l.licet.eo.tit.hoc uoluit dicere gl. in l.neq;. ſup uerbo, interuenire.C.de procura.in q. ibi not. Nec obſtat l.cũ & minores. C. ſi aduerſus rem iudi. ubi cauſa agitata per procuratorẽ inſtitutum à minore curatorẽ non habente, ualet & tenet: licet ſibi beneficio reſtitutionis in integrũ ſubueniatur. Quia uerbum, legitimè, ibi ſubiunctum, tollit contrarium. ubi gloſ. dicit legitimè, ſcilicet à minore, cum authoritate curatoris.d.l.neq; iſtud.idem dicit gl.in d.l. neq; ſuper uerbo interueniẽte. & ſi opponatur de l.curatorem.C.de in integ. reſti. mino. ubi contractus* celebratus à minore, curatorem non habente, ualet & tenet.ergo idem in iudicio, uel ſentẽtia eſt dicendum, cum in iudiciis quaſi cõtrahatur.l.iij.§.idẽ ſcribit.ff. de pecu. Dicendũ eſt, ſecundũ omnes, quòd non:[b] licet nulla lex hoc dicat. Ita dicit Accurſius gloſator, in d.l.cum & minores, quam gl.ſequũtur omnes doctores, ſuper qua dicit Bartol. quòd imò uidetur text.in l.acta.§.fin.ff. de re iudic. Pro hoc etiam uidetur text. quem ipſi non allegant, in d.l.ſi præſes.in fine.& de hac materia, uide Bar, in d.l. cum & minores.& in l.contra pupillum.ff. de re iudi. ¶ Sed aduerte ad præmiſſa: quia præmiſſa uera ſunt, ubi minor xxv.annis[c] non iuraſſet[d] acta ſeu agenda per procuratorem nomine ipſius adulti in iudicio habere rata, & contrà nõ uenire. Quia ſi minor adultus iuret habere rata acta per procuratorem ſuum, & non contra uenire, prout communiter fieri conſueuit: tũc eo caſu proceſſus nõ redditur nullus, defectu authoritatis curatoris; quia iuramentũ eum repræſentat maiorem, ſicut in contractu, & dicit gloſ. ſuper uerbo, contractibus. in fin. quam gl.ſequitur Bar.in authen.ſacramenta.C.ſi aduerſus uend. Et ita ſeru

ſeruat in iudicando dicta curia parlamenti: ut plenè etiam dixi ſuprà quæſt.xxxv.

a ¶ Quòd non. *Et eſt ratio, quia ſi curatorem non habeat, non poteſt eſſe in iudicio, ſaltem conuentus: ſed debet ſibi petere curatorem dari: ut C. qui dari tu. poſſunt. l. uniuerſis. & inſtitu. de cura. §. fin. Et ſic non ualet ſententia contra eum lata. Et hoc probatur clarè, in l. acta §. fin. ff. de re iudicata. Iſta formaliter dicit Salyc. in l. cùm & minores. in ſecunda oppoſitione. Codi. ſi aduerſus rem iudica. ſirmat dominus Petrus de Imola in prædi. l. acta. in §. contra.*

b ¶ Quòd non. *Quærit Bal. in l. non eo minus. C. de procu. quid ſi ſententia nō eſt lata, an ualeant acta cum minore in iudi. & reſpondet, quòd acta in fauorem minoris ualeant: aliàs non. uide eum ibi.*

c ¶ Minor xxv. annis. *Maior tamen xliij. quia impubes iurare nō poteſt. l. qui iuraſſe. ff. de iuret xxij. q. v. par uuli. & Spe. de teſt. §. j. uer. item excipitur, quòd eſt impubes.*

d ¶ Non iuraſſet. *De hoc ſcilicet an iudicium minoris firmètur iuramèto: uide iſtum conſi. ciij. incip. nobilis Ioan. de monte arſerio. nu. ij. uer. ad ſecundum. ibi, non obſtat etiam. in iiij. deciſ. xxxv.*

SVMMARIVM.

1 *Submittens ſe miſericordiæ alicuius, an intelligatur ſe ſubmiſiſſe eius arbitratui.*

QVAEST. CCCCXCV.

ILLE, qui ſe ſubmittit miſeri-
1 cordiæ alicuius domini*, bannereti, uel iudicis, ſe ſubmiſiſſe intelligitur eius arbitratui. in c. ſanè. & c. ueniens. & ibi per Inn. de hac materia extrà, de renũtiatione. ita tenet Ioan. Fab. inſti. de cōtrahen. empt. & uen. in §. pretium. uerſi. qui incipit, item quid ſi miſericordiæ, &c. & dicit Ray. de Sabanaco in l. poſt deciſionē. C. de fur. & ubi aliquis ſe ſubmittit gratiæ & miſericordiæ curiæ, uidetur ſe ſubmittere, ſub conditione, ſi fiat ſibi gratia, ideò in effectu non ualet ſubmiſsio, niſi fiat ſibi gratia, per d. cap. ſane. & not. per Inno. in d. c. ueniens. De ſubmittente ſe alienæ iuriſd. dixi ſuprà quæſt. lxxvij. ¶ Item de illo, qui ſe ſubmittit ad carceres, dixi ſuprà q. lxj. Item de illo, qui ſe ſubmittit cognitioni iudicis non ſui: an per hoc uideatur iuriſdictio prorogata: uide, quæ dixi ſuprà q. ccclxx. ¶ Itē an ciues Gratio. ſe poſſunt ſubmittere curiæ parlamenti: dixi s. qō. cclxxv. ¶ An quis poſsit ſe ſubmittere ad carcerē, ut poſsit incarcerari pro debito priuato, uel fiſcali: uide plenè Ioan. Ferra. in ti. forma executionis ſententiæ. in ix. col. ibi, addo & v. reme. &c.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, detractis detrahēdis, uſus in fideicommiſſaria ſubſtitutione.*

2 *Reus quando dicatur eſſe in mora.*

QVAEST. CCCCXCVI.

1 SI fideicōmiſſarius* poſt euentum conditionis ſubſtitutionis fideicōmiſſariæ petat hæreditatem ſibi reſtitui, abſque adiectione

ctione illius clauſulæ, detractis detrahẽdis, an hæres hæredis rogati, qui ipſam hæreditatẽ poſſidet, habeat iuſtam cauſam recuſandi ipſam hæreditatem reſtituere, ad hoc ut excuſetur à mora propter fructus per eum perceptos poſt euentum conditionis ipſius fideicom. Et pro deciſione huius dubii præmitto, ꝙ duo ſunt iura, quæ ſibi uidentur contrariari, uidelicet l. qui ſolidum.in prin.ff.de leg.ij.ubi ſic dicitur, qui ſolidum fideicom. fruſtra petebat hærede Falci. obiiciente, ſi partem interim ſolui ſibi deſiderauit, neque acceperat, in ea moram paſſus intelligitur. Per quam legem apparet, ꝙ iuſta cauſa in parte, nõ tollit moram in alia parte. Et ita ſummat eam Bar. Aliud ius eſt, uidelicet in lege in fideicommiſsi. circa prin.ibi, tametſi nõ facilè euenire poſsit: ac non præcedẽte mora perueniatur ad iudicem: ut puta legis Falcid. rationem interueniſſe, &c. ff. de furt. per quam l. apparet, quòd ſi quis ad iudicium uocatus, iuſtam habeat cauſam ſe defendendi in toto, uel in parte, reſpectu eius, quod ab eo petitur, ipſe in mora eſſe non uidetur. hinc eſt, quòd inde dicitur in l. ſciendum. in fi. eodẽ titu. quòd ubi exceptio aliqua iuſta & admiſsibilis per uocatũ ad iudiciũ allegatur, mora facta non uidetur. Per quæ iura propterea Barto. dicit & notabiliter in d.l. qui ſolidũ. quòd ubi aliquis conuentus opponit exceptionem pro parte, niſi actor dicat, exceptione oppoſita, ſe eſſe paratũ aliam partem recipere, reſpectu cuius exceptio non opponitur, reus non uidetur eſſe in mora.

2 Sic* intelligitur dicta lex, in fideicommiſſa. ibi uerò exceptio. oppoſita pro parte actor dicit reo, da mihi aliam partẽ, quæ nõ eſt in cõtrouerſia: & cuius reſpectu nulla opponitur exceptio: tũc iſto caſu reus uidetur eſſe in mora conſtitutus reſpectu talis partis. Sic intelligitur d.l. qui ſolidum. & eſt ratio ſecundum eum. Quia quando petitur totũ, reus non tenetur offerre partẽ: quia non eſt ueriſimile, ꝙ actor uellet eã recipere. l. tutor. §. Lucius. ff. de uſuris. Ideò actor except. partis oppoſita exprimere debet ac proteſtari, quòd eſt paratus partẽ recipere. Ita dicit ibidẽ Barto. Et ideò cum dictus fideicõmiſſarius in petitione ſua nõ ſubiunxerit illa uerba: detractis detrahẽdis, ipſe hæres rogati ad iudicium uocatus, iuſtam habuit cauſam ſe opponendi, ac recipiendi contra & aduerſus talem petitionem factam per dictũ fideicommiſſ. reſpectu totius hæreditatis. Et hoc propter detractiones tam quartæ Trebellianicæ, quàm etiam funerũ impẽſæ, debitorumq; & legatorum teſtatoris per eius hæredẽ ſolutorũ. Necnon reparationũ & melioramẽtorũ in rebus hæreditariis factarũ, quæ detractiones in uim excep

exceptionũ,pro parte dicti hæ-
redis ꝓpoſitarũ ſunt de iure ad-
miſsibiles,elidẽtes in parte peti
tionẽ dicti fideic.Ad cuius onus
ꝓptereà ſolutio legatorũ inſoli
dũ,debitorũ uerò & funeris im
pẽſæ, necnõ expẽſarũ in repara
tiõibus & melioramẽtis rerũ hæ
reditariarũ factarũ ꝓ trib⁹ parti
bus,ſpectat & ꝑtinet,& hæc ꝓ-
bãtur in l.ij.iũcta gl.C.ad Treb,
& l.j.§.fi.iũcta gl.ff.e.ti.& l.ubi,
§.fi.ſeiũctis etiã not.ibi ꝑ Bar.&
l.mulier.§.ſed ipſe tibi.ff.e.ti.& 1
tetigi s̃.q.ccxcvj. Quæ ſic ſoluta
dict⁹ hæres hæredis rogati,ac im
pẽſam potuit & debuit detrahe
re, & ſic de hæreditate petita,
retinere uſq; ad cõcurrẽtẽ quã-
titatẽ,donec ſibi de præmiſsis fa
cta ſolutiõe.l.ſi in area.ff.de cõ-
di.inde.& §.furta.inſti,de obli.
quæ ex male,na,Ex qbus ꝓpter-
eà ſeqtur dictũ hæredẽ reſpectu
totius hæreditatis,ad iudiciũ uo
catũ nõ eſſe,nec dici poſſe fuiſ-
ſe in mora,neq; in toto neq; in
parte,ſecundũ Bar.in loco præ-
alleg.qui etiã ſeqtur d,Sal.in l.ſi
ex legati cauſa.in q.quę incipit,
pro euidẽti tamẽ declaratione,
quæro,ſi creditor plus debito
petat:an ſuper uero debito cõ-
ſtituat debitorẽ in mora &c.ff.
de uer.ob.in ſua repe.& deter-
minat,ꝙ nõ.Et ita uidi determi
nari in hac curia parla.An ꝓ re
particulari reſtitutiõi ſubiacẽte
debeat detrahi Trebellianica.
uide quæ dixi s̃.quæſt.cccclxvj.
a ¶Opponi excep.*Non tamẽ tene-*
tur opponere:ſed poterit ſimpliciter
petitionẽ negare.l.is qui ducenta.§.
utrũ.ff.de reb.dub.& hoc ſecũdum
regulã,quæ dicit,Cuius aliqua par-
ticularis eſt falſa,eius uniuerſalis ſim
pliciter eſt falſa.Spec.tit.depoſiti.§.
ſeptimò uidẽdũ occurrit. uer.xj.cõſi
derandum eſt.ibi,uel ſi uelit caut.

♣ SVMMARIVM.

1 *In mora an quis conſtituatur ante*
interpellationem.

QVAEST. CCCCXCVII.

IVXTA prætactã quæſtionẽ,
1 quæro, an euẽtus* cõditionis
fideicõmiſsi uniuerſalis conſti-
tuat hæredẽ hæredis rogati in
mora ipſo facto, Credo,ꝙ non.
Ratio:quia in obligatiõe, quæ
eſt pura ab initio,quis nõ cõſti-
a tuitur in mora[a],niſi per interpel
lationem.l.mora.in princ.ff.de
uſur.ibi,mora enim fieri intelli
gitur,nõ ex re, ſed ex perſona,
id eſt,ſi interpellatus loco op-
portuno nõ ſoluerit &c.Et in l.
ſi ex legati cauſa. ff.de uerb.obl,
Ita etiam fieri debet in obliga-
tione conditionali, poſtquã eſt
purificata: aliàs ſequeretur, ꝙ
in puncto, quo quis obligatur
per euentum conditionis, illo
eodem puncto cõſtitueretur in
mora;quod tamen eſt abſurdũ.
l.quod dicimus.ff.de ſoluti.& l,
promiſſor Stichi,ff.de conſt.pe-
cu.Ita dicit Guil,de Cug,in l.qđ
b &.ff.ſi cert.pet,& Cy.[b] in l.ſi mi
norum.C.in quib.cau.in integ.
reſti.nõ eſt neceſſa.& Bart,in l,
quoties in diẽ.ff.de uerbo.obli,
cõcluſio ꝙ dictus hæres nõ po-

teſt argui de mora. ¶De mate ria moræ, uide plené per Bar. in l. ſi inſulam. ff. de uerb. ob. & Sal. in l. ſi ex legati cauſa. ff. eod. titu. in ſua repeti.

a ¶In mora. *Quid autē ſi minor com mittit morā, an reſtituatur aduer ſus cōmiſſionē moræ: uide per Bart. in l. in minorē. circa fin. uerſi. quæro hic. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ.*

b ¶Et Cy. *In iij. col. in vj. q. aliter tñ uidetur ſentire d. Odof. ibi, in v. col. in uer. ſed quæro hic. ibi, licet nō habebāt neceſſe &c. Sed φ euētus cōdi tiōis cōſtituat in mora, tenet d. Alex. & dicit eſſe cōmunem opinionem: ut in l. quoties. in ij. col. in uerſi. item inducitur. ff. de uerb. ob.*

SVMMARIVM.

1 *Monetam cudendi ius, cui competat.*
2 *Vectigal exigendi ius, per conſuetudi nem acquiritur.*
3 *Monetam quis primùm cuderit.*

QVAEST. CCCCXCVIII.

1 CVI competat ius cudendi monetam? dic φ ad Impe ratorē ſolū, & dūtaxat de iure, ut in c. quæ ſunt regalia. ibi, mo neta &c. in feudis. col. x. Attamē de iure ſpeciali, ut potè priuile gio uel cōſuetudine, bene po- teſt acqri & cōpetere tale ius[a]. De priuilegio probatur, qa ea cōpetūt principi, bene poſſunt per eū cōmitti, & in priuilegiū alicui dari. l. fi. C. noua uect. inſt. nō poſſe. facit qđ no. gl. in c. qđ trāſlationē. extr. de offic. dele. de cōſuetudine probatur in l. quiſ- quā. ff. de diuer. & tēp. præſcr. & C. de fund. limitro. l. j. & de pa- ſcu. publ. l. j. lib. x. Et eſt bona ra- tio: qa quæ poteſt princeps, po- teſt facere cōſuetudo: ut in c. ſu- per quibuſdā. § præterea. extrà de uerb. ſig. facit qđ ponit Cy. in l. j. C. de emē. lib. ubi iſtud di- cit. Itē tenet & ponit Hēr. Bohic, in c. quāto. extrà de iureiur. in ij. diſt. allegat extraua. ītē Io. xxij. quæ incipit, prodiens &c. Hinc eſt, φ nos uidemus, quāplures principes & prælatos, quæ cudi faciūt monetā, qđ eſt ex priuile gio uel cōſuetudine: ſicut duces Borbonii, Sabaudiæ, Archiepi- ſcopus Ebruduneñ. Eps Lauſa- neñ. Epiſcopus ſancti Pauli trica ſtrēſis diœceſis, Princeps Aurai- cæ, & plures alii. Iſtud etiā una

2 alia ratione cōprobatur: qa licet ius exigēdi uectigal, ſit de iu re regaliū: ut in c. j. quæ ſint reg. Attamē tale ius per cōſuetu dinē acqritur. l. ſi. § præterea. alle. Idē tenet Bar. in l. ſi publican. ff. de pub. & uecti. Idē tenet Cyn. in l. j. C. noua uect. inſti. nō poſ. & ibi ponit plures bonas rationes, & bñ urgētes. idē etiā tenet Spe. in ti. de cau. poſ. & propri. in § qa uerò. uer. quid de colligentibus pedag. &c. Iſtud etiā tenēt doc. in l. j. ſup gl. in qua ſit mētio de priuato. C. de impo. lucr. deſcri. lib. x. alleg. l. eū qui. C. de fund. rei priua. iunctis his quæ not. in l. ſi decurio. C. de decur. lib. x. Et ita ſeruatur in hac curia parla. Del. & ubiq;. Sed quis fuit pri-

3 mus qui fabricauit monetā? dic φ Th

ꝙ Thares, pater Abrahæ: ſicut recitat Alb. de Roſ. in ſuo reper to. ſuper uerb. moneta. Et ibi ẽt recitat unde proceſſerũt xxx. argẽtei, quibus Ieſus Chriſtus dñs noſter fuit uenditus. ¶ Itẽ ſi fieri debeat ſolutio debiti de moneta currẽte tẽpore contractus, uel tẽpore ſolutionis, plenè ſuprà dixi quæſtio. ccccxciij.

a ¶ Tale ius. *Adde do. Cy. in l. ſi quis nummos. C. de falſ. mo. ubi dicit, qua moneta fieri poſſit per ciuitates. Eſt autẽ ſciendũ, quòd moneta debet cu di expenſis publicis. do. Bart. in l. qui falſam. ff. de fal. & in l. j. C. de ue. nu me. po. lib. xj. Et debet moneta tantum ualere formata, quãtũ in maſſa. glo. in l. j. de contrahen. emp.*

SVMMARIVM.

1 *Nomina, an ueniant, legatis mobilibus & immobilibus.*

2 *Mulier an nubendo uideatur bona ſua in dotem conſtituiſſe.*

3 *Mulier an cenſeatur conſtituiſſe in dotem nomina, ſiue debita.*

QVAEST. CCCCXCIX.

1 TESTATOR quidã* ſuũ mobile legauit, uel per fideicommiſſum reliquit alicui bona ſua mobilia & immobilia: nulla facta mentione de nominibus ſeu debitis, nunquid ipſa nomina ueniãt in legato uel fi-
a deicõmiſſo[a]? dic ꝙ nõ, ſecundũ
b Bar. in l. centurio[b]. in ij. q. princi pali. circa fi. ibi dũ dicit, ſecus, ſi dicat, puenire uolo omnia bona mea mobilia, &c. ff. de uulga. & pup. & dicit ſuprà qõ. ccxcj. Et eſt ratio ſecũdũ eũ: quia nomina nõ ſunt mobilia, nec immobi. ſed ſunt qđdã genus per ſe. l. à diuo Pio. §. in uẽditione. ff. de re iud. l. quã Tuberonis. §. fin. ff. de pec. Idẽ tenet Specu. in tit. de fructi. & intereſſe. §. j. uerſ. ſecũdo quæritur. Idem tenet Cy. in l. j. C. ſi aduer. tranſ. & ibi dicit ſe ita pluries dixiſſe. Idẽ & plenius Pet. Iac. in tit. de actio. ex teſta. Et præmiſſa ſunt uera, quãdo teſtator dicit bona mobilia & immobilia, quia ſecus eſſet, ſi ſimpliciter dixiſſet, bona ſua, nulla mentione facta de mobilibus & immobilibus: quia tunc iura, nomina, & actiones, uenirent in tali fideicõmiſſo. l. ex aſſe. §. ſi qs bona. & l. nam quod. §. fin. cũ l. ſeq. ff. ad Treb. ponit Bar. in l. Quintus. la ij. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. Nomen accipit pro actione perſonali. l. nomen. §. j.
2 iuncta glo. ff. de leg. iij. ¶* Iuxta præmiſſa quæro, an mulier nubendo uideatur bona ſua in do tẽ cõſtituiſſe. dic ꝙ ſic, ſi interueniat traditio. ita debet intelligi, l. mulier bona. ff. de iur. dot. ex quo ſequitur, ꝙ nomina debitorum, quia nõ traduntur, ſed ceduntur: nõ præſumuntur in dotẽ dari. l. fi. C. de pact. conuen. & l. fi. C. de repud. Ita tenet Bal. in c. j. an mari. ſucc. uxori in bonis.
3 ¶* Et ex his etiã infero, ꝙ ſi mulier cõſtituat expreſsè bona ſua in dotem uiro, ꝙ nõ cenſeatur in dotem conſtituiſſe nomina ſiue debita, niſi expreſsè dicatur, uel niſi dicat, ꝙ omnia bona

ſua in dotem conſtituit:tunc iura & actiones comprehenderentur,per præmiſſa,

a *Veniant in legato,uel fideicõmiſſo. *Aduerte tamen ſi teſtator dicat,lego bona mea:ueniunt nomina debitorũ:ut no.Bar.in l.uxori mea. ff.de uſufr.leg.* Et *an nomina computentur inter mobilia,& immobilia, uide omnino Pet.de Anch.in c.nulli.de reb.eccl.non alie.& Bart.in l, poteſt.de auth.tuto.*

b ¶L.centurio.*Vide Alex.in l.mouentium.ff.de uerb.ſigni.*

SVMMARIVM.

1 *Obiectus contra teſtes,non probati in cauſa principali,an admittantur in cauſa appellationis.*

2 *Parti,contra quam datur obiectus, licitúmne ſit dari alios articulos ſaluatorios.*

3 *Infamis an poſſit opponere teſtem contra productum,eſſe infamem.*

QVAEST. CCCCC.

ACTOR dedit obiectus in 1 cauſa principali*contra teſtes rei,uel econtrà,ſuper quibus teſtes nõ fuerũt examinati:licet habuerit pars in terminos ad probandũ. An in cauſa appellationis illi obiectus debeant ad probandum admitti?Et uidetur ꝙ non,quoniam obiicere contra teſtes,eſt odioſum,ideò obiicere uolens non admittitur, niſi ante publicationem fuerit proteſtatus:in c.præſentiũ.extrà de teſti.Nec ad talem actum datur,niſi unica dilatio.in c.licet dilectus,extrà de teſt.& cũ pars habuerit dilationem in prima inſtantia,ad hoc faciendũ,& nõ fecerit,non debet ipſe in cauſa appel.admitti. Pro hoc uidetur text.expreſſus in c.licet cauſam. extrà de proba.ubi dato termino competenti parti, ad obiiciendum,& obiicere nõ curauit,ulterius ad obiiciendũ non debet admitti:ut ibi dicit tex,dum dicitur,ſuper quo interloquendo dicimus &c, Tum etiã,quia cauſa app.eſt alia à principa.l.cum apud Sempronium,ff.iud,ſolui. & l.ita demum.C.de proc.ideo excluſa parte ab obiiciendo,cõtra expreſsè uel tacitè per termini ſup hoc aſsignati lapſum, pars nõ debet in cauſa app.admitti ad hoc faciendũ,l.ita demũ.alleg.cũ in eadẽ inſtantia ſi adhuc duraret,nõ admitteretur: ut d.c.licet cauſam. Nec obſtat l.præcipimus,C.de app.& c.fin. de app.lib.vj.quia loquuntur in his,quæ cõcernũt negotiũ principale,& nõ iſta acceſſoria,ſicut obiicere contra teſtes. pro hoc facit cle.ſi,de app.Sed quicquid ſit de iure,ſeruatur tamẽ contrariũ tam in hac curia parlamenti,quàm in ceteris curiis præſentis patriæ,de ſtylo & conſuetudine ipſarũ curiarum,in quibus curiis obiectus cõtra teſtes admittũtur ad probandũ,in cauſis appellation.q nõ fuerãt probati in prima inſtantia.Et ita uidi obſeruari xl.annis proximè lapſis.¶Sed quæro ſi obiect* probentur cõtra teſtes,an iudex coram quo factæ ſunt probatiões,

eos

eos punire pôterit, dic ꝙ nõ. caſus eſt in ca. cum dilectus. in fin. extrà de ordi. cog. Nec efficiuntur teſtes infames, ſecundum quod ibi tex. & glo. ponunt. Licet Inno. dicat eorum opinionẽ ex hoc grauari. ¶ *Sed nõne eſt licitum parti, contra quam ſeu eius teſtes traduntur obiectus, dare alios articulos ſaluatorios[a], approbando famam bonam teſtium? dic quód ſic: quia cuicunq;[b] eſt licitum teſtes ſaluare & iuuare: ut in cap. præſentium. extrà de teſtib. lib. vj. & ibi per Archid. & iij. quæſti. j. de iudiciis. gloſ. ſuper uerbo, confirmandos. ibi, dum dicit, uel poteſt confirmare illorum teſtimonia qui probati ſunt criminoſi &c. & ita ſeruatur de ſtylo præſentis curiæ parla. ¶ Sed an teſtis, contra quem dantur obiectus, & non probantur, poſsit agere actione iniuriarum? uide in l. j. §. j. ff. de uent. inſpici. uide etiam quæ dixi in apparatu. ſi quis per literas. in gl. ſuper uerbo, communi æſtimatione. circa finem. in quæſtione, ſed pone, ꝙ pars oppoſuit. ¶ * An infamis poſsit opponere cõtra teſtẽ cõtra eum productum, ꝙ ipſe teſtis ſit infamis? Bar. quòd non. in l. in arena. C. de inoff. teſta. & in l. cum mulier. in fi. ff. ſol. matr. & ibi no. per eum.

a ¶ Saluatorios. *Sicut & reprobatorios. Sed hic ſciendũ quòd teſtes probatorios & teſtes reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non, ut in c. licet. de teſt.*

ibi,cuius finis in iudicis poteſta te ac motu ſitus &c.& per l.furti. §.ſi autē.ff.de his,qui no.infa.& C.ad Tre.l.ſi cū poſteriori iudi cio.& iſtud ſeruatur in firmis cu riarū Delph.Grayſuodani,Vien nenſii,& terreturi Vieñ.& Valē. apud ſanctū Marcellinū:qa fini tis firmis dictarū curiarū,inqueſtæ nondum diffinitę remanent commodo ſucceſſorū in dictis firmis. Et etiā ita facio obſeruari,quādo arrendo uillam ſancti Albani.quia inqueſtæ inchoatæ tempore arrendamenti per mę facti,remanēt mihi:niſi diffiniant infra tempus arrēdamenti.

a ¶ Secundo arrendatori. *Facit in arg.l.quod ait.in prin.ibi,ſufficit pa tri,ſi eo tēpore habeat in poteſtate, quo occidit &c.ff.de adul.* Et adde, *quòd ſi ius declarat qualis res ſit cēſenda l.ſed & ſi quu.§. interdū.ff. de uſuſru.et in epiſtola Ouidij,* Exitus *acta probat: careat ſucceſſibus,opto, Quiſquis ab euentu ſacta notanda putat.*

SVMMARIVM.

1 *Tertiamentū emolumentorum Delphi.qualiter & quomodo fiat.*

2 *Fiſcus non habet quid magis ſpeciale, quàm priuatus,niſi inquantum id iure cautum reperitur.*

QVAEST. CCCCCXXXVI.

DE conſuetudine in curia parlamēti diutius obſerua
1 ta facto * liberamēto in ultimo
2 incantu[a] reſpectu emolumētorū Delphi. quilibet uenire uolēs j. tres mēſes à die liberamēti audit tertiādo.Sed quæ ſumma debet tertiari?An primò oblata,uel ultima ſumma,ꝓ qua fuit liberamētum factū?dic q; de cōſuetudine prima ſumma: ſed ille talis,qui tertiabit, ſoluet dño integram ſummā,ꝓ qua ultimò fuit libera mētū factū unà cū eo,qđ aſcendet tertiamētū reſpectu ſummæ primo oblatę.& fiet ſibi liberamētū:ſed ſi ille, cui primò factū fuerat liberamētū, uelit offerre duos ſolidos Turoñ.pro qualibet libra reſpectu totalis ſūmæ, audiet:infra tñ dictos tres men ſes,& dictis trib⁹ mēſibus durantibus,ipſi duo cōtēdētes,uidelicet ille,q tertiauit,& ille cui factū fuerat primū liberamētū, & nō alii, audient encharire uolētes, un⁹ ſ.aliū de duob⁹ ſolidis ꝓ qualibet libra. & lapſis dictis tribus mēſib⁹ alter ipſorū, & nō alii audient duplicare uolēdo totā ſūmā cū encharimētis j.alios tres mēſes,& nō ultra.Et iſta col legi de ann.do. M.cccclx.& die xj. mēſis Septēbris,dū ī camera cōſilii īter dños parla.&camerę cōputorū Del.de ꝑmiſsis altercaret ad cām pedagii ſcti Sympho riani auzonis.ī quo pedagio tūc fuit d.cōſuetudo obſeruata.Sed qđ ſi res alicui⁹ minoris,uel alicui⁹ rei publicę,utpotè uniuerſitatis,uēdit ad incatū publicū,& pl⁹ offerēti liberat,deīde tractu aliquorū dierū aliqs uult pl⁹ offerre,an audiri debeat,&res ipā ſibi liberari? dic q; ſic: ut uř tex. in l.at ſi ſine dolo.§.j.ff.de mino ri.iūcta l.rē pub. C.de iure reip.

lib.

lib.x. Et recordor ita uidiſſe ſemel obſeruari in facto curiæ cõmunis huius ciuitatis Gration. ¶ Itẽ crederẽ in rebus eccleſiæ, per ea quę no. in d.l. rẽ publicã. ¶ De ordine tenendo in uenditiõe rei fiſcalis: uide gl. in l.j. C. de fi. inſtru. & iure haſ. fiſ. lib. x. ¶ Vtrum emẽs rem, quæ pro fiſcali debito uenditur, ſuccedat loco fiſci? uide Bar. in l. cũ ratio. §. fi. de bo. dãna. & in l. ſi tertius. §. ſi qs primus. in iij. q. ff. de aqua
2 plu. arc. *Nulla ſpecialitas debet eſſe plus in fiſco, quàm in priuato, niſi quantum in iure cautum reperitur: ut dicit Cy. in l.j. C. de peti. hære. ¶ An arrẽdatores iurium Delph. utantur iure fiſci in exigendis iuribus arrendamẽti. uide quę dixi ſ. q. ccviij. ¶ An arrendare, ſit uendere, uel locare: uide Bar. in l. cotem. ff. de uecti. & commiſ. & in l. Sabinus. ff. de contrahen. emptio. & uenditio.
a ¶ Incantu. *Quid autem ſit incãtus, & qualiter fiat: uide Specu in tit. de emp. & uen. §. iiij. uerſicu. hoc quoque. & d. Bar. in l. licitatio. ff. de publi. & in l. ſi tẽpora. C. de fide inſtru. & iur. haſ. fiſc. lib. x. & doc. in auth. hoc ius porrectum. C. de ſac. ſan. eccl.*

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an cenſeatur prohibita per hæc uerba, pleno iure & c. adiecta in reſtitutione fideicommiſſi.*

2 *Generaliter quæ fiũt, niſi ſpecialiter notentur, uidentur neglecta.*

QVAES. CCCCCXXXVII.

DIXI ſuprà q. lj. quòd teſtator põt prohibere detractionẽ Trebellianicæ in extraneo hærede. * Sed iuxta hoc 1
quæro, an ipſa Trebellianica uideatur prohibita [a] per illa uerba, pleno iure [b] &c. in reſtitutione fideicõmiſſi appoſita. & uidetur quòd non. ratio quia dicta uerba non ampliant reſtitutionem: ſed eorũ quæ reſtituũtur plenam & integram domini tranſactionem [c]. C. de epiſc. & cle. l. raptores. §. bona autem. & in c. cũ inter nos. extrà de re iudi. & in c. cõqueſtus. extrà de foro cõpe. & talis prohibitio non debet fieri per coniecturas: ſed per expreſſum, in auth. de hęredi. & falc. §. ſi uerò expreſsim. quod eſt palã, & non uerbis obſcuris & generalibus. pro hoc uidetur facere. ff. de uerb. obli. l. quicquid aſtringendæ. & hanc partem tenet Oldr. in ſuis quæſtionibus, in q. cccxliij. in uerſic. qui incipit, ad quartã quæſtionẽ &c. Et facit ratio pro hac parte propter uerbum expreſſum tam in §. ſi uerò expreſsim. quàm in authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. ſubiũctum: quæ uerba habent & important, ac ſi dictum eſſet nominatim, in auth. ex teſta. in fi. C. de col. & l. nõnunquã. & l. ſi ita expreſsim. ff. de condi. & demonſt. quæ prohibitio nominatim ſeu expreſsim, non cẽſetur facta, per illa uerba, pleno iure. imò teſtatores & notarii, q hæc uerba pleno iure in teſtamentis habent, inſerere ignorãt illius uerbi ſignificatũ: ideò ultra

tra ipſorum mentem & intelle-ctum non poſſunt operari, ſicut dicimus de uerbo, liberi, quod in idiota teſtatore non cadit. l. quid ſi nepotes. ff. de teſta. tutela. Et pro hoc bene facit text. in d. §. ſi uerò expreſsim. dum ibi dicitur, expreſsim deſignauerit &c. Nam aliud eſt aliquid expreſsim deſignare, & aliud eſt, aliquid uerbis generalibus ex-
2 primere. Inde* dicitur, ꝙ ea quę generaliter fiũt, niſi ſpecialiter notentur, uidētur neglecta. l. itē apud Labeonem hoc edictum. ff. de iniuriis. Prætereà hoc corroboratur in ſimili. in c. ſi motu proprio. in fi. extrà. de præben. lib. vj. ubi non dicitur fieri motu proprio, niſi hoc uerbo aut ſcripto fuerit expreſsũ: fruſtra enim hæc expreſsim, & deſignauerit expreſsim &c. in d. authē. ſed cũ teſtator. & in d. §. Si uerò forent adiecta uerba generalia, ſufficerent: quorum ſignificata teſtatores & notarii teſtamēta recipientes plerunque ignorant. quod non eſt dicendum, arg. l. ſi quando. ff. de leg. j. Sed contrarium uidetur, quòd imò per illa
d uerba, pleno iure, [d] Trebellianica cenſeatur prohibita per l. decem. iuncta gloſſ. ff. de fideicõmiſs. libertatib. Et hanc partē uidetur tenere Bart. in l. Centurio. in iij. quæſt. principali. & in l. Marcellus. in §. quod autem. ff. de uulg. & pupilla. Et hanc opi. tenet Bald. in l. precibus. C. de impuberis, & aliis ſubſtitut. dum ibi dicit, procedo ulterius, quid ſi teſtator adiecit hęc uerba, pleno iure &c. & ſubiũgit ipſe Bal. per uerba hæc, nihil aliud intelligo, niſi Falcidiã & Trebellianicam eſſe prohibitã à teſtatore in reſtitutiõe fideicommiſſaria &c. & tenet expreſsè idem Bal. in dicta authenti. ſed cùm teſtator. idem tenent Alberi. de Roſa. & docto. in l. ſi quis ad declinandum, C. de epiſco. & cleri. & iſta eſt communis opinio. Et de uerbis pleno iure, habetur in l. fœminæ. §. fi. C. de ſecund. nupt. & ibi dicitur, quòd important proprietatem cum uſufructu. & uide c. querelam. uerſi. cum eccleſia. & ibi text. dum dicit, pleno iure &c. extrà de electio. & c. cum & plantare. glo. ſuper uerbo, pleno iure. extrà de priuile. De pleno dominio, uide text. in l. iiij. ff. de alimen. & cib. lega. Et pro hac parte conſueuit hęc curia parlamēti iudicare. ¶ Sed an prohibitio Trebellianicæ facta in primo gradu ſubſtitutionis, cenſeatur repetita in ſequentibus gradibus: uide, quę plenè dixi ĩ. q. ccccclv. De materia prohibitionis Trebellianicæ: uide quæ dixi ſ. quæſtio. lj.

a ¶ Trebellianica uideatur prohibita. *Vide de hoc, per iſtum, conſi. cxvij. inci. Ioannes Molaris. numc. v. uerſi. ad quintum quæſitum. & conſil. cxxxiij. incip. Antonius Pachodinu, iij. uer. ſed quid de Trebellianica.*

b ¶ Pleno iure. *Vide huiuſmodi orationem, extrà de fo. compe. c. conqueſtus.*

ſtu.& de priuile.e.cum & planta-re.§.in eccleſiis.& per do.Abb.in c. querelam.de elect.

c ¶Domini tranſactionem. *Quid autem operetur hac uerba,pleno iure,in ſubſtitutionibus,dicit Bald. in authenti.hac uſus.C.de ſacr.ſan. ecle. quòd talia uerba faciũt eam intelligi directam in beneficialibus:uel intelligitur,ſcilicet quo ad temporalia & ſpiritualia.Car.in cle.j.in vij.*

d * Verba,pleno iure. *Et nunquid uerbum,pleno iure ſuccedat,indueat directam ſubſtitutionem: ita quòd Trebellianica uideatur prohibita. ui de Phili.Cor.in conſi.clij.inci.in hac conſultatione.col.iiij.uerſi. & etiam uerba.in ij.uol. & an uideatur prohibita per teſtatorem apponentem clauſulam, ſine diminutione ſuccedat.in conſil.clxxxvij.incipien. trita & uulgata.in prima & ſecũda col. in j.uol.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier an poſſit eſſe teſtis in teſtamento,uel codicillis inter liberos.*

2 *Teſtes in teſtamento,an debeant eſſe rogati,an ſufficiant fortuiti.*

QVAES. CCCCCXXXVIII.

1 FACTVM eſt* teſtamẽtum imperfectum, in quo liberi ſunt heredes inſtituti in preſentia quinque uel ſex teſtium, in a quibus ſunt due fœminæ[a],qui teſtes non fuerunt rogati:utrũ ualeat.credo quòd ſic.in l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. C. 2 de teſtamentis. *Nam cum non ualeat quaſi teſtamentum:ſed ut quaſi uoluntas ultima.ut d.l.§. ſi quis autem.ibi, non quaſi teſtamentum,ſed quaſi ultimam uoluntatem inteſtati ualere ſentimus &c.In omnique ultima uoluntate teſtamento excepto ſufficiant quinque teſtes,uel rogati uel fortuiti, etiam ſi fœminæ b exiſtant[b].l.fina.§.fina.iuncta gl. C.de codicil. ideò ſequitur tale teſtamentum imperfectum,licet in eo duæ fœminæ fuerint pro teſtibus adhibitæ, de iure ualere: hoc idẽ uidetur tenere Bart. expreſsè in d. §. ex imperfecto. in fi. dum talem ſubimpartit rationem. Nam cum ſolẽnitas iuris ciuilis ſublata exiſtat,quę teſtes rogatos & maſculos eſſe requirebat, fit relicta: ut d. §. ex imperfecto.remanet tamen ſolennitas iuriſgentium,ſecũdum quod in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum. c. cum eſſes. extrà de teſt. non diſtinguendo marẽ à fœmella.ita dicit ibi formaliter Bart. ſic præſupponendo, ꝙ fœmina in tali teſtamento inter liberos confecto,poteſt in teſtẽ adhiberi.nec d.§.ex imperfecto.correctus eſt per auth. quod ſine eo.tit.inquantum loquitur de teſtamento nuncupatiuo.Ita tenet ibi glo.in d. auth. & doct.præſertim Bart. idẽ Azo in ſum.¶De hac materia,etiam tetigi ſ.q.ccccxliij. ¶Sed quid c ſi notarius non recitauit teſtamẽtum[c] coram teſtibus propter ſuperuenientem mortem teſtatoris,an ualeat teſtamentum inter liberos?Barto.dicit quòd ſic, per uerbum, fortè. in l. fideicõmiſſa.

miſſa. §.j.ff.de leg.iij.Super hoc dicerē, quòd ſemper ualeret teſtamētum inter liberos : ubi eſſet perfecta & completa uoluntas teſtatoris, coram teſtibus:licet nō fuiſſet per notarium recitata,per ea,quæ dicit Bar. in l. ſi is, qui. ff. de teſti. quod ſecus eſſet in teſtamento inter extraneos facto:per glo.in l. fideicōmiſſa.§.j.ſuper uerbo,quoties.

a ¶Duæ fœminæ. *Poteſt autem teſtis eſſe fœmina in teſtamento inter liberos legitimos, & naturales condito:ut de hoc eſt glo. nota. in auth. quod ſine ſubſcriptione. C. de teſtamen.* Et dico *legitimos:quia ſecus inter baſtardos, ſecundum dom.* Bald. *in l.qui teſtamento.ff. de teſta. licet contrarium teneat Spec.ut refert ibi ſuprà domi.* Bald.

b ¶Fœminæ exiſtant. *Adde, quòd fœmina in codicillis poteſt eſſe teſtis, ut tenet do.* Bart.*in pr.a.l.qui teſtamento.§.eum qui.in uerſic.quæro an mulier.ff.de teſtamen.*

c ¶Non recitauit teſtamētum. *Tu uide de hoc per iſtum,conſ.ccxxxiij. inci.non ualuit,nec ualet. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Mater, tutrix liberorum, ſi conuolet ad ſecundas nuptias, repellitur à tutela.* Et *quid ita.nume.*2.

3 *Pupillus non debet educari apud tutorem,ſi ſit ſubſtitutus.*

QVAES. CCCCCXXXIX.

1 MATER data fuit tutrix in teſtamento * ſuis liberis, quandiu uixerit, & fuerit in humanis, ipſa mater conuolat ad ſecundas nuptias. Vtrum remanere debeat tutrix.Credo quòd a non [a]:quia poſtquam ad ſecundas nuptias cōuolauit, mox repelli debet à tutela:ut in authē. ut ſine prohibitione matres de bi.& credi. tutel. minorū gerāt. §.quia ue.col.vij. ibi,mox ut ſecundas nuptias cōtraxerit, eam repente expelli à tutela &c.in authē.ſacramentum. C. quando 2 mu.tut.officio.fun.poteſt.Et*eſt ratio,quia lex plus de ea nō cōfidit,imò preſumit,ꝙ utile liberorum inſidiabitur.l.ea quæ tutores.§.fi.C.de admin.tut. Et ita ſeruatur in iudiciis. ¶De hac materia,uide per Spec. in tit. de tuto.in §.nunc dicēdum.in uerſic. quid ſi nondum contraxerit matrimonium : ſed ſpōſalia &c. cum §.ſequēti. Et idem uetat,ne educantur liberi ſui penes eam, poſtquam ad ſecundas conuolauit nuptias. & ita uitricum b eis indixit.ut in l. prima. iuncta l.ij.C.ubi pupillus educ. debeat. Nec iudex hoc caſu habet ſequi uoluntatem teſtatoris, qui eam decernit tutricem quādiu uixerit. Pro eo quòd lex tali caſu de matre diffidit. l. in confirmādo. & in l.utilitatem.ff.de confir.tu. utilitatem enim liberorum pretor ſequitur, & non ſcripturarū teſtamenti, uel codicillorum. ſi enim teſtator cogitaſſet,ꝙ ipſa ad ſecūdas nuptias cōuolaſſet, ipſe ſic de ea quādiu uiueret,nō prouidiſſet.Quod igitur in eodem ſtatu non remanſit, ſibi tutela remanere non debet.argu. l.cum

l.cum quis.in princ.ff.de ſolu.Et quod not.per Dyn.& Bar.in l. ſi cum Cornelius.in fi.eod.titu. & per Cyn.in l.falſis. C. de furtis. De procuratore,qui mutauit ſtatum ſeu conditionem. & facit quod not.per Bartol.in l.nemo poteſt.ff.de lega.j. ¶De confectione inuentarii à teſtatore remiſsi,cuius uolūtatem ſequi nō debet iudex, ſi uideat damnum imminere pupillo. Et ita uidi in iudicando obſeruari.¶Quid ſi mater non petito tutore pupillo, quia pauper erat pupillus, utrū mater repellatur à ſucceſſione pupilli defuncti?uide doctor.in l. cum à matribus.C. qui pecu.tut.

3 ¶*Pupillus non debet educari penes tutorem,ſi ſit ſibi ſubſtitutus,propter ſpem ſubſtitutionis.probatur in l.fin.C. ubi pupillus educari.& ibi glo.Probatur etiam in l.j.uerſ. denique. ff.eo. tit. ubi ſubſtitutus repellitur ab educatione, ut ſuſpectus. Ad idem facit glo.in l.qui uentri.ff.de uen.inſpi. qui idem tenet:quia ſpes ſubſtitutionis futuræ inducit uotum captandæ mortis. Itē licet uitricus poſsit eſſe tutor,non tamen poteſt eſſe educator;ut tenet gloſſ. in d. l.j.C.ubi pupi.edu.de,ſuper uerbo,uitricum. Itē licet, qui prior eſt in ſucceſsiōe,debeat eſſe tutor.ut in auth.de hæredi. ab inteſta.& authē.ſicut.C.de legi.tu. nō tamen poteſt eſſe educator. Idem tenet d. Ray.in l.amantiſſimos.in princ.ff.de execut. tut. ubi inquit,quòd licet pupillariter ſubſtitutus poſſit eſſe tutor teſtamentarius:non tamē poteſt eſſe educator: ſed ſi mater ſuperſit, ali debebit penes matrē, ſecundum omnium ſententiam: ut probatur in l. pe. ff. de patria pote.in d. l. j. C. ubi pupi. edu. de.& tenet glo.in l.j. ſuper uerbo,tempore.ff.eo.titu. & in l. ſi. ſuper uerbo,conſtituatur.

a ¶Quòd non. *Adde, quòd mater ſecundò nubens, nō poteſt eſſe tutrix filij:imò cadit à tutela iam ſuſcepta, & debet reddere rationē tutelæ, & reliqua. item debet petere alium tutorem dari filio ſuo,aliàs priuari ſuc ceſsionis commodo:ut C.ad Tertulli, l.communem.& collat.iiij. in auth. de nupt.§.ſin autem tutelam.d.* Barto.*in l.nonnunquam.de adopti. gloſ. in l.ij.in fin.C.de ſecun.nupt. & do. Bald.in l.exemplo.iij.quæſtione.not. C.ſi aduer.ſolu.*

b ¶Vitricum.*Adde quòd uitricus po teſt eſſe tutor teſtamentarius:ſed nō datiuus. Non enim datur,poſtquàm eſt uitricus datus. tamen antequam eſſet uitricus, non remouetur à muliere.l.fina.C.de contra.iu. tutel. ita egregiè dicit do. Ang.colla.iiij.in authen.de nupt.in §.eiuſdem.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſi contradicant inſtrumento, utri potius credendum, notario, an teſtibus.*

2 *Teſtes quot præiudicent inſtrumēto.*

QVAEST. CCCCCXL.

1 TESTES examinati uel in teſtimonio *aut aliquo contractu adhibiti,dicunt aliter depo

depoſuiſſe, uel actum ſeu ordi-
natū fuiſſe, quàm ſcriptū ſit per
tabellionem ſeu notarium, qui
ipſos examinauit, uel teſtamen-
tum ſeu contractū recepit & no-
tauit. notarius uerò contrarium
dicit & aſſerit,& exhibet notam a
1 ſuā.* Quæritur quibus creden-
a dū eſt,[a] uel teſtibus,uel notario.
quæſtio eſt dubitabilis. & ſolui-
tur pro notario, ſi ſit bonæ fa-
mæ,propter officiū:ſi autem ta-
bellio ſeu notarius ſit perſona
ſuſpecta, & quæ conſueuit falſa
ſcribere:tunc potius credendum
eſt teſtibus. ut dicit Spec.in titu.
de inſtru.edi.in §. reſtat. uerſic.
quid ſi dum atteſtationes publi
cantur.Et ita uidi determinari in
hac curia parlamēti. Et pro tan-
to cōſilium eſt, quòd aduocatus
per articulos deducat in facto
bonam famā notarii:ut no.Bart.
in l.tabularum. ff.quemad.teſta.
aper. ¶De hac materia,uide ple
nè per Inno.& plenius per Pan.
in c.cum Ioann.hæremita.extrà,
de fide inſtrum.& Bart. in l.ij. ff.
quemad.teſt.ape.ubi uidetur di-
cere contrariū.Vide etiam Ioan.
Andr.in addit. ad Specu.in loco
præalleg.Et tetigi in tracta.meo.
de præſumptionibus,in uerſic.ſi
2 unū fuerit dictum,&c. ¶*Quot
teſtes præiudicent inſtrumento,
uide Spec.in titu.de inſtrum.edi.
in §.reſtat uidere.uer.ſed quæro
quot teſtes, &c. & Bal.in l.preſ-
byteri.C.de epiſco.& cle.Et ple-
nius per Abba.Panor.in d.c.cum
Ioan.hæremita.extrà,de fide in-
ſtrum.¶Si tamē allegetur error,
poteſt per teſtes probari, ut dixi
ſuprà quæſt.cccccciiij. ¶Item de
teſte,qui aliter depoſuit,in pri-
ma ſua depoſitione,quàm in ſe-
cunda:uide infrà q.cccccxlvj.

a ¶Credendū eſt. *Vide omnino do. Bald.hunc iuris arti.pleniſſimè tractantem. in l. in exercendis.* C. *de fide inſtrumen.*

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius omnium bonorum, an teneatur ſoluere debita.*

2 *Legata in teſtamento relicta, hæredes ſoluere tenentur.*

3 *Vſufructuaria omnium bonorum,ſe alimentare tenetur: & ueſtes lugubres ſibi comparare.*

4 *Prothocollorum emolumenta,an ueniant in legato omnium bonorum.*

QVAEST. CCCCCXLI.

1 QVIDAM teſtator* uſumfructū omniū bonorum ſuorum uxori ſuæ reliquit,nunquid ipſa petere poterit ab hæredibus uiri dotē ſuam, eius uiro ſolutā?Dic,quòd non,tandiu, quamdiu ipſa uti uoluerit ſuo legato uſusfructus. Et eſt ratio, quia cum talis dos debeat computari inter ipſa, à ſeipſa exigere propterea haberet, ex eo, q ad ipſam ſpectat & pertinet ſoluere debita. l. uxori meæ. ff. de uſufru.leg.iuncta l. Lucius. la ij. in prin.ff.de leg.ij.ex quibus iuribus apparet, quòd illa,quæ eſt uſufructuaria omniū bonorum,
a tenetur ſoluere debita.[a] Nam poſtquā in tali legato uenit,com præhenditur calendariū: ut d.l.

 uxori.

uxori.& appellatione calendarii continentur debita & credita.ut a d.l.Lucius. Eſt uerũ dicere onus ſoluendi debita ad talẽ uxorem pertinere. Pro hoc etiã bene facit l.nam quód.§.ſi.cũ l.ſequenti.in prin.ff.ad Trebel.Ita etiam tenet Batto.in l.ſi.in pen.q.ff.de b uſufru.lega.

2 *Legata nerò in teſtamento relicta, hæredes inſtituti ſoluere tenẽtur,[b] & nõ uſufructuaria. & eſt ratio, quia ipſa in uſufruct.legato cõcurrit cum aliis legatariis particularibus.l. 1 Sempronio.in princi.iunctis ibi not.per Bar.ff.de uſufr.legat. Et hoc tenet Bart.expreſsè in d.l.ſi. in fin,quæſtionis. Et facit, quod per eum not.in l.ſi quis ſeruũ.§. ſi.ff.de lega.ſecũdo.

3 *Veſtes uerò lugubres, ipſa ſibi debet facere & ſe alimentare, poſtquàm uſumfructum habet omniũ bonorum;cum talia ſint onera hæreditaria, iuxta not.per glo.in l. j.§.exactio. C. de rei uxor.actio,

4 ¶*Vtrum in legato uſusfructus omnium bonorũ,ueniant emolumenta prothocollorum? Dic, quód non.ita ponit Bar.in l.diuor.§.ſi uir.ff.ſoluto matrim.fructus dicuntur deducta impenſa, a lege,fructus.ff.ſoluto matrim.Et etiam deductis tributis & penſionibus.ff.de impenſis in rebus dota.factis.l.neque tribu. & ibi bonus text.& in l.hactenus.ff.de uſufructu. ¶Sed quid de reditu, an intelligatur deducta impenſa?uide glo. & Cy.in l.ſi quis argentũ.§.primo.gloſſ.ſuper uerbo,tradere.C.de donatio.

a ¶Soluere debita. *Contrariũ not. domi.Ioan.de Imol.in lege,uſuſfruct. ff. ad legem Falcid. & ibi expreſsè domi.Alex.de Imo.& Pau.de Caſt. qui no.caſum,& format in proprijs terminis præſentis quæſtionis.*

b ¶Tenentur. *Vide Bal.in l.non ſolum. §.ſin autem legata.C.de bonis quæ liberis. ubi uidetur tenere contrarium: licet Bart.teneat contrarium,ut ſequitur.*

SVMMARIVM.

1 *Die aßignata parti uiſuræ iurare teſtes,ſi reperiatur feriata,an intelligatur de die ſequenti, uel opus ſit noua aßignatione.*

QVAEST. CCCCCXLII.

SI pars citetur certa die uiſura teſtes iurare: * & illa dies 1 aſsignata reperiatur dies feriata,non ſufficiet, ꝙ teſtes in craſtinum non feriata iurent,ſi pars contra quam teſtes producũtur, nõ compareat:quia hoc caſu requiritur noua citatio, ſine qua non ualet receptio:ut in c.extra, de teſti.& ita fuit concluſio Rotæ,clxix. facit bene quód ponit Bar.in l.aut qui aliter.in princ.& l. ſi uitem.ff. quod ui aut clam. Sed de ſtylo[a] huius curiæ parlamẽti,toleratur, quód ſi die aſsignata reperiatur feriatum,teſtes poſsint in craſtinũ iurare etiã in abſentia partis,maximè,quando in aſsignatione facta parti uiſuræ teſtes iurare, ſubiungitur, ꝙ illa die certa compareat, & aliis diebus ſequẽtibus non feriatis, durante commiſsione. ¶De materia

teria teſtium examinatorum die
feriata, etiam tetigi q. cxxv.
2 ¶De ſtylo. *Facit pro ſtylo, quòd ſic*
citatus ad diem, puta x. qui cadit in
diem feſtum, uel ſolennem, uel feria-
tum, & ſic illa die comparere nõ te-
neatur, & ſequenti, cum die in qua
nulla occurrit excuſatio, comparere
debet: ſecundum do. Ioan. Andr. poſt
do. Inno. in c. fi. extrà de ferijs. in glo.
ſua, in uerbo, conquieſcere.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatum ultimarum, octo ſunt*
ſpecies: quas perſequitur per nume-
ros 2.3.4.5.6.7. & 8.
9 *Teſtamentum militare non requirit*
niſi duos teſtes, etiam non rogatos:
modò in conflictu. num. 10. & 12.
11 *Cap. cùm eſſet, ut locum habeat, duo*
neceſſario requiruntur. Et habet lo-
cum in relictis ad pias cauſas. nu. 13.
14 *Partẽ ſi quis reliquit ad pias cauſas,*
& partẽ nõ, an ualeat teſtamẽtum.

QVAEST. CCCCCXLIII.

VLTIMARVM uolunta-
1 tũ octo ſunt ſpecies.* Nam
una eſt, quæ teſtamentũ in ſcri-
ptis appellatur. Alia, quæ teſta-
2 mẽtum* nuncupatiuum dicitur,
de quibus in l. hac cõſultiſsima,
in prin. & in §. per nuncupatio-
nem. C. de teſt. & l. hæredes pa-
3 lam. §. j. ff. eod.* Alia eſt, quæ di-
citur codicillus. de qua ff. & C.
de iure codicil. & in l. fin. C. eod.
4 Alia eſt, quæ* fit à patre inter li-
beros. de qua in d. l. hac conſul-
tiſsima. in §. ex imperfecto. iun-
cta authen. ibidẽ poſita. Alia eſt,
5 *quæ fit à milite. de qua in l. mi-
lites. C. de teſt. mil. & in l. diuus.
ff. eo. tit. & iſtas quinque ſpecies
ponit glo. ord. in auth. de hær. &
6 fal. §. fi. colum. j. Alia* eſt, quæ fit à
ruſtico in rure, uel loco campe-
ſtri commorãte. de qua in l. fi. C.
7 de teſta.* Alia, quæ dicitur dona
8 tio cauſa mortis. Alia* eſt, quæ fit
per epiſtolam. de qua in l. miles.
§. ſororem. & l. cum pater. §. do-
nationis. ff. de leg. Et licet in te-
9 ſtamento in* ſcriptis cõdito aut
nuncupato ſeptẽ teſtes rogati li-
beri & puperes requirãtur: ut d.
l. hac conſultiſsima. & l. hæredes
palam. alleg. & in l. fi. §. in omni.
C. de condit. hoc tamen fallit in
teſtamento mili. in conflictu ſeu
expeditione cõdito, ubi ſufficiũt
duo teſtes, etiam nõ rogati. ut d.
10 l. milites. Si autem* non eſſet in
conflictu, ipſi deberent rogari. ut
d. l. diuus. ubi cõuocatis duobus
teſtibus, &c. Fallit etiam in teſta-
mento à patre inter liberos con
dito, in quo ſufficiunt duo uel
tres etiam non rogati. ut d. §. ex
imperfecto: ſed an mulier poſsit
eſſe teſtis in teſtamento inter li-
beros facto? uide ſ. q. cccccxxxvij.
Fallit etiã in teſtamẽto ruſtici, in
quo ſufficiunt quinque, etiã non
rogati: ut d. l. fi. ibi, legũ ſubtilita-
te remiſſa, &c. C. de teſt. licet ali-
qui dicant, uerba intelligi de ſo-
lennitate ſeptẽ teſtiũ. Sed tamen
quia ſimpliciter & indefinitè fue
rũt prolata, ipſa generaliter in-
telligi debẽt de omni legũ ſub-
tilitate, tam reſpectu numeri te-
ſtiũ, quàm etiã rogationis ſiẽdæ:
cum indefinita æquipolleat uni-

uerſali,iuxta not.per Bart.in l.ita
a ſcriptũ.ff.de leg.ij. Fallit[a] etiã in teſtamẽto ab aliquo ægrotãte in preſentia ſui curati,& duorũ uel triũ teſtiũ cõdito, in quo nõ requirũtur teſtes rogati: ut in c.cũ eſſes. extrà,de teſt.ibi dum dicitur,& teſtamẽta quæ parochiani corã presbytero ſuo,& tribus uel aliis duabus perſonis idoneis in extrema uolũtate fecerint,firma
11 decernimus permanere &c.*Ex quibus apparet, ꝙ ad hoc,ut d. c.cũ eſſes. locũ habeat, duo neceſſariò requirũtur.Primò,quòd diſponẽs ſit ægrotãs, hoc eſt, in extrema uolũtate cõſtitutus.Secũdò, ꝙ in præſentia proprii curati fiat tale teſtamẽtũ: hoc idem probatur in teſta. militari, iam d. ubi etiã neceſſariò requirũtur
12 duo.Primò*militia,ſecũdò ꝙ miles ſit in conflictu belli.l.milites. alle.Et licet gl.in d.c.cũ eſſes.dicat ipſum habere locũ in terris
b eccl.[b] tamẽ credo ipſum habere locũ in aliis terris in infirmitate graui, ex qua immediate ſequitur mors in præſentia curati cõcurrat.Aliter ipſo teſtãte reconualeſcẽte crederẽ ſuũ teſtamẽtũ nõ ualere,ſaltẽ ultra annũ, Sicut dicimus in l.ex teſtamẽto. C. de teſt.mil.& in l.teſtamenta.& in l. quod dicitur.ff.eo.& inſt.e.in §. ſed hactenus.ibi poſt miſsionem intra annũ tantũ ualebit &c.imò fortaſsis cõualeſcẽtia ſubſecuta ſtatim irritũ eſſe cẽſetur tale teſtamẽtũ, prout diximus in l.j.C. de ſac.ſan.ecc.quæ locũ habet in illo, q in mortis articulo eſt conſtitutus.& inde immediatè deceditideo ibi dicitur decedẽs, &c. qui ſi recõualeſcat,& ita euadat teſtamẽtũ ſuũ tũc factũ,ſtatim irritatur l.fi.ff.de teſt.mil.pro hoc bene facit l.nõ omnis.in prin.ff. ſi cer.pe.ubi donatio cauſa mortis facta reuocatur, ſecuta reconualeſcẽtia.Ita dicit & tenet Saly. in repetitione ſua.l.j.in quæſtio. quæ incipit,tertiò quæro,quid ſi ab illo periculo euaſit &c.C. de ſacroſ.eccle.Et iſta eſt una nota-
13 bilis limitatio.*Aduertendũ eſt. etiã quòd d.c.cũ eſſes, habet locũ in relictis ad pias cauſas:ut c. relatũ.lo.j.extrà,de teſt.quòd ſic intelligit Spe.in ti.de inſtru.edi. in §.cõpendiosè.uer.itẽ per ius
14 canonicũ.*Sed pone,ꝙ partem relinquit ad pias cauſas,& partẽ nõ: nũquid ualebit teſtamẽtum? Dic, ꝙ ſic, prout reſpicit cauſas pias.ar.in d.l.hac cõſultiſsima.§. ex imperfecto. ſed ſecũdũ dominũ Mar.de laude in ſuo tract. de cõſciẽtia.dictũ c.cũ eſſes.in foro cõſciẽtiæ in quacũq; diſpoſitiõe ad pias cauſas, ſiue alias, debet ſaluari,nõ ſolũ in terris eccleſiæ: imò etiã in terris imperii. ita dicit ipſe in ſuo tract.ibi,quæro,an in foro cõſciẽtiæ, in terris &c.& per ea,quæ ipſe ibi dicit,ipſe uidetur innuere,quòd in foro contẽtioſo d.c. nõ ſit ſeruãdũ in terris imperii.ſed ego Gui.uidi cõtrariũ ſeruari in teſtamẽto facto in rure,uel alibi,tempore peſtis, ubi nõ reperitur copia teſtium: quib

quibus caſibus talia teſtamenta corã curato,& ij.teſtib.uidi in iudiciis tolerari,& iudicari ſecũdũ diſpo.d.c.cũ eſſes.tam in aliis diſpoſitionibus,q̃ in piis relictis.

a ¶ Fallit. *Vide d.Odofr.in ſumm.de teſt.in §.teſtamentorũ duæ ſunt ſpecies.in uer.ſed ſi teſtator.*

b ¶ In terris eccl. *Vide dom.Alex.j.uol.cõſ.xlj.in ij.co.in §.quinta,quia in d.teſt.& ij.uol.cõſ.xlvij.in j.col.in §.in primis.in uer.& caſu quo.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes uariè deponentes de loco & tempore,an ſepulturæ electionẽ probent. Et quid de iuriſdictione.nu.1.*

QVAEST. CCCCCXLIIII.

1 QVIDAM * elegit eius ſepulturam in eccleſia fratrũ prædicatorũ Grationop. Et fuerũt ſuper hoc producti quatuor teſtes deponẽtes ita:dicit audiuiſſe ab eodẽ unus in domo Pet. Botini,una uice,& alia uice ante domũ mei Guidonis Papæ:alius teſtis dicit audiuiſſe ab eo dici, in domo domini ſui. alius dicit audiuiſſe dici in domo Io.Bauil. præſid.Delph.alius teſtis dicit ſe ab eodẽ dici audiuiſſe per ſpaciũ duorũ menſiũ ante eius deceſſum in hac ciuitate Gration. c utrũ ex depoſitionibus taliũ teſtiũ probata ſit electio ſuæ ſepulturæ?circa hoc dicit Spe.ꝙ quãdo reſpectu actus,de quo agitur, locus & tẽpus non ſunt de ſubſtantia diuerſitatis loci & tẽporis,nõ nocet[a] nec uitiatur:[b] inde dicit, quòd in iuriſdictione probãda,ſi unus teſtis dicat ad probandũ iuriſdictionẽ,ꝙ uidit ſuſpẽdi Pet.Rodi die Lunæ: alius teſtis dicit,ꝙ uidit eruere oculũ Martino die martis: alius teſtis dicit, ꝙ uidit pugnum amputari ſerò,die mercurii.& ſic de ſimilibus.* ꝙ licet ipſi diſcordes exiſtãt in loco & tempore,ꝙ nihilominus probata eſt iuriſdictio. & eſt ratio : quia tempus & locus non ſunt de ſubſtantia iuriſdictionis: Pariter dicendũ in probatione electionis ſepulturæ, cũ de ſubſtantia electiõis ſepulturæ tẽpus & locus non exiſtant. Nec præmiſſis obſtant c.nihilominus.iij. q.ix.& c.de parentela. xxxv.q.vj. quia loquuntur in actu,in quo tẽpus & locus ſunt de ſubſtantia actus.ita dicit Spe.in tit.de teſte. §.iam de interrogatoriis.uerſic. item de tẽpore. ibi, in aliis autẽ in quibus tẽpus uel locus nõ eſt de ſubſtantia &c. & in tit.de inquiſitione.§.j.uerſicu.ſed quid ſi unus teſtis,&c. Si igitur in probãda iuriſdictiõe diuerſitas loci & tẽporis nõ noceat:multò minus debet nocere in probatione ſepulturæ : quia fauorabilis exiſtit.c.l.ij.C.de ſacr.ſan.eccl.Spec. etiam ubi ſ.ponit exemplum in probatione decimæ : & ita non obſtante tali ſingularitate, uidi pluries in hac curia parlamenti determinari in camera conſilii in caſibus prædictis,& ſimilibus.

a ¶ Diuerſitatis loci & tẽporis, nõ nocet. *Vide do. Bal.in addi.Spe.in tit.de teſte.in uer.ſuffic.teſtes.& in uer.teſtes uariãtes.& in uer.ſi autẽ*

non eſt.& eundē d.Bal.in l.teſtiū.in iij.col.in §.uenio ad tertiū.in uer.circa primas.& in uer.circa ſecūdas.et in uer.ſed ego.et in vj.col.in §.ſequitur ſecunda pars.in uerſi.quærit hîc Cyn.& do.Alex.in ij.uol.conſi.iij.in iij.coliū.in §.quin.teſtiū.& do.Cyn.in princ.l.teſtium.in iij.col.in uerſic.ſemper pone.& do.Ioan.Fab.inſt.de interd.in §.retinēdæ.in ix.colum.in uer.de illo quæri non oportet.

b ¶Nec uitiatur. *Hoc uidetur procedere,quādo agitur de probādo facto in genere.ut inquit d.Bald.ubi s̃. in addi.Spe.in pra.uer.ſi autē.in fi.ſanè ad huius notitiā pleniorē capeſſendam,recurre ad theoricā do.Saly.in alleg.l.teſtiū.in vj.col.in uer.viij.q.*

c ¶ Quia fauorabilis exiſtit. *Ratio huius deciſionis eſſe poteſt,quia licet unus dicat ſe audiuiſſe in uno loco, alter in alio,tamē ſepultura fuit plenè probata.Nam iſto caſu locus non plurificat ſepulturā,ſæpius formatā,& recenſitā, ac continuatā.ar.eius, quod dicitur de hæreſi,per d.Sal.ubi ſuprà in vij.col.ibi,ſecus ſi ambo deponunt de eadem ſpecie hæreſis,&c.*

SVMMARIVM.

1 *Quartæ Trebellianicæ prohibitio facta per teſtatorem in primo gradu ſubſtitutionis, an porrigatur ad omnes ſubſtitutiones in cæteris gradibus ſubſtitutionum ſubiunctas.*

QVAEST. CCCCCXLV.

SVPRA' quæſt.cccccxxxvij. tetigi de prohibitione quar-
1 tæ* Trebel.an ſaltem in hærede extraneo fieri poſſit: & ibi dixi, quòd ſic,& latius dixi ſuprà q.lj. Sed iuxta hoc quæro, an talis prohibitio Trebell.facta per teſtatorē in primo gradu ſubſtitutiōis, porrigatur ad omnes ſubſtitutiones in cæteris gradibus ſubſtitutionum ſubiunctas. Credo quòd ſic:ratio, quia prohibitio indefinitè [a] reſpectu primi gradus inſtitutorum facta, porrigitur ad omnes ſucceſſores.l. Lucius.in princ.à contrario ſenſu.& l.ſi plures.ff.de legat.iij.Ita dicit Bart.in d.l.Lucius.in §.j. Et cum in caſu iſto detractio Trebellianicæ fuerit in primo gradu indefinitè facta,cēſetur facta reſpectu omnium ſubſtitutorū: quia clauſula in princi.uel circa princ.inſtitutionis adiecta,porrigitur ad omnia capitula ſubſequentia.l. iij. §.filius. & ibi hoc etiam ponit Barto.ff.de liber. & poſthu.& l.j.C.eo.tit.& maximè, quando nulla ſubeſt ratio,quare ita ad ſequentia non debeat referri.ut in d.l.j.habetur.Nec aliqua ſubeſt diuerſitas uel repugnantia, ſi ad ſubſequentia capitula referatur.l.cohæredi. §. qui patrem.ff.de uulg.Ita dicit Bart. in l.talis ſcriptura.§.fin.ff. de legat.primo.& cum nulla in caſu iſto ſubeſt contrarietas uel repugnantia,ſi prohibitio facta ad gradus ſubſtitutionum ſubiunctos porrigatur, imò reſultat uniformitas uoluntatis teſtatoris, quæ hæreditatem ſuam integram uoluit remanere,& ipſam abſque diminutione ad ſubſtitutos deuēnire uoluit: ideo ſequitur dictam prohibitionem ad

eoſdem

eoſdem porrigi. Et tetigi de hac materia, ſi adiecta. j. q. cccccxcij. Et de hac materia, ſi adiecta in primo gradu cenſeatur repetita, in ſequentibus plenè dixi ſuprà queſt. ccccclxxxv.

a ¶ Indefinitè. *Adde quòd ſi teſtator prohibuit, non quidem liberis, ſed filiis ne alienarent, extẽditur ipſa prohibitio ad filios tantum: non autem ad nepotes, mortuis filijs, ut dicit d. Cy. in l. uoluntas. in ulti. quaſt. C. de fideicommiſ.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſi in prima & ſecunda depoſitione ſibi non conſtet, utri depoſitioni ſit ſtandum.*

QVAEST. CCCCCXLVI.

TESTIS in uno iudicio, inter aliquos habito, depo-

1 ſuit* medio iuramento, unum, & poſteà in alio iudicio depoſuit aliud, etiam medio ſuo iuramento, cui dicto eſt ſtandum? Di-

a cendum eſt, ꝙ primò, [a] iuxta ea, quæ ponit Bart. in l. ſi poſtulauerit. §. pe. ff. de adulterijs. & quod ponit gl. in authen. de teſti. §. illud tamen. colla. vij. Nã quoniam publicatis teſtibus eſt uerìſimile, ꝙ teſtis loqui potuerit, cũ parte producẽte, uel alio parti producẽti amico, uel affectionato, ipſe præſumitur ſubornatus aliter deponendo in ſecunda depoſitione, quàm depoſuerit in prima. a Ideò tãquàm uarianti nõ eſt credendum. Ita dicit glo. ordina. in capi. ſuper his. glo. j. extrà de pœnis. Nec eſt ſecundæ depoſitioni credendum: quia ipſe in ea eſt

b periurus deponendus. contra illud, quod primo ſuo medio iuramẽto dixerat, & ita infamis. l. Lucius. ff. de his qui no. infa. & l. ſi quis maior. C. de tranſac. & in c. ſicut nobis. & c. teſtimoniũ. extrà de teſti. & in c. literas. uer. præter iuratoriã. extrà de præſump. & c. præterea. extrà de teſti. cog. Pro hoc, ꝙ periurus à teſtimonio repellatur, tenet Spe. in titu. de teſt. §. j. uer. item excipitur, ꝙ eſt infamis. ibi, unde periuri nõ admittuntur. & uer. itẽ, ꝙ eſt periurus. Et ꝙ depoſitiõi ſecũdę nõ ſit ſtandũ, nec etiã primæ [b] hoc tenere uidetur Spe. in tit. de teſte. in §. j. uer. quid ſi teſtis ſecundò inductus, &c. Attamen credo opinionem Bar. & glo. fore ueram: uidelicet, ꝙ primæ ſtetur, [c] quando ſecunda eſt facta poſt publicationem & didiſcita teſtificata: quia tunc ſecũda præſumi tur fuiſſe facta à ſubornato. [d] Et ita ſeruatur in hac curia parla. Et alibi etiã ſeruatur, ut refert Bar. in d. l. ſi poſtulauerit, in §. pen. ¶ Circa hoc uide quæ ponit Inn. in c. præterea. extrà de teſt. co. Et de teſte, qui contradicit inſtrumento, uide ſ. q. cccccxl. Et ſi teſtis dicat aliter ſe depoſuiſſe, quàm commiſſarius ſcripſerit, uide in ſingularibus meis. cclxxxix.

¶ Quòd primò. *Iſtud uidetur ſentire do. Bald. expreſsè in l. uerba. in j. col. uerſic. & no. quòd ſi teſtis. C. de adul. & facit authen. atque. & id quod no. glo. ſi. in ſi. C. de teſti. & d. Bald. in l. qui falſa. in gloſs. non ſolum*

lum.ff.de teſt.

b ¶ Nec etiam primæ. *Vide d. Bald. in l.geſt.in ij. col. in uerſi.ſed quid ſi uariant. C. de re iudi. & adde do. Bart.in l.eos qui.in ij.col. in uer. & ideò pro declaratióne.ff.de falſis.*

c ¶ Primæ ſtetur. *Aduerte tamē,quia per iſtud ſecundum dictum debilitatur primum,adeò quòd ad dictum talis non poteſt deferri iuramentum parti, quia non eſt omni exceptione maior.ut per.do.Fe.in c.prætereà. in iij.colum. in glo.fin. in fine. extrà de teſtib.congen.*

d ¶ A ſubornato. *Hoc uidetur uelle gloſa fin.in præallega.c.prætereà.*

SVMMARIVM.

1 *Clementina fin.de procur.an habeat locum in mortuo ciuiliter.*

2 *Mors ciuilis eſt triplex.& nu.3. et 4.*

5 *Clementi.fin.de procur.an habeat locum in renunciante, ſeu in depoſito, & translato.*

QVAEST. CCCCCXLVII.

1 AN cle.fi.de procu. * locum habeat etiam in mortuo ciuiliter,puta in renunciante, ſeu depoſito,aut tranſlato? Zenzel. ibi tenet ꝙ ſic, propter idētitatem rationis, quē ſequitur Fran. de zaba. & ita fuit determinatū a per dominos de rota [a] Anenione, ut ibi refert ipſe de Zabarellis,nil ultra allegantes,niſi Zezelinum.Sed contrariū uidetur, rationibus ſubſcriptis.primò, quia d. cle. loquitur in beneficiato mortuo,& nō in beneficiato trāſlato uel promoto aut renūciante.inter quos eſt magna differētia:quia mors omnia ſoluit:ut in authen.de nupti.§.deinceps.col. iiij.Nec ab ea poteſt ſe quis præſeruare.l. iij. cum tribus legibus ſeq.ff.de do.cauſa mor. quod tamen ſecus eſt in trāſlatione, uel promotione,aut renūciatione,à qua quis bene poteſt ſe præſeruare & ius aliquod ſi fiat ſibi reſeruare,cū uideatur potius uolūtaria,quàm neceſſaria,ſicut dicit gl.poſita ſuper uerbo, humanis. in c.ſuſceptū.extrà de reſcri.li.vj. & ideò notantur ibi in d.cle.dicitur per mortē conſtituentis,&c. quæ uerba in dubio debent intelligi de morte naturali.tex. eſt expreſſus in l.ex ea parte.§.inſulam.ff.de uer.ob.& in l.cū pater. §.hæreditatē.ff.de le.ij. Ita tenet Io.And.& Arch.in c. ſi præſente. extrà de ſupplen.neg.præla.li.vj. Nec à uerbis dictæ clementinæ eſt recedēdū.l.nō aliter. in prin. ff.de lega.iij.in l.quiſquis.§. hæc uerba.ff.de uulg. & pup.attento maximè,quòd d. cle. exorbitare uidetur à iuris cōmunis diſpoſitione.de qua in l.ſi defunctis.ff. de procu.& in l.nulla.C. eo. Tū etiā, quia diſpoſitio facta reſpectu mortis naturalis,locum non habet, ſi mors ciuilis ſubſequatur.l.ex parte.§.inſulā.ſuprà alle. & in l.res.in fi. C. de dona. inter ui.& uxo.& l.ſed.& ſi mors.circa prin.ff.eo.tit. Nō obſtāt dicta domini Zenzeli. & aliorū doctorū in cōtrariū opinantiū,quòd nulla lege fulciūtur, & erubeſcimus ſine lege loqui.in authē.de trien. & ſemi.§. conſideramus. col.iij.

Nec

Nec creditur uerum eſſe, ꝙ renuncias uel depoſitus aut tranſlatus ſit mortuus ciuiliter. Quod
2 patet: quia * triplex eſt mors: ciuilis una eſt, quādo alicui tollitur libertas, uel ciuitas, ut eſt minutus maiori capitis diminutione. inſti. de ca. di. §. j. & iſta habet effectū mortis naturalis. ut l. res. in fi. C. de do. inter ui. & uxo. Alia
3 * eſt, quando tollitur ciuitas, & remanet libertas. ut eſt minutus media capitis dimi. inſti. eodē ti. §. minor. & iſta in actibus merè ciuilibus & prætoriis habet effectū naturalis. l. j. §. & ſi filiū. ff. de bo. poſ. contra tab. & l. ſi deporta
4 ti. in prin. ff. de lega. iij. Alia * eſt mors ciuilis, quādo retinetur ciuitas, & libertas. Sed tamen uelle & nolle tollitur, & actus ciuiles interdicuntur. ut eſt uidere in ex cōmunicato, qui deportato æquiparatur, ut no. in d. §. minor. & l. eius. §. j. ff. de teſt. & ingreſſo monaſterium. xij. q. j. c. non dicatis. & l. Deo nobis. C. de epi. & cle. & iſta eundē effectum habere uidetur, ſicut ſecūda ſpecies. ita dicit Bart. in l. cū filio. ff. de le. j. Et quia iſtæ tres ſpecies uel altera ipſarū non cōcurrunt renuncianite, uel depoſito, aut trāſlato, ſeu promoto, ut eſt clarum uidere: ideò ſequitur, quòd talis nō eſt, nec dici poteſt mortuus ciuiliter. Et ſi dicatur, prout ipſe Zenzelinus de zabarellis, & ſequaces dicere uidentur, ꝙ eſt identitas rationis, contrarium apparet per iam dicta. Prætereà, ſucceſſor in beneficio, tenetur ſoluere debita ſui prædeceſſoris pro neceſsitate eccleſiæ contracta: ut in c. j. extra de ſol. quod tamen facere nō teneretur, niſi eſſet hæres. l. j. & ij. C. de hære. ac. & l. ij. C. ad l. Iul. de ui pu. facit bene
a c. quia lo. xij. q. ij. [a] Et pro tāto inſtātia cēſetur fuiſſe in ſucceſſorē in beneficio tranſlato. Nam cum pater hæres filii interpretatiuè dicatur, filio mortuo poſt litem conteſtatam tranſit inſtantia cauſæ in ipſum patrē. l. tam ex contractibus. in prin. ibi, ſed mortuo filio. ff. de iud. hoc idē uidemus in fiſco ſuccedēte mulieri in dote confiſcata, ꝙ in eū fit tranſlatio inſtantiæ, licet hæres uerè nō exiſtat, ſed interpretatiuè. l. ſi cōſtante. §. fi. ff. ſo. ma. ſecundū Iac. de rauen. ubi ipſe hæc uerba, expirabit iudicium, &c. exponit uidelicet quantum ad mulierē, ſed non quantum ad fiſcum, in quē tranſit inſtantia cauſæ. ita recitat Cy. in l. j. C. ſi pendēte app. mors interuenit. licet dicat Pe. de Belpertica aliter intelligere d. §. fin. cui tamen §. Bart. dat alium intellectum, uidelicet, ꝙ ſpeciale eſt in fiſco, qui habet ſuos iudices ſpeciales, coram quibus cauſæ ipſum tangentes debeant tractari. Ita dicit in l. ſi cum hominem. ff. de fideiu. Ex quo intellectu Bar. apparet inſtantiam cauſæ in ſucceſſorem in beneficio tranſiuiſſe ſic inducendo: quia ſi ſit ſpeciale in fiſco, ꝙ in eum non fiat tranſlatio: ergo in aliis rema

X 5 net

net ius cõmune, quod uult trãſlationem inſtantiæ fieri in ſucceſſorem.ar.l.j.C. de theſau.lib. x. ¶Et de hac materia qualiter & quando tranſeat inſtantia in alium:uide plenè Barto.in l.j.ff. ad Treb.¶Concluſiuè ergo per has rationes crederem dictam cle.ſi.de procu.locum non habere in renunciante ſeu depoſito, aut tranſlato, cum ibi in textu non aperiatur:quia ſi Papa idem uoluiſſet diſponere de inciuiliter mortuo,ſicut diſpoſuit de naturaliter mortuo, bene expreſſiſſet, ſicut in ſimili uidemus in cap.ad audientiam. extrà de decimis.ideò non debemus diſpoſitionem ipſius cap.fin. ultra caſum ſuum extendere, iuxta l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolu.matr.Nec poteſt extendi ille text.ad renunciantem depoſitum uel tranſlatum per identitatem rationis: quia non eſt eadem ratio in iſtis caſibus, quæ eſt in diſpoſitione d.cle.imò diuerſa ratio,per rationes ſuprà declaratas:etſi non eſt uera opinio Zenzeliui & ſequaciũ.Et pro hac deciſione faciunt ea,quæ dixi ſ.q.cxxxviij. ubi dixi etiã fuiſſe iudicatũ in hac curia parla.ꝙ iudex eccleſiaſticus non debeat cognoſcere de habitu clericali:quia text.in c. ſi iudex laicus.non loquitur de habitu:ſed ſolũ de titulo: quia ſi uoluiſſet idẽ de cognitione habitus,bene expreſsiſſet Papa. ¶Sed quæro, poſito ꝙ dicta opinio Zezelini de zabarellis eſſet uera:an diſpoſitio dictę cle.locum habere deberet in reo,ſicut in actore.Credo,ꝙ nõ,niſi in actore,quia tex. ibi loquitur in procuratore conſtituto ab agẽte,prout ex tex.ibi, poteſt apparere,& colligi. Et ratio diuerſitatis poteſt aſsignari: quia ſi loqueretur in reo ad iudicium uocato,cuius eſt fugere. l.inter ſtipulantem.§.j.ff. de uer. obli.iani uia malignandi & dolum committẽdi daretur, & reis eſſet aperta pro cauſis beneficia ſua concernentibus, qui ad iudicium uocarẽtur. quoniam ipſi ad iudiciũ uocati ſcientes ſe malam cauſam habere, poſt lõgam ipſius agitationem, procurarent ſe ad aliud beneficium transferri, ut ſic iudicium deluderent, agentes ſua intentione per tale medium,quo ad ſe fruſtrarẽt: quod tamen lex fieri prohibet. ar.l.in fundo.ff.de rei uen. & l.ſi. C.de acqui. poſ. Et ideò lex noluit per expreſſum unumquenq; in rem pro qua conuenitur, definit lite cõteſt.poſsidere, poſſe ad hoc conueniri,& condemnari,ac ſi poſsideret. l. qui dolo. ff. de re iu.& in ca.pro poſſeſſore. extrà,eo.tit. Quæ tamẽ ratio ceſſat in ipſo agẽte,pro quo in dubio eſt præſumẽdum, ꝙ ex iuſta cauſa reum ad iudiciũ uocauit. l.inter ſtipulãtẽ.§.j.ff.de uer.obl. & l.ſi quis intentione ambigua. ff.de iud.quem propterea nõ eſt uerſimile ſe procurare uelle transferre ad aliud beneficium, cauſa deludendi iudicium,quod

inch

inchoauit, & ad quod reum uocari fecit. Ideó nimirũ ſi per mortem actoris mandatum cenſeatur reuocatum ſeu expiratum, ut d.cle.ſi cum in eo.ceſſet fraus & malitia, per iã dicta. ¶ De materia d.cle. ſic etiam tetigi ſ. q. cxix. Et ibi uide ſi d.cle.locum habeat in rebus prophanis. De mate.d.cle.uide Spec. in tit.de procuratore.in §. ratione quoque. in uer. ſed nunquid procurator. De re integra uel nõ integra, tetigi etiam ſuprà, quæſt.cccexcj. c

a ¶ De rota. *Dicit Rota, quòd cle. ſi. de proc.ubba. translati, ad aliud mo miſterium, & ſic locum habet non ſolum in morte naturali, ſed etiam in ciuili, cum identitate rationis Tamen etiam quia ſatis eſt ibidem expreſſum in tex.ut deci. ccclxxvj. fuit dubitatum utrum cle. in nouis. erubeſcimus ſine lege loqui.* 1

b ¶ Quæſt. ſecunda. *Voluit allegare queſt. quintam.*

SVMMARIVM.

1 *Recedere quãdo liceat à proprio uerborum ſignificato.*

2 *Suitas, an conueniat mulieribus. & quomodo capiatur. num.3.*

QVAEST. CCCCCXLVIII.

a MVLIER quædam [a] filiũ ſuum maſculum ſibi hæredem uniuerſalem inſtituit, & eidem filio ſuo maſculo hæredi ſubſtituit Claudiam eius filiam 2

b & ſuos[b]. Contingit quòd dictus filius hæres deceſsit ſine liberis: uenit Franceſia filia dictæ Claudiæ, & dicit ſe ſubſtitutam, hæres uerò dicti hæredis inſtituti dicit contrarium, ex eo quòd dicta Franceſia non eſt ſua, [c] quia mulieres liberos non habent in poteſtate. Fuit quæſitum in camera conſilii, quis ipſorum bene dicat. Pro cuius quæſiti declaratione eſt præmittenda deciſio iuriſconſulti Pauli poſita in lege, quoties idem ſermo.digeſtis, de regulis iuris. & facit bene lex, ambigua. digeſtis, de legibus. Et ad iſtud propoſitum dicit Iacobus de Butrigariis in lege, cùm antiquitas. codice, de uſufructu, quod licet à ſignificato uocabuli non ſit recedendum regulariter: * Hoc tamen fallit, quando uerbum ſumi non poteſt propriè. l. Scæuola. in prin. ff. ad Treb. uel quando apparet de uoluntate teſtatoris cõiecturata aliud, quàm ſonet ſignificatum uerbi. l. non aliter. in princ. ff. de lega. iij. Aut etiam quando uſus communis loquendi regionis aliud habet. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo & inſtru. leg. Nam iſtis caſibus uel altero ipſorum recedi debet à proprio ſignificato uerbi, & ſignificatum improprium recepi. Tum * ſecundum materiam ſubiectam l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. & l. ſi uno anno. circa prin. ff. loca. Hoc igitur ſic præſuppoſito, uerbũ ſui, duo habet ſignificata, quo ad propoſitum unum proprium, & aliud impropriũ. Propriũ reſpectu liberorũ in poteſtate conſtitutorũ, qui propriè ſui appellantur. ut

tur,ut in §.ſui.inſtit.de hæredum qua.& diffe.& l.in ſuis.ff.de libe. & poſthu.& l.in ſuis.ff. de ſuis & legi.hæredi. Improprių̃ reſpectu liberarũ mulierũ,quæ ipſos non habẽt in poteſtate.inſtit.de adoptionibus.§.fœminæ.& in §.cæteri.uerſi.qua de cauſa,&c.inſtit. de hære.quali.& differẽ. Et ideò cum in caſu ſubſtitutiónis prædictæ uerbũ ſuos, ibi adiectum, nõ poteſt accipi propriè: ut in d. §. ſui.& §.cæteri. ipſum propterea accipi debet impropriè,ſecundũ materiã ſubiectã: prout ad eam poteſt adaptari.& ita pro liberis talis filiæ licet ſui reſpectu eiuſdem dici non poſsint propriè ut apparet per iam dicta, hoc pro- 3
batur clarè in l.mater filio ſuo.l. pater.§.ſocrus.ff.de cõdi.& demon.Et ſequitur ꝙ moriente d. hærede, inſtituta ſubſtitutio ſibi facta, locum habet in liberis d. Claudię:ad quos uerbũ,ſuos,rectè,poteſt adaptari.l. quoties. & l.in ambiguũ.& l. mater filios.ſ. alle. Quod etiã ſic eſt coniecturandũ ex uolũtate ipſius teſtatricis, quæ uoluit liberos filiæ ſuæ, quos ſciebat nunquã eſſe poſſe in poteſtate eiuſdem ad ſubſtitu a
tionẽ ſuam admitti, qua uolũtate cõiecturata uerbum ſui,accipi debet impropriè.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.j.& aliis iuribus ſ.alleg. Tum etiam propter uſum cõmunẽ loquẽdi, ſecundũ quem liberi mulierum reſpectu ipſarũ appellantur ſui,dum com b
muniter dicitur,talis domina filium ſuũ hæredẽ inſtituit,uel tali filio ſuo uſumfructũ reliquit,qui cõmunis uſus loquẽdi etiã in talibus debet attendi.l.cum de lanionis.§.aſinã.ſ. alleg. Ita tenet gl.ind.l.nõ aliter.in prin. & Bar. in l.omnes.ff.de iuſtit.& iure. in q.quę incipit,qđ ſi in ſtatuto contineatur aliquod uerbum.Iac.de But.ubi ſ. & ſequitur,ꝙ bona in quibus dictus hæres fuit inſtitutus, debẽt liberis ipſius Claudiæ, uidelicet d. Franceſiæ eius filiæ reſtitui:& expediri uigore dictæ ſubſtitutionis,detractis tamẽ detrahendis. Et ita ſecundum hanc cõcluſionẽ cõſueuit in hac curià parla.iudicari. Cõſiderata etiam * una tali ratione,quia uerbum, ſuos, in caſu poteſt & debet exponi,id eſt,iuſtos.ita ponit gl. in l.nõ enim. ff. rerũ amo. & liberi ex tali filia de legitimis nuptiis nati domini inſti.l.hi.& l.filiũ.ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris.quãuis tamẽ uerbũ,ſua, aliter in aliena materia accipiať: iuxta l.ſeruos.§.fin.ff. de legat. ij. & l. Quintus Mutius. ff. de auro, & arg.lega.& ibi plenè per Bart. & uide ſ.q.ccccclxij. de uerbo ſua.

¶ Mulier quædam. *Qui ueniant appellatione ſuorum, per dominum Fely.poſt omnes in cap.in ultima columna,uerſiculo ſed eſt magnum dubium. de teſtib. & an appellatione ſuorum ueniant amici,uide per eundem in capitulo cum dilectus.in fine de accuſat.*

¶ Claudiam eius filiam & ſuos. De *hoc,ſcilicet an uerbum ſuos, poſſit*

ſit

ſit adaptari mulieribus, in quibus ſuitas non conſiſtit, uide iſtum conſilio centeſimotrigeſimotertio. incip. Antonius Pacho. numero primo, uer ſiculo, & pro dicendorum.

c ¶ Non eſt ſua. *Imò eſt ſua, nam in literis in duplici differentia ſunt hæredes. alij enim ſunt extranei: alij autem ſui. & intelliguntur ſui: ſed ex ſe deſcendentes. do. Bart in l. una. C. de priui. do. in j. oppo.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra unum ex mercatoribus, pro ſolutione pedagij, an noceat alijs, qui partem non fecerũt.*

2 *Iuſiurandum, & res iudicata, æquiparantur.*

3 *Actio popularis, quid.*

QVAEST. CCCCCXLIX.

1 SENTENTIA* cauſa alicuius pedagii lata inter certos mercatores. & muliones, & exactorẽ ſeu dominũ pedagii lata pro exactore ſeu domino: an præiudicet aliis mercatoribus, qui partẽ in cauſa nõ fecerũt? Et licet uideatur, quód nõ, ut l. ij. C. quibus res iudica. nõ nocet. & l. j. C. res inter alios acta. Contrariũ dicendum uidetur. Nam ubi cõſtat de inſtitutiõe pedagii authoritate Imperatoris, uel Regis, ſeu Lateranẽſis conſilii facta, uel ex uetuſtiſsima cõſuetudine, de cuius contrario memoria hominis nõ exiſtit acquiſita, ut in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. extrà de uerborum ſignificatione. quę uetuſtiſsima conſuetudo ſeu poſſeſsio uim habet tituli, & tantum operatur, quantum authoritas emptoris: ut l. j. in fi. cum l. ſeq. ff. de aqua plu. arcend. & in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua. Et nullus à præſtatione eius excuſatur, etiã ſi miles exiſtat. Et hoc habetur pro regula. l. uniuerſi. circa fi. & l. ex præſtatione. C. de uectiga. & cõmiſsis. & l. fi. C. de quibus mu. uel præſta. nemini liceat ſe excuſare. lib. x. Cõſtat talẽ ſententiam ius facere, & pro ueritate haberi. l. ingeniũ. ff. de ſtat. ho. l. res iudi. ff. de re iudic. Etiam quo ad
a oẽs[a] per locum in quo pedagiũ debetur ptranſeuntes. Cũ fuerit lata reſpectu popularis actionis. Dum tamen nõ appareat fuiſſe colluſum. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de inreiur. Conſiderato* quód iuſiurãdũ & res iudicata, paria iudicãtur. l. poſt rẽ iudi- 2
3 catam. ff. de re iudica. Nam* popularis actio dicitur eſſe ille, per quem proprium ius populi tuetur. l. j. ff. de popu. actionibus. Inde dicimus, quod omnes actiones in factũ quæ hodie cõpetunt loco interdictorũ, pro iuribus ſiue rebus publicis, populares dicũtur. l. j. §. hoc interdictũ. ff. ne quid in loco publico. ita no. gl. ſuper rubrica. ff. de populari actione. Sed prohibere quód nõ exigatur uectigal, eſt tueri ius publicum, in hoc uidelicet, quód quis liberè ire poſsit, & ſibi liceat per uiã publicã. quod cõtrariatur exactioni pedagii ſeu uectigalis, qua mediante quis impeditur ire liberè per uiã publicã, cùm ire liberè, eſt quod

quòd ſit ſine aliqua cõtradictio. ne:ut dicit gl.in l.reprætendenda.C.de inſtitutio.& ſubſtitutionibus ſub condi.factis. Non obſtat l.j.& ij.§. in contrariũ alleg. Quia hoc fallit in popularibus actionibus, ut d. §. in popularibus. & certis aliis caſibus in d.l. ij.C.quibus res iudicata non nocet.nota. ut ibidem dicit gl. Vide de hac materia in ſimili ſuprà q. cclxxix. De materia pedagii etiã tetigi ſuprà q.cccсxiij.

a ¶ Etiam quòd ad omnes. *Adde l. ſequen.& ſi.& ibi gloſ.j.ff. de popu la.actione.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio graduum.*

QVAEST. CCCCCL.

TESTATOR duos habẽs filios,ipſos hæredes inſtituit: & alterum alteri ſubſtituit;

1 * & ſi ambos decedere cõtingat ſine liberis maſculis, Titiũ eius agnatũ eiſdẽ ſubſtituit,& ſi dictũ Titiũ decedere cõtingat ſine liberis maſculis, Caiũ & Sẽproniũ fratres eidẽ Titio ſubſtituit:adita hæreditate morit' Titi⁹ ſine liberis,deinde moriũtur filii inſtituti nullis liberis relictis, quorũ ultimus moriẽs teſtamentũ fecit, in quo hęredẽ extraneũ inſtituit. Nũc Caius Sẽpronius prętẽdunt ſubſtitutionẽ de eiſdẽ factã locũ habere: licet ordine quo fuit facta,nõ euenerit. Vtrũ bene dicãt? credo ꝙ ſic, ut uidetur text. expreſſus in l.cohęredi.in prin.ibi. Nec intererit, prior ſubſtitutus poſt inſtitutũ, ãn ante decedat, a &c.& l.ſi Titius[a].ff.de uulgar. & pup.& in l.Celſus pater meus.ff. de lega.ij.& l. quãdiu.la.iij.§.is, qui tertio gradu.ff.de acqui.hęre.& ibi hoc etiam tenet Bar.expreſsè inſequẽdo opinionẽ Pet. Ia.in tit. de cõpendioſa ſubſtitutione,quæ fit à pagano.in q.quę incipit,q̃d ſi teſtator dicit ita,&c. ubi dicit,ꝙ ipſa quęſtio fuit ꝑpe Mõtẽ peſſulanũ inter quoſdã nobiles potẽtes,ſuꝑ quadã hæreditate. Et cõcluſiuè tenet ꝙ locus eſt ſubſtitutiõi: licet ipſa ordine facto non euenerit,per d.l. Celſus.& l.cohæredi.Et eſt bona ratio,quia fideic.dictis fratrib⁹ tertio gradu relictis remãſit penes hæredes inſtitu.cũ ſuo onere.l.j. §.pro ij.C.de cad.tol. quẽ §. ad iſtud propoſitum alle.Bar.in d.l. quãdiu.§.j.in fi.Nec obſtat in aliquo uerbũ,eidẽ, in ſubſtitutione adiectũ, quaſi per hoc uerbũ uideãtur dicti fratres ſubſtituti dicto Titio,& non filiis hæredibus inſtitutis.Et eſt ratio:quia per dicta uerba duæ importãtur ſubſtitutiones,uidelicet uulgaris,in caſum,in quẽ nõ eſſet dictus Titius fideicõmiſſarius, prout nec fuit: & fideicommiſſaria in caſum, in quem eſſet fideicõmiſſarius:ſed decederet ſine liberis, ſicut deceſſit:quæ duæ ſubſtitutiões ſub uerbis prędictis compendioſam inferẽtibus compræhẽduntur, & cõpræhendi de iure poſſunt: ſicut ponit Bar.in l. Cẽturio.in iij. q.principali.ibi,quæro utrũ compẽdioſa ſubſtitutio,&c.ff.de uulgar.

gar.& ſic in caſu iſto dicti fratres ueniũt p modũ uulgaris, in locũ dicti Titii ſecũdo loco dati ſubſtituti. Et licet prim⁹ gradus ſubſtitutionũ ualuerit in pſonã filii ſuperuenietis iure fideicõmiſsi, & inde defecerit ſecũdus gradus reſpectu Titii: non tamẽ defecit in perſonã fratrum tertio gradu ſubſtitutorum loco Titii uirtute ſeu iure uulgaris ſubrogatorũ. Et quia etiam ipſum fideic. dicto Titio mortuo remãſit penes pręcedentẽ fideicõmiſſariũ cũ ſuo onere.l.j.§. pro ſecũdo.ſ. alleg. Ita uoluit dicere Bar. in d.l.quãdiu.§.j. Iſta etiã clarè probãtur in l.cohæredi,in prin.& l. Titi⁹.& l. paterfamiliàs.de uul.alleg.& eſt bon⁹ text.in l.fi.C.de hæredi. inſti.ibi dũ dicitur, Sẽproni⁹ Plocii hæres eſto.tũc etenim exiſtimandum eſt eum dixiſſe, ſi non Plocius hæres ſibi fuerit,tunc Sẽpronium in locũ partemq; Plocii ex ſubſtitutione uocari, &c. Et ita ſecundum hanc partem pluries uidi determinari inter nos in camera conſilii,& iudicari.

2 ¶ L. ſi Titius. *Vide ibi do.* Bald. Io. *de* Imol. *& omnino d.* Paul. *de* Caſt. *qui ſummat illũ tex. dicẽs, quòd ſubſtitutus uulgariter uni, cenſetur & alteri ſubſtitutus, cui ille ſubſtitutus erat.*

SVMMARIVM.

1 *Vapanienſes, an ſint ligij, & iuriſdiciabiles* Regis Siciliæ. *& nu.3.6.8.*

2 *Vapanienſes, an poßint uti ſaluagardia* Delphinali, *contra* Regem Siciliæ, *uide & nu.9.10.*

4 *Dominium, eſt triplex.*

5 *Vapanieſis* Epiſcopus *ad quæ teneatur* Regi Siciliæ.

7 *Vaſallus uaſalli mei, non eſt homo meus.*

11 *Princeps alicuius patriæ, an poßit à ſuis ſubditis quid exigere pro bello inferendo, & ſuſtinendo.*

QVAEST. CCCCCLI.

De hoc anno currẽte domini M.cccclx. de menſe Decẽbris cõtigit in facto, quòd rex 1 Renatus* cauſante guerra p eũ nuper mota in regno Sicilię pro ipſius regni ſui recuperatione, requiri fecit homines & ciues ciuitatis Vapaniẽ. quòd de aliqua ſumma pecunię uellẽt eidẽ ſubuenire,pro manutentione & ſuſtentatione dictæ Guerræ:qui ciues poſt multos tractatus cõtradixerunt dicto Regi de aliqua ſumma ſubuenire, dicẽtes ſe ad hoc nõ teneri uigore pactorum dudũ initorũ inter Regẽ Siciliæ & Odonẽ, Epiſcopũ Vapanien. in præſtatione homagii p ipſum dñm epiſcopum di.regi præſtiti de dicta ciuitate Vapan.& caſtris epiſcopatus. Ideò ipſe Rex Renatus eiſdem ciuibus Vapanien. impoſuit certã pecuniæ ſummã exigendã ſuper eiſdẽ ciuibus Vapanien. Et quia dicti ciues ſoluere recuſauerunt ſummã eiſdem, ut præmittitur, impoſitã, officiarii dicti regis Siciliæ capi fecerunt & detineri mercantias, quas ipſi ciues Vapanien. habẽt in patria prouinciæ ſub obedientia 2 ipſius regis Siciliæ. Quorũ* prętextu

textu ipſi ciues Vapanien.recurſum habuerũt ad hanc curiã par lamẽti Delphi.uigore ſalnægardiæ:in qua ſe eſſe dicunt ipſi ciues. Quæro ergo,quid iuris,uidelicet an ipſi ciues bene recurrerint ad hãc curiã parlamẽ. uigore d. ſaluægardiæ? Pro cuius quæſiti declaratione puto ſex fore attendenda:& in iure examinanda. Primo, an di. dominus Odo.Epiſcopus, potuerit d.homagiũ d.Regi facere [a] ſine conſenſu ciuiũ & habitantiũ in d.ciuitate Vapaniẽſi. Secundò,an dictus rex Siciliæ ſit ſuperior & maior dominus dicti domini Epiſcopi, & dictæ eius ciuitatis Vapan. ſaltẽ in temporalibus uigore dicti homagii, & pactionũ in eodẽ homagio initarũ. Tertiò, an ciues dictæ ciuitatis Vapan.cẽſeantur homines dicti Regis Siciliæ. Quartò, & an ipſi ciues Vapan. cenſeãtur homines iudiciabiles ipſius regis. Quintò,ſi ipſi ciues Vapan. poſſunt dici eſſe in ſaluagardia Delphinal. Sextò, & ſi eſſent in d. ſaluagardia, an ipſi ea uti poſſent cõtra dictũ Regẽ eorum ſuperiorẽ dominum? Ad primũ reſpondeo,ut ſcripſi plenè infrà q.cccccclx. Ad * ſecundũ dubium puto dicendũ Regẽ Siciliæ habere ſuperioritatẽ in dictum Epiſcopũ & ciuitatem Vapan.ex natura dicti feudi & recognitionis factæ per ipſum Epiſcopum d.Regi. Ex eo maximè, quòd in ipſo homagio fuit actũ, quòd in qualibet mutatione Epiſcopi ipſe Rex & ſui ſucceſſores poſſint ponere ſeu poni facere per eius officiariũ uexillũ ſuũ armis ſuis depictũ,in dicta ciuitate ſupra domũ Epiſcopalẽ, in loco patenti,in ſignũ dominii & ſuperioritatis:prout uſq; nunc incon cuſſè fuit per d.Regẽ,& eius officiarios factum & obſeruatũ.Pro quo facit text.in clement.Paſtoralis.§.deniq;.de ſenten. & re iu dic. ibi, niſi ex natura feudorum debitam ſuperioritatẽ habebat, &c. dici etiã debet & cẽſeri Rex maior dominus ipſorũ Epiſcopi & ciuitatis Vapan. ex uerbis dictæ recognitionis, feudi, & pactorũ in eadẽ adiectorũ: ut dixit & tenet Bald.in c.imperialem.in §.illud quoque.de prohib.feud. alie.per Feder.in q. quæ incipit, quæro ergo,cuius parabolã,&c.

4 Et non mirãdum * de hoc genere maioris dominii: quia triplex habemus dominiũ, uidelicet directũ, & utile. & de iſtis duobus plenè proſequitur Bartol. in l. ſi quis.§. differentia. ff.de act.po. Habemus etiã & aliud dominiũ, uidelicet uerum,& maius dominiũ,de quo maiori dominio habetur in d.cap.imperialem.circa princ.ibi,maiores domini,&c.& in d.§.illud quoq;.ibi,maiorẽ dominum offenderit,&c.Cõcluſiuè ergo poteſt dici,d.Regẽ Siciliæ eſſe dñm maiorẽ & ſuperiorẽ dicti feudi,uidelicet dictæ ciuitatis Vapan.& ciuiũ eiuſdẽ. Nec obſt. ꝙ ſi ciues Vapan. nõ reſortiſant corã d.Rege Siciliæ:nec in eius curia,

curia,ſed in curia ſpũali Archi- 5
epiſcopi Aqueñ.corã quo Epõ
ſeu eius officiali à curia tẽpora
li Vapa.& iudice eiuſdẽ,appella
tur,& nõ ad dictũ regẽ.Quia li-
cet ad ipſum regẽ tanquã ad ſu-
periorẽ & maiorẽ dñm dicti feu
di deberet appellari, iuxta ea,
quæ ponit Inn.in c.extr.de iudi.
& Pet.Iac.in ti.de cõdi.ſup mo-
ribus.in q̃õne, quæ incipit,Co-
mes dedit in feudũ &c.& in tit.
ſuper iuriſdictione libellus.ibi,
itẽ ponit,ꝙ min⁹ &c.Hoc uerũ,
niſi aliter in pręſtatiõe homagii
foret actũ,prout fuit in caſu no
ſtro,in quo reſeruatæ fuerũt ap
pellatiões prædictæ d.Archiepi
ſcopo Aqueñ.in d.præſtatione
hómagii dudũ per ep̃m Vapañ.
mõ nũcupatũ dicto tũc regi fa-
cta.Vel aliter & ſecũdò põt re-
ſpõderi,ꝙ tale ius reſortiſandi
ſiue appellãdi ad dñm feudi,nõ
eſt de eſſentialib⁹ feudi:Patet,
qa feudũ bene põt cõcedi ſine
reſorto.ꝑ tex.in c.fi.in quib.cau.
feud.amit.ſcd̃m Obertũ.in feu-
dis.colla.x.Sicut & ciuitas ſine
territorio:ut in l.ij.in prin.ff.de
uer.ſig.& in l.bona ciuitas.cũ l.
ſeq. ff.eo.ti.licet enim fidelitas
b ſit de eſſentia feudi[b],adeò ꝙ in
cõceſſione feudi ſimpliciter fa-
cta fidelitas intelligatur, quãuis
de eadẽ nulla mẽtio facta fue-
rit,ut in c.j.§.fi.per quos fiat in-
ueſtitu.in feud.qđ tenet Bal.in c.
j.de capi.Corradi. Nõ tamen ſic
eſt in reſorto, q nõ eſt de eſſen
tia feudi:ut ſ.ꝓximè dixi ,& teti

gi ſ.q̃õ.ccccccxviij.¶*Sed iuxta
hæc quæro,ad quæ tenetur ep̃s
dictus Regi Siciliæ cauſantibus
dictis ſuperioritate & maiorita
te dñij,quę habet ipſe Rex in d.
ep̃m & ciuitatẽ Vapa.dic ꝙ ad
ſequẽtia.Primò,qa ipſe ep̃s ua-
ſallus tenetur dictũ Regẽ Siciliꝗ
ſuperiorẽ in tp̃alibus recogno-
ſcere,& inueſtiturã ab eo pete-
re:ut in c.Imperialẽ.§.præterea
ſi q̃s.de prohi.feu.alie.per Fed.
& in c.j.quo tẽp.miles inueſt.pe
te.debet.Itẽ qa famoſam actio-
nẽ cõtra eũ nõ debet intentare.
Nec ipſum in ius ſine uenia uo
care.Et debet ab accuſatiõe con
tra eũ fienda,& officio aduoca-
tionis cõtra eũ exercẽdo abſti-
nere.ꝓ quibus facit l.ſed ſi hac
lege.§.prætor.ff.de in ius uoc.
& in l.ij.C.eod.tit.& in l.nõ ha-
bet.ff.de dol.ita dicit & tenet
Spec.in tit.de homa.& fide.in §.
j.in uerſ.xvij.quæritur.Itẽ debet
ipſe epiſcopus dicto Regi Sici-
liæ dño ſuo ſeruire,& facere id
pro quo feudũ fuit traditũ:ut in
c.j.de feud.ſine cul.amit.& in c.
j.§.ſub alio,quæ fuit prima cau
ſa benefi.amit.Idem quia eidem
Regi facere debet ipſe epiſco-
pus,quæ in forma fidelitatis no
ua & ueteri cõtinentur.in c.j.de
forma fidelitatis.& in c.j.de no
ua fideli.forma. & xxij.q.v.c.de
forma.Item etiã debet ipſe epi-
ſcopus uaſallus eidẽ Regi Sici-
liæ domino ſuo ſuperiori ſub-
uenire in dicta ſua guerra,ſecũ-
dum quantitatẽ & qualitatem

feudi,ſecundũ doct.ut plenè dixi ſ.q.l.j.Et hoc de primo quæ-
6 ſito.Et uenio ad ſecũdũ*quæſitum,An dicti ciues Vap.dicãtur, & cenſeri debeant homines dicti Regis Siciliæ.Pro cuius queſiti deciſiõe premitto,ꝙ dicti ciues Vapa.ſunt hoĩes ligii & iudiciabiles ipſius epiſcopi Vapa.& ab initio fuerũt antè dictũ homagiũ dudũ Regi Siciliæ factũ,ut eſt notoriũ.Ex quo infero,ꝙ cũ ipſi ſint homines dicti Epiſcopi,ꝙ per cõſequens ipſi etiã ſunt homines ſaltẽ mediati dicti Regis Siciliæ, cõſiderato, ꝙ ipſi ſunt homines dicti Epiſcopi,ex eadẽ re,de quã ipẽ Epiſcopus fecit regi.hoc ꝓbatur in d.c.imperialẽ.§.illud.de prohi. feu.ali.per Fed.in feudis.coll.x. & facit arg.l.fin.ff.de ui & ui ar. Nec obſtat l.Modeſtinus. iuncta glo.ff.de uerbo.ſignifica.ubi
7 glo.not.ex illo tex.*quòd uaſallus uaſalli mei, non eſt homo meus.Quia hoc uerum, ubi ex alia cauſa ille eſt homo uaſalli mei,tunc nõ eſſet homo meus: ut ibi,ubi autem ille eſt homo uaſalli mei ex eadem re, pro qua uaſallus meus mihi præſtitit homagiũ:tunc ille homo uaſalli mei cenſeretur eſſe homo meus, per d.§.ita loquitur caſus noſter,quia ciues Vapa.ſunt homines Epiſcopi ex eadem re,uidelicet pro ciuitate Vap.de qua ipſe Epiſcopus homagium fecit dicto Regi Siciliæ.Et nõ eſt mirandum, ſi dicti homines ſint homines Epiſcopi & Regis, q̃a homo poteſt eſſe ſeruus pluriũ. l.ſi ſeruus plurium.ff.de lega.j. eſſe eñi homo alterius,eſt quædam ſpecies ſeruitutis,nõ ꝙ ſit ſeru⁹:q̃a ſi dñũ nõ adiuuet,nõ punitur,niſi q̃a perdit feudũ:ſeruus autẽ nõ iuuans dñm, capite punitur:iſta ſunt uerba Anto.de Yſer.in feudis.in ti.de noua fide.forma.circa fi.ibi,per qđ pa-
8 tet.& hoc de tertio dubio.¶*Venio ad quartũ quæſitũ, an dicti ciues Vapa.ſint & cẽſeri debeãt iuridiciabiles ſaltem mediate dicti Regis Siciliæ. Ad quod puto dicendũ,quòd ſic,præſuppoſito,ut ſuprà dixi in ſecũdo quæſito,ꝙ dicti hoĩes & ciues Vapa. ſint hoĩes mediati dicti Regis Siciliæ:q̃a eoipſo ꝙ q̃s eſt homo meus,cenſeor eſſe iudex ſuus.l. quiſquis.la ij.C.de epiſ.& cler. & tenet Spec.in propria materia.in ti.de homa.& fide. in §.j. uer.xvij.quæritur &c.Et hoc pro
9 quarto quæſito.¶*Et uenio ad quintũ quęſitũ,an dicti ciues Vapa.poſsint dici eſſe in ſaluagardia Delph.ex eo,ꝙ in quibuſdã cõtractibus & pactionibus dudũ habitis inter quãdã dominã Comitiſſam Viẽnæ & Albonis, relictã cuiuſdam dñi Delphi.ex una parte,& ciues Vap.ex altera,ipſa dña Comitiſſa promiſit dictos ciues amparare,& defendere ſicut hoĩes ſuos ꝓprios dicti comitatus &c.Ex q̃bus uerbis dicti ciues ſe eſſe in ſaluagardia Delph.qua cauſante dñs noſter

ſter Delph.tenetur eos amparare & defendere aduerſus dictũ Regẽ Siciliæ:qui eos grauat,dictas eorũ mercãtias & bona arreſtari faciẽdo in patriã prouinciæ.Modò quæritur an domin⁹ noſter Delph.in hoc caſu teneatur eos amparare & defendere ad modũ ſaluægardiæ cum armis.Et uidetur ꝙ nõ,qa ſaluagardia de ſui natura requirit potẽtiã armorũ, ubi aliter garderius defendi non poteſt,quæ potẽtia armorũ nõ uidetur ſubintellecta ex natura dictorũ contractus & pactorũ dudũ(ut præmittitur,inter dictam dominam Comitiſſam & ciues Vapa.initorum,ut latè ponit Bar.in l.ſtipulatio iſta.in prin.ff.de uer.ob. maximè,quia natura illius contract⁹ huic repugnat.uide infrà q.ccccclxxxiij.Secũdò quia ſalua gardia nõ poteſt cõcedi in alieno territorio,ut not.Gul.de Cuneo.in l.illicitas.§.ne potẽtiores.ff.de offic.præ.& tetigi ſ.q. ccccxviij.qđ hoc caſu fieret,cũ ciues Vapa.nõ ſint in territorio Delph.igitur &c. Tum quia nõ reperitur,ꝙ aliquis dñs Delphinus conceſsit ſaluamgardiã dictis ciuibus Vapanienſ.niſi dicta domina,per modũ, quẽ ſuprà dixi,quæ domina non erat Delph.ſed relicta cuiuſdã domini Delphinalis.Ex qbus ꝓpterea credo ꝙ ipſi ciues Vapanienſes nõ poſſunt cẽſeri eſſe in ſaluagardia Delphi.& hoc de qnto quæſito. ¶ Venio ad ſextum 10 quæſitũ.* An ſi eſſent dicti ciues Vapañ.in ſaluagardia Delphin. an poſsint ea uti contra dictum Regẽ Siciliæ:eorũ dominũ ſuperiorẽ.Et credo ꝙ nõ,præſuppoſito,ꝙ ipſi homines ſint homines iuriſdiciabiles dicti Regis Siciliæ,ut dixi ſuprà, in ſecũdo & tertio quæſitis,cum per ſe ſaluamgardiã ſi qua eſſet,exercitiũ iuriſdictionis dicti Regis, quẽ habet in dictos ciues,nõ deberet impediri,per ea quæ dixi ſ.q.lvj.Et ſi dicatur, ꝙ dicti ciues Vapanien,aliàs xl.uel l.ann. ſunt elapſi, obtinuerũt literas à dño tunc gubernatore Delphi. corã dominis parlamenti,in camera conſilii pro parte dictorũ ciuium Vapanienſiũ productas, in quibus dicti ciues Vapañ.tanquam guarderii Delph.mandabantur tueri,& defendi aduerſus quoſcunq; tunc tyrãnos,qui dictos ciues conabantur offendere.Sed iſtæ literæ nõ iuuant dictos ciues,ſaltem in hoc caſu, quia nõ reperitur,ꝙ aliàs tales literæ conceſſæ fuerint cõtra dictũ Regẽ,quãquam contra aliũ reperiantur.Quibus rationibus & mediis ſuprà tactis,dũ altercaretur de hac materia in camera conſilii inter dños de parlamẽto:ego Guido dixi literas uigore ſaluægardiæ Delph.dictis ciuibus Vapa.cõtra dictũ Regẽ Siciliæ eorũ dñm ſuperiorẽ,nõ fore à curia parlamenti concedendas. Sed fui ſolus in opinione mea.Quia alii domini de par-

lamēto tunc dixerunt prouidendū fore dictis ciuibus Vapa. uigore ſalueguardiæ Delph. cōtra etiam dictū Regē. Sed nullas rationes adduxerūt, niſi quia in dictis pactionibus, ꝙ dicta domina Delph. promiſit dictos ciues Vapa. amparare & defendere. Sed non reſponderunt motiuis meis ſupratactis. Tamē quicqd fuerit concluſum, nō fuerūt per hanc curiam parlamenti literæ conceſſæ, niſi exhortatoriæ, per quas mandabantur ipſe Rex & eius conſilium exhortari, quatenus à dictis moleſtationibus deſiſtere uellet, relaxando dicta corū bona. Tamen ipſe Rex & conſiliū eius dictæ exhortationi nō obtēperauerunt: ſed ſemper proſequūtur, adhuc de præſenti dictos ciues, & unū ex ipſis ciuibus incarcerari fecerūt. Neſcio qualis finis ſequetur. tamen quicquid ſequetur in futurū ex hoc, hîc ſubiungam pro memoria in futurum. de alio caſu, concernente illos de uapinco, tetigi infrà q. cccccl x.

1 ¶ * Vtrū princeps alicuius patriæ poſſit à ſuo ſubdito pecunias mutuò, uel aliàs de facto pro guerra ſua faciēda capere? Dic ꝙ nō, ſed pri⁹ debet de ſuo proprio expēdere, & in defectu eiuſdē, poteſt à ſubditis capere, & poſteà eis reſtituere, ut plenè ponit Cy. in l. neminē. C. de ſacroſanct. eccle.

a ¶ Epiſcopus potuerit dictū homagiū do. Regi facere. *Ad materiam, uide quod d. Bal. & alij in c. de cler. qui inueſtit. faciunt. colla. x.*

b ¶ De eſſentia feudi. *Et de fidelitate uaſalli, latè tradit do. Iaſ. in proœmi. feud. col. xj. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Deßayſiniarum uſus, in regno Franciæ. Item ſayſiniorum.*

2 *Arreſtum querelæ.*

3 *Interdicto retinēdæ qn̄ qs poßit uti.*

4 *Forma interdicti, uti poßidetis.*

5 *Curia Franciæ, ſemper in caſu nouitatis tuetur eum in poßeßione, qui reperitur poßeßor indiſtinctè.*

6 *Repoſita ad manus curiæ, an poſteà fiat recredentia potius ius habentibus in poßeßorio.*

7 *Manutenentiæ practica in Francia.*

8 *Martini Papæ confirmatio circa ſtylum manutenentiæ, etiam reſpectu cauſarum beneficialium.*

9 *Delphinat⁹ an utatur manutenētia.*

QVAEST. CCCCCLII.

IN materia poſſeſſorii interdictorū retinendæ, recuperādæ, & adipiſcēdę ius cōmune in hac patria Delph. ſeruatur in iudiciis, excepto in interdicto recuperādæ, ſi & dum intentatur remedium ſtatuti Delphi. incipiētis, ſi qs per literas, in quo pars nō uocatur, & appellans nō aditur reſpectu reintegratiōis. Sed in patria Lugdunenſi & regno Franciæ illa interdicta diuerſimodè de ſtylo regni Frāciæ practicantur. Nam in ipſo regno Franciæ eſt quoddam ſtatutum uulgariter appellatum arreſtū querelę, de nouis & ſayſinis tenoris ſequentis querelæ, ſuper nouis deſſayſinis, non ueniunt

in par

in parlamento,ſed quilibet balliuus in balliuia ſua det locum debati,& uocatis ſecum probis uiris ſe informet de ſayſina & deſſayſina ſine ſtrepitu & figura iudicii:& ſi inuenerit ita eſſe, ſtatim loca deſſayſiat, & ad manum regiam ponat:& inde coram ſe partibus euocatis miniſtret iuſtitiæ complementum &c.Quod ſtatutum fuit conditum per beatum Ludouicū Regem Franciæ.Et ex illo ſtatuto fuit ortus ſtylus caſus nouitatis, qui in regno Franciæ practicatur,de quibus facit mentionem Cyn.in l.nuda.in fin.C.de contrahenda & committen.ſtipulatio.& Ioā.Fab.ut infrà plenè dicam.

1 *Et quòd ſtatutum practicatur ita.Nam pars poſſeſsione deſſayſiata,poſſeſsione reſſayſitur:licet ſub manu regia ponatur.Et quando intentatur iſtud remediū,pars nec uocatur, nec auditur in aliquibus ſeneſcalis, & maximè in ſeneſcalia calcaſone.Sed in loco biſterriis pars uocatur,ſed non auditur. Pariſius uerò pars uocatur & auditur. Sed his ſic peractis balliuus uel commiſſarius ab eo deputatus partes citet coram ſe ſuper proprietate:& tunc inde habeat miniſtrare iuſtitiæ cōplementum.

2 Sed*circa iſtud arreſtum[a] querelæ & dictū caſum nouitatis aduerte,quia habent locū ante annum: nam ſi aduerſarius meus poſsideret per annū mihi poſt annū nō competeret dictum arreſtum. & ita practicatur in regno.Sed an iſtud ſit uerū de iure,uide quæ ſcripſi in apparatu meo,ſuper ſtatuto,ſi quis.in qō. quæ incipit,ulterius quæro. Et in hac materia dicti ſtatuti de nouis & ſayſinis,& caſus nouitatis,eſt unum ſingulare,ꝙ mortuus ſayſit[b] uiuum:uidelicet hæredē, qui poteſt concludere in materia caſus nouitatis, quāuis nō fuerit adeptus realē poſſeſſionem,quod uidetur cōtra ius commune.in l.cū hæredes.ff.de acqui.poſſeſ.Io.Fab.inſti.de interdic.in §.adipiſcendæ.[c]in gl. ſuper uerbo,poſſeſſorii. in fin. ipſius gl.dicit,ꝙ per illā gl.poteſt excuſari dictus ſtylus in materia caſus nouitatis:facit etiā, quod dicit Cy.in l.ea lege.circa prin.uer.& iſtud eſt in arg.ad q. C.de condi.ob cau.Facit etiam pro corroboratione dicti ſtyli caſus nouitatis:quia per conſuetudinē quis fingitur poſſeſſor, & quæritur ex cōſuetudine poſſeſsio.ut no.Inn.in c.cum ſuper. extrà de cau.poſ.& propri.imò plus alibi dicit Inn. ꝙ cōſuetudo transfert dominium ſine apprehenſione poſſeſſionis:ita dicit ipſe in c.ij.extrà de conſue. Multa alia ſingularia in dicta materia caſus nouita.ponit Ioā. Fab.in §.retinendæ.inſti.de interdi.& ibi tractat plenè hāc materiam caſus nouitatis[d], magis quàm alius,qui in iure ſcripſerit.& dicit ipſe Ioannes Fabr.in d.§.quod hæc materia eſt tota pra

practica, maximè in curia Fran-
ciæ: ubi quaſi omnes cauſæ ſunt
in caſu nouitatis. Et ibi proce-
dit ipſe Ioã Fabr. per vij puncta.
3 * Circa primũ pũctum in fi. dicit
& per præmiſſa apparet, quòd
aliquis non poteſt agere hoc i
interdicto, niſi poſſeſsionẽ rea-
lem habuerit, quãuis prædeceſ-
ſor uel author ſuus habuiſſent.
Hoc tamẽ non ſeruat curia Frã-
ciæ in ſuccedentibus uniuerſali-
ter, ratione ſanguinis, quos re- k
putat poſſeſſores ſine apprehẽ-
ſione: ut etiã dicit ipſe Ioã. Fabr.
e in §. adipiſcendæ [e]. ſ. alleg. ue-
runtamen de iure, quod ſi præ-
deceſſor uel author fuiſſet tur-
batus, & ceſsiſſet actionẽ, quòd
ſucceſſor poſſet agere hoc in-
terdicto retinendæ iure ceſſo.
f Circa tertium [f] punctum in fi. di
cit ipſe Io. Fab. quòd quaſi poſ-
ſeſsione iurium datur dictũ in-
terdictũ, uti poſsidetis, ut no. ff.
uti poſsi. l. j. in prin. quod eſt ue
rum, ſecundum omnes docto-
res. quando iura illa adhærent
rei immobili. Curia tamen Frã-
ciæ dat pro omni iure, & quaſi
omnes cauſæ ſunt de talibus.
Circa quartum pũctũ per unam
columnam in ipſo puncto dicit
g Io. Fabr. [g] Narra ergò in libello
4 factum tuũ ſapienter, * & ſuper
omnia caue; quòd non narres
tale factũ, per quòd uidearis ex-
pulſus deſiiſſe poſſediſſe, quia
h teipſum excluderes [h]. aduocati
tamẽ curiæ Frãciæ nõ multũ hoc
attendũt: qui ſemper cõcludunt
in turbatiua, quæcunq; ſit uis, ut
ibi dicit Io. Fa. itẽ quæri poteſt,
dixit ipſe Io. Fabri, an ceſſatio
ſoluẽdi reditus uel deueria an-
nua cauſet turbatiuam uel expul-
ſiuam: ſcias dicit Io. Fa. quòd ſty-
lus Franciæ, [i] habet quòd ceſſa-
tio cauſat turbatiuã, & cõtradi-
ctio expulſiuã. & illa dicunt per
ea, quæ notantur per Innoc. in
c. querelã. uer. alle. & ibidem di-
cit Hoſt. poſt. Inn. Circa quintũ
punctũ per tres col. dicit [k] ipſe
Io Fa. in ipſo pũcto, quòd iura
canonica & cõmẽtatores ipſorũ
nõ faciũt dubiũ de hoc, quin re-
tineãtur animo poſſeſsio. in iu-
ribus. Etenim dant actionẽ pro
poſſeſsione pẽſionũ ſeu redituũ
ſubtracta. ut d. c. querelã. de elec. l
& unde ui. & in capi. Piſanis. de
reſt. ſpol. & de cauſa poſ. & pro-
prie. c. cũ eccleſia. Et multo mi-
nus facit dubium curia ſecularis
regni Franciæ. Et tamen de ue-
ritate iuris, uidetur cõtrariũ in
his, quę habent cauſam diſconti-
nuã, niſi poſsiderẽtur, tãquã ac-
ceſſoria rei immobilis. l. ſi alie-
no. §. hoc iure. ff. de uſur. & ſecũ-
dum hoc uidetur periculoſum
agere uti poſsidetis, pro præſta
tionibus annuis & aliis iuribus,
quæ non habẽt cauſam cõtinuã:
quia uix poterit probari præ-
ſens poſſeſsio: quia oportet pro
bare, ꝙ tempore interdicti red
diti, actor ſit in poſſeſsione: ſed
reus ipſum impedit. Nec obſt. de
illis interdictis de itinere, actu,
& de aqua quotidiana, ubi ſuffi

cit pro

ĉit, ꝓbare antecedẽs tẽpus, licet temporelitis conteſtatæ nõ poſſideat: qa ibi eſt ſpecificũ in illis interdictis. & ſic non debemus extendere ad interdictũ, uti poſſidetis. ubi requiritur poſſeſsio de præſenti. Niſi de æquitate hoc faceremus. ſcilicet extẽſionẽ ad alia iura. Circa idem pun
l ctum dicit [l] Io. Fab. quid ergo? pone quòd ego fui extra patriã in mei abſentia, tu occupaſti fundũ, quod tunc pleno iure poſsidebã, reuerſus ago cõtra uti poſſidetis. ego probo, quòd ego poſsidebã tẽpore mei reuerſus, & pono quod animo retinui ciuilem. Tu probas, quòd biẽnio circa, tu poſsediſti palã & publicè. quæro quis erit potior? certe ego ſum potior. Nã ſemper retinui ciuilẽ: quia tu intraſti clam à me, & me abſente: igitur uidetur, ꝙ obtineã. de hoc in Spec.
m in ti. de petito. & poſſe. [m] uer. qd ſi peto fundũ. Curia Frãciæ tenet, ꝙ ille eſt potior, qui poſsidet de facto ultimo anno: & eſt ratio, qa caſus nouitatis eſt annalis. unde ſi intentas paſſus fuerit aduerſariũ poſsidere per annũ, eidem imputetur. quia infra annũ non querelauit: quod nõ poteſt procedere de iure in caſu, quo poſſeſsio anno ꝑdit̃: de quo tetigit idẽ Io. Fa. inſt. de uſuc. §. quod autẽ. Et ſecũdũ hoc de iure erit difficilis probatio in hoc interdicto. Et ideo, ſi actor nõ incidit poſſeſsioni corporali, eſt expediẽs uenire ad Io

cũ cũ teſtibus. & ſi nõ admittatur, uel repellatur, uel ſuſpicetur ſe poſſe repelli, agat interdicto, unde ui. in quo lõgè eſt facilior probatio; ſi fiat, ſicut nũc dixi. Et maximè, in quaſi poſſeſsione iuriũ: ubi nõ oportet probare ſpoliationẽ. extrà de ſent. & re iudi. in c. ſuborta. per Inn. Circa tamẽ hoc do. Io. Fa. poſt Inn. puto aduertẽdũ, quia licet in iuribus nõ ſit neceſſe probare ſpoliationem, tamẽ eſt neceſſe probare denegationẽ & cõtradictionẽ: per quæ in iuribus inducit̃ ſpoliatio, ut plenè dixi in apparatu meo ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. in gl. ſuper uerbo, uel quaſi. Et dicit do. Io. Fab. ubi ſ. ꝙ aduocati Franciæ ſemper concludũt in ui turbatiua, etiã pro iuribus: licet ibi ſit difficilior probatio: ſed hoc faciũt, quia res cõtẽtioſa ponit ad mãnũ curiæ de cõſuetudine ipſius curiæ Frã
5 cię. ¶ * Vltimò, dicit Io. Fab. [n] ubi
n ſuprà, quòd in materia caſus nouitatis curia Frãciæ ſemper tuetur in poſſeſsione illũ, qui reperitur poſſeſſor indiſtinctè, quãtũcunq; appareat de ꝓprietate: quod ſecus eſt de iure, iuxta c. ad decimas. de reſtit. ſpolia. lib. vj. ¶ Verùm, quia ſuprà dixi, quòd res ponitur ad manus cu-
6 riæ de cõſuetudine, * quæro an
o poſteà fiet recredentia [o] potius ius habentibus in poſſeſſorio. Dic quòd ſic de ſtylo, ſup quo uide Archi. in c. nõ ſolùm. ſuper uerbo, innouata. de app. in vj. &

uide l.pen.de aqua quoti.& æſti ua.& no.per Bar.in l.pen.§.ij.ff. de itin.act.priua. ¶Item in materia poſſeſſorii retinendæ eſt unus modus practicādi, ſcilicet
7 caſus manutenentiæ.* Nā ſi quis dubitet ſe turbari in poſſeſsione ſua, impetrat manutenētiā à rege uel ſeneſcalo: & tunc rex mandat, quòd uocatis euocādis, &c.in poſſeſ.in qua repertus fuerit manuteneatur,&c.& in ſignū manutenentiæ arma regis affigantur &c. Et circa poſſeſſoria prędicta eſt aduertendum, quia in regno Frāciæ illa practicātur modis prædictis: non ſolum in rebus prophanis, uerum etiam in beneficialib⁹, ex antiqua cōſuetudine regni: quam conſue-
8 tudinem dominus* noſter Papa Martinus de tempore meo, ad requeſtā regis Frāciæ Caroli ſeptimi approbauit, & cōfirmauit ſtylum curiæ Franciæ, etiam reſpectu cauſarum beneficialium. ut patet ſ.quæſtio.prima. & ubi inſeri fecit bullam ipſius domini noſtri Papæ: quia alibi in hac patria Delphinal.ut credo, non habetur. Sed eam cepi in archiuis curiæ belliuatus Lugdunen.
9 ¶* Sed iuxta hæc quæro, an dicta bulla cōfirmatoria dictæ cōſuetudinis dicatur extendi ad hanc patriā Delph. Credo quòd ſic, per uerba dictæ bullæ ſuorū regni Franciæ & Delphi. Et ita etiam ſeruat hæc curia parlamenti Delphinal. quia hæc poſſeſſoria ſunt temporalia, & non ſpiritualia. ut plenè dixi ſuprà quæſt.j. & quæſt.lxxxv. & quæſt. cvij. & ibi etiam in dicta quæſtione prima, tetigi de materia caſus nouitatis.

a ¶Arreſtum. T*enor arreſti & ſtatuti de nouis ſinc. caſu nouitatis & ſayſinis, per dominum Ludouicum Francorum olim Regem editi. de caſu autem nouitatis & ſayſinæ tangitur per commentatorem pragmaticæ ſanctionis, in decreto de cauſis. in §. neque à grauamine, in quacunque inſtantia. in glo. in uerſi. nequiret. in uerſi. ex prædictis.*

b ¶Sayſit. D*e iſto uer. ſayſit. fit men. in cap. clericis laicis. in §. nos igitur. extrà de immu. eccle. lib. vj.*

c ¶In §. adipiſcendæ. V*oluit allegare. §. ſumma.*

d ¶Caſus nouitatis. L*egis ferè uti poßidetis, ut exponit formaliter do. Io. Fab. in præ. §. retinendæ. in prin. et ibi facit ſpecificam mentionem de caſu nouitatis, & in xij. col. in uerſi. quid ergo.*

e ¶Adipiſcendæ. V*oluit allegare §. retinendæ.*

f ¶Circa tertium. A*uthor præterit ſecundum, in quo tractatur, contra quem datur interdictum, uti poßidetis. fortè ideo præterijt, quia non tangitur ibi, quod concernit ſingulariter ſtylum curiæ Franciæ in quo ad caſus nouitatis, quæ eſt materia præſentis ſpeculationis.*

g ¶Dicit Io. Fa. I*n v. col. in §. ſuper quarto. in uerſi. quid ſi quis.*

h ¶Teipſum excluderes. A*lleg. ff. de ui & ui arma. l. ſi metu rerum.*

i ¶Styl. Franciæ. V*oluit dicere canoniſt*

noniſtarum.

k ¶ Dicit. *Inno.vij.colum.in §.circa quintum.in uerſic.iura canonica.*

l ¶ Dicit. *In ix.col.in uerſi. idem uidetur ibi, quid ergo. &c.*

m ¶ Spe.in ti.de petit.& poſſeſ. *In ij.parte.in §.j.in ix.col.circa princ. Et adde, quod egregiè proſequitur in materia huius q.d.Io. An.in ſi.præ. §.in addi. quæ ad intellectum autem eius.*

n ¶ Vltimò, dicit Io.Fa. *Nunc tranſit author ad ſe primum, de quo dicit per d.Io. Fa.§.nunc quærendum. in xij.col.in uerſi.quis ergo.*

o ¶ Recredentia. *De recredentia, et eius effectu, uide in pragmati.ſan.in decreto, de collationibus.in §. item ad dictas duas partes.in l.pacificè. quæ ponitur ſub uer.poßidebunt.& in decreto de cauſis.in §.neque à grauamine, in quacunque inſtantia.in glo.no.regulam poſitam.in uer. quæret.in uerſicu.ex prædictis non puto.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia condemnatoria, an abſolutoria debeat ſequi, ſi qualitas in actione uel accuſatione non fuerit probata.*

QVAEST. CCCCCLIII.

SI QVIS accuſetur alium
1 percuſsiſſe cum* ſanguinis effuſione, & non probetur ſanguinis effuſio, an ſequi debeat ſententia abſolutoria. Hãc quæſtionem ponit Cy.in l.ij.de proba. Et ibi uidetur tenere, ꝙ non debeat ſequi cõdẽnatio, ſed abſolutio, per l.denũciaſſe.§.quid tamen.ff.de adult.& l.prætor.§. dotem.ff.ui bo.rapt. Gul.de Cu. hanc quęſtionem ponit in lege, quid ergo. §. pœna grauior.ff. de his, qui no.infa. qui uidetur dicere, ꝙ poſsit ſequi condemnatio.arg.l.bouem. §. aliquod. ff.de ædil.edic.d. Barto.in d.§. quid tamen. ſic dicit, ꝙ aut illa qualitas, quæ non probatur, facit ceſſare actionem ſeu accuſationem propoſitam: tunc debet ſequi abſolutio. ita loquitur l. prætor. §.dotem.ff. ui bo.rapt. nam ſi homines nõ ſunt coadunati, uel nõ ſit factum in turba, non habet locum illa actio, aut illa qualitas non facit ceſſare actionem propoſitã.& tũc quandoq; alterat factum ſeu^a crimẽ: a
quia facit illud eſſe aliud factũ, tunc niſi qualitas probetur, non poteſt ſequi cõdemnatio. caſus eſt in d.§.quid tamẽ. Quandoque non alterat factum: tunc ex eodẽ proceſſu poteſt ſequi condemnatio. Tamẽ hic eſt aduertendum, ſecundum Batt.quia ſi effectus cõdemnationis eſt aduerſus, propter illam qualitatẽ, debet detractio qualitatis fieri pendente iudicio: aliàs nõ poſſet ſequi condemnatio. ut dicto §. qui tamen. Nec obſtat l.bouem.§.aliquando.quem allega. Gulielmus de Cuneo, quia ibi uerba petitionis poſſunt aptari ad redhibitoriam, ſicut ad actionem quãto minoris. nam quod nihil eſt, minus eſt: ut ibi patet. dom.Ioan.de Graſsis pręceptor meus, mouet hanc quæſtionem in d.l.ij. C.de probationibus.&

b poſt multa refert ibi, ꝙ Bal.[b] & Iaco. de Aret. dicunt, ꝙ de conſuetudine non attenditur ad illam qualitatem: & illa conſuetudo etiã ſeruatur in curiis pręſentis patriæ Delphi. in quibus iudices procedunt ad condẽnationem reſpectu negotii principalis. licet non probetur qualitas adiecta in denũciatione uel accuſatione: ita uidi ſemper ſeruari in aſſyſiis & in aliis curiis Delphinalibus. ¶ De materia iſta, ſi qualitas adiecta in accuſatione, non probetur, debeat ſequi abſolutoria: plene tractat Ange. de Are. in tractatu ſuo, de maleficiis. in gl. ſup uerbo, cõparent inquiſiti. & partim negat, & partim cõfitetur. uide Ioannem Ferrarii, in titu. forma inquiſitionis ſuper maleficiis. in gl. ſuper uerbo, hoc eſt &c.

a * Alterat factum ſeu crimen. *Et qualitas perſonæ, contra quam delinquitur, aggrauat culpam: ut not.* Petrus *de Ancha. in capitu. j. de cal. ſimiliter delinquentis. ut l. presbyteri. C. de epiſco. & cleri.* Et *qualitas rei, in qua delinquitur, aggrauat pœnam. ut per eundem* Petrum *de Ancha. in capitu. j. de furt.*

b ¶ Bald. *In uerſicu. ex quibus allegationibus. ubi refert domi.* Iaco. *de Are. concluſiſſe: & de facto conſuluiſſe ſiue per accuſationem ſiue per inquiſitionem procedatur, in quæſtione propoſita abſolutionem ſequi debere: ſed ſubdit ipſe domi.* Baldus *quòd communiter ſeruatur contrarium: & ratio ſecundum eum, quia de conſuetudine accuſator, non proponit unam legem, ſed omnem legem, dum dicit per ipſum puniri, ſecundum formam iuris, & ſic tutorum. & talis libellus procedit de conſuetudine. pro qua allega. gloſſã ordinariã in lege, ſenatus. ff. de accuſa.* Et *ideò dicit, quòd ſufficit alterum probari. & hoc uerum, niſi qualitas uera remoueretur: & factum ſimplex à naturali eſſe.* Pro. *cuius quidem intelligentia habenda ac clara deciſione, præſentis quæſtionis, uide omnino domi.* Salycę. *in lege, tutores. in uerſicu. expeditis. & in uerſicu. ampliando tamen materiam.* C. *ad legem* Iuliam *de ui publica & priuata.*

SVMMARIVM.

1 Humbertus, *Delphinus* Viennenſis, *inſtituit* Conſilium *Delphinale: ſuiſque decretis & legibus ſanxit.*

2 *Humberti inſtitutum de* Gratio*nopolita: uniuerſitate, doctoribus illuſtranda.*

QVAEST. CCCCCLIIII.

IN camera computorum Delphinalium uidi literas paten-
1 tes, in quibus* apparet qualiter illuſtris princeps dñ. Hu. Delp. Viennen. die j. menſis Auguſti, an. M. cccxl. Et ſic antè, quàm ipſe trãſtuliſſet præſentẽ patriam Delphi. in domũ regis Franciæ, fecit, ordinauit, & inſtituit conſilium ſuũ, qđ tunc uoluit decętero nuncupari conſiliũ Delph. & reſidere debere perpetuo in præſente ciuitate Grationop. Cui conſilio cõceſsit merum & miſtum imperium, & omnimodam

iuriſd

iuriſdictionem in toto Delphinatu, in omnibus fidelibus & ſubditis eiuſdem. Voluitque etiam ipſe dominus quondam Delphinus pro ſe & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in dicto Delphinatu, quòd dictum conſilium ſit maius ſuper omnes iudices & officiarios Delph. & ꝙ ad ipſum conſilium tãquam ad maius & ſuperius recurſus habeatur. Et quòd eidem conſilio ut maior ab omnibus & in omnibus obediatur. & quòd recipiat dictum cõſilium ſupplicationes quaſcunque, & concedat literas iuſtitiæ, & puniat officiales Del. & cõtra quoſcũque inquirat & puniat. Cõmiſſariosq; officiales eligat, & trãſmutet caſtraque & fortalitia Del. cuſtodiri, muniri, reparari, & ædificari faciat, emancipationes, tutoresq; & curatores decernat, decreta interponat, recognitiones & terraria recipiat, & recipi faciat. Statuta, ordinatiões pro bono iuſtitiæ ac ſtatu patriæ, quoties eidem uidebitur, cõponat. Et quòd poſsit etiam dictũ conſilium omnibus officialibus & ſubditis Del. mandare & præcipere. Et inhibuit tunc præfatus dominus Humbertus Del. cõſiliariis dicti ſui cõſilii, tunc præſentibus & futuris, ne patrocinia præſtent, neque officio aduocationis utantur in curiis tẽporalibus præſentis patriæ. Niſi tantummodo in curiis ſpiritualibus, & in quæſtionibus, & cauſis extra pręſentem patriam uẽtilatis. Voluit tamen & cõceſsit præfatis ſuis conſiliariis, ꝙ ipſi poſſunt arbitria & compromiſſa in ſe ſuſcipere [a], ut etiam dixi ſ.q.lxix. multa alia etiã tunc ſtatuit & ordinauit præfatus do. Humbertus Del. quæ hic longũ eſſet enarrare. Notandũ tamen, quòd ſecundum enarrata dicto tempore uigebat ſtudium in omni facultate in pręſenti ciuitate Gratio. quoniam ibi ordinauit* & ſtatuit præfatus dominus Humbertus Del. quòd inter cæteros conſiliarios in dicto conſilio ſint quatuor doc. in d. uniuerſitate Gratio. actu legentes: uidelicet duo in iure ciuili, & duo in iure canoni. Sed hodiernis temporibus poſtquam illuſtriſsimus princeps & dominus noſter d. Ludouicus Rex Francorũ Caroli ſeptimi primogenitus Del. Viẽnen. fecit in hac patria Del. reſidentiam: ipſe de anno do. M.cccclij. mutauit nomẽ dicti conſilii in parla. Ita quòd hodie dictum conſilium nũcupatur parl. Delp. prout etiam de hoc ſcripſi ſ.q.xliij. ¶ Et ultra authoritates & pręrogatiuas, ut ſuprà dudum per d. Humbertum Del. pedẽ conſilio cõceſſas, habet dictum conſilium Del. aliam prærogatiuam ex antiqua conſuetudine: quia ab eorũ ſententia tanquam à ſententiis præfectorum prætorio non appellatur: ſed ſupplicatur: ut dixi ſ.q.l. & q.ccccxxxvj. in uerſi. xlv. quæ-

ro

ro &c.& in d. q. etiam ſcripſi de
alia prærogatiua dictæ curiæ
parl.uidelicet quia ſentētiæ do-
minorum dicti parl. mandantur
executioni,nō obſtantibus ſup-
plicatiōibus quæ ab eorum ſen-
tentiis emittūtur.ut ibi plenius.
¶ An domini de parl.poſsint ſi-
bi acquirere in hac patria Del.
uide quæ ſcripſi ſ.q.cxcv. Quid
de iudicibus inferioribus, an
poſsint cōtrahere? dic ut diſtin-
guit glo.in l.ſi qui.C.ſi cert. pet.
quam glo.tenet & ibi recitat de
uerbo ad uerbū Iaco.Bu.& facit
bene quod no.per Bar.in l.pre-
ſidis.ff.ſi cer.pet.& l.non licet.ff.
de contrahen.emp.& uen. ¶ An
domini de parla. debeant eſſe
exempti à contributione ſubſi-
diorum Del.uide ſ.q.ccclxxvj.&
de poteſtate & authoritate cu-
riæ parlam.uide ſ.q.cxcvij. & q.
cxcviij. ¶ De camera cōputorū
Delp.uide quæ dixi ſ.q.ccccliij.

a ¶ In ſe ſuſcipere. *Licet iudex ordi-
na. in ſe arbitrium & cōpromiſſum
ſuſcipere non poßit: ut l.ſed & ſi in
ſeruum.§.ſi quis iudex.ff.de arbi.po-
teſt tamen alter ex dominis cōſilia-
riis ſuſcipere: ut hic dicitur. quia ceſ-
ſant rationes prohibitionis, quas tā-
git do.Gof.in ſumma ti.de arb. in §.
item prohibetur compromitti in iu-
di.eſt in uerſi.& eſt triplex ratio,ex
quo non compromittitur in conſiliū,
ſi in aliquos de conſilio.De iure autē
ca. pōt cōpromitti in iudicē ordina-
rium & delegatum.c.cum tēpore.&
c.innotuit.ſed arbitrator pōt ordina-
rius etiā de iure ciuili aßumi: ut is iur-
gium dirimat amicabili compoſitio-
ne.ut in authen.ut diffe.iudi.in §. ſi
uero contigerit.coll.ix.& ibi d.Ang.
ita tenet in prædic.§.ſi quis iudex. d.
Odof.qui illum §.tāgit in l. Pedius.
& d.Bar.& Bald.qui prædi. § ex-
pedit.in ti. §.ſed ſi ita.*

SVMMARIVM.

*1 Corrumpens filiam nondum uiripo-
tentem, qua pœna puniatur. & nu.3.*
*2 Voluntas debet attendi, in raptu
uirginum.*

QVAES. CCCCCLV.

VIDI dubitari in camera
conſi.M.cccclxj.& die xx-
viij.mēſis Ianuarii,ſi attētas co-
gnoſcere carnaliter puellā æta-
1 tis decem anno.& * ſic nondum
a uiripotentem [a], dicatur incidiſ-
ſe in crimē raptus uirginum, ut
capite puniatur: & tūc d.Io. Ba-
uilli utriuſq; iuris doctor præſi-
dens, dixit quòd non: cùm non
potuerit delictum perfici in talē
puellam, non uiripotentem. Pro
quo alle.l.j.in §.fi.in fi. ff. de ua-
riis & extraor. cogni. Et prout
ipſe do. Io.Bauilli ibi retulit, ita
fuit iudicatum in Ebreduno, de
2 tēpore, quo ibi reſidebat. * Ali-
qui tamen ex dominis parl. di-
xerunt fore puniendū, ac ſi per-
fectum fuiſſet delictum: quia in
talibus attendi debet etiam uo-
lūtas cum aliquo actu extrinſe-
co: licet actus non perficiatur. l.
ſi quis non dicam rapere. C. de
epi.& clec. Sed ego fui opin. d.
domini præſidentis. non tamen
per d.l.quā alle.ſed per text.qui
b hoc clarius probat, in l.ſi quis. [b]
§.

§.qui nondum uiripotẽtes.ff. de pe.& in l.ſi ſtuprum.ff. de iniur. quòd tales non debẽt capite puniri. Sed humiliores in metallũ damnãtur: honeſtiores uerò in inſulam relegãtur, uel in exiliũ mittuntur:ut in d.§. qui nõdum uiripotentes. & ita fuit concluſum.
3 ¶* Sed ultra præmiſſa dicerem, quòd ſi talis puella non-
c dum uiripotẽs raperetur[c], quòd tunc locum haberet pœna capitalis, per l. unam.in princi.C. de rapt.uirgi. Ibi, raptores uirginũ &c.quia tex.in d.§.quę nondum uiripotẽtes, nõ uidetur loqui in puella rapta: ſed tãtummodo in puella corrupta abſque raptu: & ita uiderentur caſus diuerſi. Sed de hoc ultimo caſu tunc nõ fuit tactum inter dominos parlamẽ. ¶ Qualiter puniatur raptor mulierum, uide quæ plenè dixi per unam diſtinctionem, in notabilibus meis.in §. cũ quæritur &c.

a ¶ Nondum uiripotentem. *Talis de conſuetudine regni ſuſpenditur: ut dicũt cõſuetudinarij. Ia. refert. d. Io. Fab. inſtit. de pub. iud. in §. item lex Iul. in gl. hac diſt.*

b ¶ L. ſi qui. *Puta la iij. quæ exorditur, ſi quis aliquid ex metallo.*

c ¶ Raperetur. *Et ſic eſt diſtinguendum, an talis puella ſpõte ſtupretur, an per uim: quia primo caſu punitur pœna, de qua in §. quæ nondum uiripotentes: hic alle. ſecũdò uerò capitali uenit plectẽdus: ut in §. ſi autem per uim inſti. de pu. iudi. ubi autem uirgo uiripotẽs ſtupraretur, nõ per uim mitiori pœna, quam primo caſu ſancitur, imponitur: ut in præall. §. item lex Iulia. & de hoc eſt gl. j. & ibi d. Pan. in c. peruenit. de adul. & ſtup.*

SVMMARIVM.

1 *Relictum pium an poſſit Epiſcopus in aliam piam cauſam conuertere.*

QVAEST. CCCCCLVI.

TESTATOR quidã reliquit certas pecunias, uel
1 * alium ad certum actum pium: puta in ueſtimẽtis pauperũ. Epiſcopus uult expendere in alios actus pios, ut potè in redẽptiõe captiuorum, uel reparatiõe põtium. Vtrũ poſſit? uidetur quòd ſic: quia iſta eſt pia cauſa ſicut alia. Tu dic contrà, quòd ubicũque eſt certa diſpoſitio teſtatoris: reſpectu cauſæ uel perſonæ, uel loci, non poteſt per Epiſcopũ alienari: per l. ſi quis ad declarandum. in §. ſin autẽ in perſonam certã. C. de de epiſ. & cle. Et ita fuit iudicatũ, ut ibi refert Iac. Bu. per d. §. ſin autẽ. licet quidam dixerint contrarium. Et uide circa hoc, quod ponitur in l. legatũ. & ibi tex. & Bar. ff. de admi. rerũ ad ciui. perti. & in l. liberto. §. largius. ff. de annuis leg. & ibi etiam tex. cum glo. & melius ponit Bar. in d. l. legatũ. Poſt hæc ſcripta reperi Ange. de Peru. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. qui dicit, quòd Papa nõ poteſt per ſuas literas in aliũ uſum cõuertere de poteſtate ordinaria, niſi iuſta cauſa ſubeſſet: puta, quia uſus deputatus, non poteſt perfici: uel non commodè. ff. de uſufr. leg. l. legatum. de admini,

mini.rerum ad ciui.perti.l.j.& l. fi.de poteſtate uerò abſoluta,po
a teſt[a]:ut C.de prec.imper.offe.l. quoties.& ibi not.per Innoc.de cōſtitut.c.quę in eccleſiarum.ita dicit ibi Ang.De materia piorũ relictorum,plenè tractat Io.An. in addi. Spe.in ti.de inſtru.edit. Et ſcripſi etiam ſ q.cc.in fi.&c.
a ¶ Abſoluta poteſt. *Facit quod legitur & no.in c.propoſuit.de conceſ. preben.*

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum an competat mihi, ſi iniuria illata ſit meo ſeruitori, aut officiario.*

QVAEST. CCCCCLVII.

ALIQVIS uerberat pro-
a curatorem meum [a]uel officiarium meum, dum eſt in geſtione, & dum eſt in executiõe
1 officii.Nũquid *mihi competit
b actio iniuriarum[b]?dic quòd ſic: quia ipſi repræſentãt perſonam meam,quandiu gerunt negotia mea, & meo nomine:unde ſi qs uerberet iudicem uel officialẽ alicuius ſuperioris, dum eſt in executione officii, uidetur eſſe
c illata iniuria ſuperiori, [c] cuius perſonã gerit in eo ſtatu. Secus ſi non eſſet in executione officii.argu.ff.de offic.eius,cui mãdata eſt iuriſdictio.l.& ſi prętor. Et facit ratio, quia iniuriam illatã militibus iuxta latus principum exiſtentibus, princeps reputat ſuam.C.ad l.Iul.maieſta. l. quiſquis.ſecũdum Pe.& Ia.de ra. in l.addictos. C.de epiſc. aud.& tenet Cy.in l.ſi nõ couicii. C. de iniur. ¶ Et ex his ſumpta eſt practica in regno Franciæ, ꝙ uerberantes ſeruientes regios, qui exercent eorum officia, capite puniuntur, aut manus eius amputatur propter iniuriam illatã principi: in hac autem patria Del.pecuniariter puniũtur: aut aliàs arbitrio iudicantis, ſecundum qualitatem perſonarum & delicti exigentiam. ¶ Qualiter autẽ de iure facientes rebellionem officiariis uel ſeruienti, ſeu curiæ puniuntur. dic ut not. per Cy.in d.l. ſi non conuicii. & per Barto.in l.ſi quis.§.ſi quos.ff. de pœnis. ¶ Sed iuxta hoc quæro, an debeat ſtari relationi ſeruiẽtis,aſſerẽtis ſe iniuriatum fuiſſe in exercitio ſui officii. Pe.Iac.in tit.de conſti.pecu.libellus.dicit, quòd nõ,per l.ea quidem. C. de accuſ. Sed ꝙ ſolùm eſt eidẽ credendum ſuper citatiõe, ex quadam conſuetudine: ut ibi dicit Pe.Ia. Sed in hac patria Delphi. creditur ſuper citatione ſeruiẽti Delph.non de conſuetudine. ſed uirtute iuramẽti per eũdem ſeruientem præſtiti præſidi patriæ, uidelicet domino gubernatori,aut uenerabili curiæ par la.de faciẽdo iuridicas relationes citationum,& aliorũ expletorum uirtute dicti ſui officii.Si tamen ille, qui dicetur citatus, probare uellet contrarium, ad hoc admitteretur.ar. C. de contrahend.& committen. ſtipul. l. optimam.§.fina.Et fortè per iuramentum, ſi admitteretur probatio

batio in contrarium contra talem ſeruientem inſpecta conditione ſeruiētis, & illius, qui dicitur citatus. Et conſiderata qualitate negotii, ut dicit Pet. Iaco. ubi ſ. Et de hoc etiam tetigi in tractatu meo de præſumptioni. in uerſic. an debeat præſumi &c. Qualiter puniatur eripiens captiuatum in manibus ſeruientis Delph. uide j. q. ccccclxxix. ¶ De materia ſeruientis Delp. & qualiter ſibi credatur: uide j. q. cccccxxviij.

a ¶ Procuratorem meum. *Adde quòd etiam impediēs procuratorem meum, dicitur mihi inferre iniuriā, ut dicit Bald. in l. oſſa. ff. de reliq. & ſum. fu.* 1

b ¶ Actio iniuriarum. *Facit ad hoc propoſitum, quod habetur in dote. Tholo. quæſtio. cexlj.*

c ¶ Iniuria ſuperiori facit. *Iniuria facta paſtori, intelligitur fieri domino: & eſt in arg. quod quis admittatur ad accuſandum de iniur. facta famulo, ut per dominum Bald. in l. ſi quis homicidij. in fi. C. de accu. eſt uerum, quando iniuria occaſione domini idem in eius contumeliam facta fuit: ut per dominum Cardi. in cle. j. in xiij. not. de exceſ. præla. aliàs ſecus poſſet in adiūctis ad accuſandū criminaliter: ut determinat dominus Bartol. in l. j. in §. idem ait. in fin. ff. de iniur. & etiam ad agendum de dolo pro intereſſe ſuo, ſecundum dominum Innocen. in c. dilectus. in glo. ſua in uerbo. ciuitatis, extrà de appella. hoc autem eſt notandum, quòd ſi colono famulo domeſtico officiali procuratori, geſtori negociorum, & cæteris talibus in ipſa geſtione ſeu rei commiſſione, uel executiōe fuerit facta iniuria in contumeliam domini ſeu authoris, id eſt eius, à quo habet authoritatem ſiue commiſſionem negotij, officij, ſeu rei exercendæ aut exequendæ, facta fuiſſe iuris inquàm fictiōe propter repræſentationem perſonæ domini ſeu authoris ſeu ſuperioris, per tales in eo ſtatu facta. ut elegan. ſentit do. Cyn. poſt do. Iac. de Ra. in l. ſi non conuicij. in ij. col. in iiij. C. de iniu. ubi formaliter tangit præſentem quæſtio.* 1

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius notorius celebrans, num ſit ipſo iure irregularis, & priuandus beneficio. & nu. 2.*

QVAES. CCCCCLVIII.

FVIT dubitatum incidenter in quadam cauſa beneficiali in materia *poſſeſſorii, uigore pragmaticæ ſanctionis, in dicta curia parlamen. an notorius concubinarius celebrās, ſit ipſo iure irregularis, [a] & priuandus beneficio. Pro cuius quæſiti reſponſione præmittendum eſt, ꝙ monachus uel presbyter tenens notoriè ſeu publicè cōcubinam ſeu focariā, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio: & quo ad ſe & quo ad alios. per tex. in c. nullus. & c. præter hoc autem. xxx. diſt. & c. neſtra. & c. tua. & c. fin. extrà de coha. cler. & mulierum. Et eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio, per præmiſſa iura: & à beneficio per ſententiam, ſecundum Hoſti. in ſumma, de cohabi. cleri. & muli.

muli.§.quam pœnam.uerſ.ſi uerò ſit notorius.Idem tenet Hen. Bohic.in c.ſi quiſquam.in ij.ſua diſtin.extrà.de coh.cle.& mulie. & Fran.de Zab.But.& Pan. in c. ueſtra.& c.ſi.extrà eo.tit.Secundò præmittendum eſt, quòd ſuſpenſus ab officio, & quo ad ſe, & quo ad alios, ſi celebret & ſe immiſceat in diuinis officiis, b efficitur irregularis [b]: ut in c.j. de re iud.li.vj.& in c.cũ medicinalis. §.fin.de ſen.excom.lib.vj. & hoc idem tenet Inn.Hoſti.Io. An.Hen.Bohic,Frã.de Zab. Bu. & Pan. & communiter omnes doc.in c.ſi celebret ingenio.extrà de cle.excommuni.mini. Idẽ Inn.& Io.An.in c.j.extrà de cler. 1 peregri.ubi dicunt,quòd ſuſpẽſus ab officio propter crimen à iure, uel iudice, ſi celebret, eſt irregularis.Idem tenet Hoſtien. in d.c.j.de ſenten.& re iudi.libr. vj.& in d.c.cum medicinalis. de ſenten.excom.Idem tenet Guli. de monte lau. Franc.de Zab. & Inno.in cle.j.de priui.Ex quibus a patet concluſio, quòd notarius concubinarius celebrans incurrit ipſo facto irregularitatẽ. Et ita fuit cõcluſum, Ex quo ſequitur, ꝙ uenit beneficio ſuo priuandus, ſuper quo uidenot, per doc.in c.ſi.extrà de cleri.excom. milit. ¶ De materia irregularitatis,plenè tractat Archid.in c. j. de regu.iur.lib.vj.

a ¶ Irregularis. *Hoc autem notandum, quòd irregularitas non extenditur, niſi ad caſus in iure comprehenſos:ut ſentit dom.Innoc.in c.tanta.in gl.hic uidetur.in uerſ.hac autẽ interpretatio.extrà de exceſſio.prælа.Et poſt eum do.Arch.c.ii,qui glo. hoc manifeſtè, extrà de ſentent. excom.lib.vj.& ibi domi.Petr.de Ancha.in j.no.*

b ¶ Efficitur irregularis. *Adde Spe. de diſpen.§.iiij.uerſi. item not.quòd ſuſpenſus notanter dicitur ſuſpenſus ab officijs. quia ſuſpenſus à benefic. celebrando non efficitur irregularis. Spec.ubi ſ. Et aduerte,quòd licet irregularis ſuſpendatur ab officio:non tamen ſuſpenditur à beneficio:ut no. d. Inn.in c.niſi cum pridem.extrà de renuncia.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi delinquentis punitio ad quem pertineat.*

QVAEST. CCCCCLIX.

AD quem pertineat correctio & punitio monachi delinquẽtis, * [a] an ad Abbatem 1 uel ad diœceſanũ? aliqui dixerũt,ꝙ ad diœceſanũ,per text.in c.de pſona.xj.q.j.& ibi glo,& in c.j.xviij.q.ij.& ibi gl.facit tex.in c.uolẽtes. de priuilegiis. lib. vj. ubi expreſsè delinquentes in loco non exempto, puniuntur per diœceſanũ. facit text. in c. monaſteria,decimaoctaua,quęſtione ſecunda. ubi text. ad literam. Alii dicunt quòd pertinet ad Abbatem,qui mouentur, primò per text.in c.ad noſtram. extrà, de appellatio. & in c. ea quæ,extrà,de ſtat,mo. in prin. & ibi gloſſ. & doctor.ibi dicunt, ꝙ uiſitatores capituli generalis faciunt

faciunt ſuos monachos delinquentes corrigi per eorũ Abbates: iuxta beati Benedicti regulã & apoſtolica inſtituta. facit text. in c.repræhenſibilis.in fin.extrà, de app.& in c.cum ab eccleſiarũ. & in c.quanto.& ibi glo.& doct. extrà, de offic.ordin.facit text.in c.moniales.extrà, de pur.canon. ubi moniales de libidine monialiũ in ſuo capitulo puniũt eas.& facit text.in c.ſuſcepimus. extrà, de homicidio.ubi Abbat.conſulentes Papam, quid eſſent facturi de monachis eorũ, qui homicidiũ perpetrauerãt: cõmittit eis, ut ad eorũ arbitriũ puniant: & ſi eſſent puniẽdi per diœceſanos, mandaſſet id fieri per diœceſanos.arg.c.ad audientiã.extrà, de decim.& ſic Abbates de grauioribus cognoſcunt, ſicut ſunt homicidia. Facit ad hoc, quia monachi delinquentes debent corrigi per Abbatem, qui debet eos corrigere iuxta beati Benedicti regulã, & apoſtolica inſtituta: ut in c.ad ea quæ.extrà, de ſtatu monachorum. Si ergo punit Abbas ſecundũ regulam, quæ regula mãdat eos puniri pro grauioribus delictis, & delicto carnis: ut in regula beati Benedicti, in xxv.& xxviij.c. Sed cũ deficit regula, id eſt, quia pœna nõ habetur in regula certa, punit eos Abbas, ſecundũ canonica inſtituta, per d.c.ea quæ. Excipitur tamen caſus degradationis: quia ſi ageretur cõtra monachum de delicto degradationem requirẽte: tunc non ad Abbatem, ſed ad diœceſanum pertinet, ſiue ſit actualis, ſiue uerbalis degradatio: quia inferior epiſcopo non poteſt de illo cognoſcere, de quo in c.degradatio.de pœnis.lib.vj. Concluſio uerò in iſta materia, quam ſequitur poſt glo.j.Innoc.Hoſtien. Ioan.And. Henr.Bohic, Anto.de But.in d.c. quanto. de offic.ordi.& Ioan.de Ligna.in tractatu ſuo, quem ipſe fecit de hac materia, ſcilicet ad quẽ pertineat correctio monachi delinquentis, etiam in loco non exẽpto, ſemoto quocunque priuilegio, & cõſuetudine, & exceptione: quia cum appareat de illis exceptionibus, cõſuetudine, uel priuilegio, illa eſſent ſeruanda iuxta ipſorum formã & tenorem. Quòd ad Abbatẽ pertinet cognitio criminis ſui monachi, cum agitur cõtra eum, in inquirendo uel denũtiando. Et ita intelliguntur iura pro ſecũda opi. allega. ubi uerò ageretur de crimine contra monachum, directè eum accuſando, & in forma contentioſa accuſando eum directè, tũc pertinet ad epiſcopũ & diœceſanum: & ita intelligũtur iura ſuprà j.loco allegata. ratio: quia ut dicũt Inno.Hoſt.Henr.Bohic, & Anto.de But.in d.c.quanto.in cauſis criminalibus, quæ uia accuſationis tractantur, tales ſpectant ad epiſcopum uel Archid. & non ad Abbatẽ: quia ipſe non poteſt tales cauſas tractare.xviij. q.iij. c.monaſteria. Et præmiſſa locum habent, etiã ſi monachus

committat delictũ extra clauſtrũ, uel in alia diœceſi, in qua nõ eſt ſitum ſuum monaſteriũ: quia monachus ubicunque ſit, ſemper eſt ſub iuriſdictione Abbatis. c. ſtatuimus.xix.q.iij. Et hoc optimè probat text. in c. cum illorum. de ſenten. excom. ubi ſi duo monachi diuerſorũ monaſteriorum ſe adinuicẽ percuſſerint, pertinebit ad utrunque Abbatẽ abſolutio: & ita Abbati pertinet cognitio ſui monachi delinquẽtis extra ſuũ clauſtrũ. Si tamen delictũ monachi eſſet notoriũ, quod uix eſſe poteſt, ſecundũ Ant. de But. in d.c. quanto. extrà, de offi. ord. ſublato quocunque circuitu, ſtatim poteſt epiſcopus talem monachum punire. Ita dicunt Hoſt. Ioan. And. & do. Ant. de Butr. in d.§. quanto. allegant c. Romana.
b §. notoria. extrà, de cenſi.[b] dicendum tamẽ eſt, ſecundũ eos, quòd fiat monitio, ſed in delictis occultis antequam monachũ delinquentẽ epiſcopus puniat, ne-
c ceſſaria eſt monitio,[c] & ꝙ moneat Abbatẽ, ut talẽ monachũ in ſua diœceſi puniat: alioquin ſupplendo eius negligentiã puniet. ita dicũt d. doc. in d.c. quãto, &c.

a ¶ Ad quẽ pertineat punitio monachi delinquentis. *Vide do. Pan. plenè tractantem & attingentẽ materiam huiuſce quæſtionis, in c. cum contingat. in vj. col. in uerſic. & primò quæro. extrà, de for. compet.*

* *Tu adde, quòd pro delicto ante ingreſſum commiſſo, monachus nõ poteſt conueniri, ſecundum Bar. in repe. auth. ingreſſi. colla. vij. uer. pro delicto. C. de ſacroſan. eccleſ. Et quid de monachis uel canonicis ſe percutientibus in clauſtro, an ſint mittẽdi ad ſedem apoſtolicam pro abſolutionẽ. Et quid ſi monachus percutit clericum ſecularẽ, an abſolutio refertur Papæ. uide omnino Pet. de Ancha. in c. cum illorum. de ſent. excom.*

b ¶ De cenſi. *Scilicet lib. vj.*

c ¶ Monitio. *Imò in notorijs cum Abbates non corrigunt ſtatim, correctio ad epiſcopum pertinet, ut dixit dom. Abbas, ubi ſuprà.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus an poſſit dominiũ in aliũ trãsferre, irrequiſito uaſalli cõſenſu.*

2 *Allodium, quid ſit.*

QVAEST. CCCCCLX.

DOMINVS Odofre. Epiſcopus Vapanien. dominus non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, ciuitatis Vapan. & caſtrorum eidẽ ciuitati ad cauſam dicti ſui epiſcopatus adiacentiũ, dudum circa ducenti anni lapſi ſunt, recognouit dictam ciuitatem Vapanien. & caſtra prædicta eidẽ adiacentia tenere de feudo Regis tũc Siciliæ, & ſucceſſorum in dicto regno, & comitatu forcalqueri. Et ipſum Regem fecit dominum ſuperiorem & maiorem dictæ ciuitatis, & membrorũ eiuſdem, ut Latius continetur in quodã inſtrumento in camera computorũ Delph. regiſtrato. Modo orta eſt quæſtio de præſenti inter dictũ Regẽ, & ciues dictæ ciuitatis Vapa. pro quadam talia, quã ipſe Rex eiſdem

eiſdem ciuibus imponere niti-
tur cõtra ipſorum ciuium uolun
1 tatem,ut ſ.q.cccccij.tetigi.*Mo-
do quæritur, ſi dictus epiſcopus
d.homagiũ facere potuerit di-
cto Regi, ſine uoluntate dictorũ
ciuiũ Vapa. & aliorum in dictis
caſtris epiſcopatus habitantium.
Et iſtud erat primũ dubium, de
quo tangere debuiſſet in dicta
alia quæſt.ſuprà,cccccli.ubi ple-
nè de hac materia ſcripſi. Sed
iſtud obliuione ibi omiſi tracta-
re. Pro deciſione tamẽ huius du
bii,arguendo ad partes,uidetur
a primò, quòd nõ potuerit[a] dictus
Odofr.epiſcopus Vapa.dict.ho-
magium recognoſcere d.Regi,
b ſine uoluntate,[b] & conſenſu di-
ctorũ ciuium & habitantiũ in di-
ctis ciuitatibus & caſtris,per tex.
in feudis. de prohib.feud.alien.
per Fede.in §.præthereà ducatus,
in fi.& hanc partem tenet Bald.
in c.generali.ſi de feud.defunc.
controuer.fue. Et diſputauit ma
gis latè in procemio feudorũ. in
uerſic.ſed expedita diffinitione
feudorum,&c.hanc opinionem
etiam ſequitur Hoſtien. in c.di-
lecti filii.extrà,de maio.& obed.
& ibi Innoc. Ideò Conſtantinus
Imperator, quãdo donauit Ro-
mam beato Syluestro Papæ, fe-
cit cum cõſenſu populi Roma-
ni,ut refert Bald.ibi ſuprà,Inno.
contrarium uidetur per ea quæ
dicit gl.in d.§.prætereà ducatus.
ubi dicit,ꝙ licet dominus feudi,
non poſsit in alium transferre:
hoc uerum,in minorem:ſed be-
ne poteſt in maiorẽ: ut not.ipſe
c Bald.in cap.primo.[c] in fi.qui feu
dũ dare poſſunt. Sed dictus Rex
eſt maior epiſcopo, igitur &c.
Prætereà de conſuetudine ge-
nerali præſentis patriæ Delphi.
& patriarũ circunuicinarũ prin-
cipes infeudãt, & in alios tranſ-
ferunt,etiam in minores eorum
uillas & caſtra,ſine conſenſu ha-
bitantium in eiſdem uillis & ca-
ſtris. Ad idem faciunt Barones,
prout uidemus in prædeceſſo-
ribus domini Chandiaci,qui in-
feudauerũt dudum parochiam
Thoſsiaci prædeceſſoribus do-
mini Ludouici de Poypia. Et ſi-
militer caſtrum de mions, quæ
conſuetudo in materia feudali
d obtinet principatũ,[d] ut not.ple-
nè Iac.in tit.ſuper iuriſdictione
2 libellus.ibi, Itẽ ponit, quòd Me-
uius &c. Prætereà, hic circa ma-
teriam illorum de Vapinco eſt
aduertẽdum,quia ipſe Rex præ-
tendit & paratum ſe offert iuſti-
ficare,quia dicti ciues Vapa. con
ſueuerũt recurrere in eorũ cau-
ſis ad ipſum Regẽ,& ad eius cu-
riam habere recurſum,tanquam
ad ſuperiorẽ, ex quo poteſt con
cludi,quòd ipſi homines & ciues
Vapan.ratificauerunt ſaltem ta-
citè dictam ſuperioritatem, per
dictum dominum Odonem epi
ſcopum eidem Regi dudum re-
cognitã.imò plus uidi ego Gui-
do, quòd de anno do.M.cccclv.
de menſe Iulii, dum ego eſſem
in dicta ciuitate Vapan. nuntius
ibi miſſus uocatus honoſel, per

dominum noſtrum Ludouicum
Delphi.Vienn.dicti ciues Vapa.
num.cl. aſſociabant banneriam
dicti regis Siciliæ, quam deferri
faciebant per ciuitatem Vapan. 2
ad impediendum ea,quæ ibi fa-
cere intendebamus mādato di-
cti domini noſtri Delph.aſſeren e
tes ipſi homines Vapa.ſe eſſe ho
mines & ſubditos dicti Regis,&
non præfati domini noſtri Del-
phin.ita quòd per hæc ipſe Rex
Siciliæ eſt in poſſeſsione ſupe-
rioritatis & maioris dominii di-
ctæ ciuitatis Vapan. ex quibus a
propterea reſtat uera concluſio,
quòd dicti ciues Vapa.non poſ-
ſunt uti ſaluagardia Delphinali
contra ipſum Regem,cauſis de- b
claratis ſuprà quęſt.ccccclj.& ibi
plenè uide quæ dixi. ¶ Aduer-
tendum eſt circa hoc ad unum, c
de quo conſtat in camera com-
putorum Delphi.quia Papa ſeu
commiſſarius ab eo deputatus
dictam homagii præſtationē di-
cto Regi factā ratificauit & ap-
probauit. Et plures alii epiſcopi
poſt dictum Odofre.dictum ho-
magium dicto Regi præſtiterūt.
Et in ſignū ſuperioritatis & ma-
ioris dominii in qualibet muta-
tione epiſcopi officiorum dicti
Regis conſueuerunt banneriam
dicti Regis in ſummitate turris
Vapan.apponere, & erigere,ubi
ſtare conſueuit per multos dies,
in ſignū dominii & ſuperiorita-
tis iuris,ſecundum formam dicti
homagii,abſque eo, quòd ciues d
in aliquo contradixerint, tanti

temporis ſpacio,quòd de cōtra-
rio memoria hominis nō exiſtit
publicè & notoriè. Iuxta hanc
materiā quæro, quid ſit, & quid
dicatur allodium.*Dic,quòd eſt
illud, quod eſt alicuius propriū.
& à nemine recognoſcitur,niſi à
Deo,ut in c.j.§.ad hoc qui.[c] & §.
ſeq. de pa.iur.fir. in feudis.facit
cap.ij.& iij.ſi de feud.controuer.
fue. Et de allodio tangitur per
gloſſ.ff.de religio.& ſump.fu.l.
at ſi quis.§.ſed interdum.Ita po
nit Bald.in d.§.ad hoc,&c.

¶ Quòd nō potuerit. *Facit quod dicit d. Bal.in c.j.in uer.moribus.in fi.ſi de feud.fue.controuer. inter do. & agn.in uſi.feu.*

¶ Sine uoluntate. *Vide de hac q. per d.Fely.in c.auditis in xiiij.col.in uer.inquantū dicit* Innoc.*de præſcr.*

¶ Bald.in c.j. *Caue,quia uel ibi de hoc per domi.*Bal.*ſed text.& ipſum op.*Bald.*in §.ex eadem. in uerſi.non ſi poteſt.de lege* Corra.*collatio.x.& ibi domi.Aluarotus, qui huius dicti aſsignat rationem duplicem.primò, quia uaſallus eſt magis tutus ſub magno domino,quàm ſub paruo. Tum, quia ſi daretur interiori,mutaretur eius conditio, cum teneretur iurare fidelitatē minus nobili.* Et *iſtud intellige uerum, quando feudum alienaretur ſine curia,ſecus autem, ſi totum feudum alienaretur cum omni iuriſdictione curia.quo quidem caſu poteſt transferri etiam in ruſticum, & inferiorem dominum, ut legitur & not.per do.*Bal.*& Aluaro.ubi ſ.*

¶ Obtinet principatum.*Adde do.* Bal.*in prædicto § ex eadem.in uer.*

non

non ibi,ſed per conſuetudinem.

c ¶§. Ad hoc qui. *Aduerte, quia quidam habent ſuper hoc §.unam rubricam inſcriptam de allodijs,ſed malè: quia ille §. eſt pars legis. & titul.de pa.in.firm. ita ibi dicit domi.Aluaro.* Et caue quoniam *text. ibi non dicit,declarando quid ſit allodium.ſed do.Bald.in princ.praeall. §.ad hoc dicit formaliter, ut hîc dicitur.& idem dicit do Alua.in c.ij. hîc alleg.in uer.ibi allodium.*

SVMMARIVM.

1 *Pauperi non habenti unde cauſam tueatur, Iudex debet ſumptus decernere.*

QVAEST. CCCCCLXI.

SI quis contra me litigat de ſua hæreditate,*quam poſsideo,uel omnibus de bonis,& nõ habeat unde litigare, iudex ſibi debet cõtra me prouidere,ut ſibi præſtẽ ſumptus litis & alimoniç,per tex.in l.fi.in §.q; ſi ei,qui. ibi,ita & ex eiſdem ſi aliqua facultas eſſe non poterit, tantũ litis ſumptus & alimoniæ hominis,&c.C.de ordin.cogn. Et ita pluries uidi in d.curia parlamẽti

2 fieri & obſeruari.¶*Idem etiam uidi obſeruari in paupere ſeu miſerabili, qui non habet unde litigare,quòd ſibi per dictam curiã parlamenti prouideretur de aduocato & procuratore, qui faciet gratis,& pro Deo fieri, aliàs hoc facere deberent domini de parlamẽto , uel quilibet alius iudex inferior, de ſuo proprio,ut in authen. de mandatis principum. §.ſi tibi.collatio.iij. Et niſi aduocatus facto ſibi præcepto per curiam præſtet patrociniũ, debet repelli ab aduocatione dictæ curiæ,niſi ſe excuſet cauſa rationabili.iij. quæſt.vij.cap.tria. Pro quo uidetur caſus in l.nec quiſquã.§.aduocatos.ff.de officio proconſ. & legati. ubi iudex ultrò debet prouidere de aduocato pupillis, uiduis, & miſerabilibus perſonis,nõ poteſt intelligi ſumptibus debilis ſeu miſerabilis perſonæ:quia nihil uel parum habet: ergo debet intelligi gratis uel ſumptibus domini iudicis, in cuius curia litigatur,ad hoc, ne iuſtitia depereat. argumen.dicti §. ſi tibi. faciunt pro hoc not.per Ioan. Andr. in cap.ſi hi qui.extrà,de teſtibus. Et alibi dicit text. quòd debet fieri de publico.ᵃin l.lege Corne.ff. ad Sill.Et ex his poteſt dici ſumpta fuiſſe practica,quæ obſeruatur in hac curia parlamẽti Delphi.quia in cauſis miſerabilium perſonarum, quæ cauſa pietatis à curiis inferioribus aduocantur, mandantur firmariis talium curiarum, quòd tranſmittãt acta abſque conſtitu.de quo ut plurimum conqueruntur firmarii dictarum curiarũ inferiorum. Sed malè: quia nulla ex hoc eis fit iniuſtitia, per ſuprà allegata. & uide ſuper hoc capitulo ex parte.extrà, de accuſationi. & Speculator in titulo, de inquiſitione.§.ultimo not.in principio. & gloſ.in lege,ſi inſtituta.§.de inofficio. digeſtis , de inofficioſo

teſtamento.

a ¶Debet fieri de publico. *Iſtud
enim rationabilius uidetur, ne labor
ſine mercede fiat aduocato: eripiatur
ergo ærario fiſci: ut detur aduoca-
to, ne quis mercede condigna defrau
detur. & hoc uerũ exiſtimarem, niſi
aduocatus ſalarium de publico perci
piat, per ea, quæ habentur collat. vj.
in authen. de iudicibus. §. ne autem.
& ibi glo. j.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis an poſſit laicum punire,
pro iniuria illata clerico, diſting. nu-
mero 1. & 3.*

4 *Iudex eccleſiaſticus, an poſſit cogno
ſcere de cauſa feudali, contra cle-
ricum.*

5 *Iudex ſecularis in tribus caſibus ha
bet poteſtatem in clerico.*

6 *Fideiuſſor datus per clericũ, an corã
iudice ſeculari poſſit conueniri.*

QVAEST. CCCCCLXII.

1 VTRVM officialis* Gratio
nopo. poſsit punire laicũ
pro iniuria facta clerico: uidetur
quòd non, arg. in l. iiij. C. de of-
ficio præfecti prætoris: & quia
actor debet ſequi forũ rei, in cõ
trarium uidetur, ꝙ imò poſsit eũ
a punire [a]. per gl. C. de epiſc. & cle
ri. in authen. item nulla commu-
nitas. in glo. ſuper uerbo, ab ec-
cleſia. & facit pro hac parte C.
de officio præfecti orientis. l. de
honorario. & gloſ. ff. de edict. l.
iuſtiſsimè: quia magis dignũ tra
hit ad ſe minus dignũ. extrà de
conſecra. eccleſię. c. ꝙ in dubiis.
& c. j. eodem titulo, & de iure pa
tro. c. j. libr. ſexto. & ibi gl. & tex.
in cap. ſi is, cui de canonicatu. de
præben. libro ſexto. facit etiam
pro hac parte l. ſi communẽ fun
dum. ff. quemadmodum ſeruitus
amittatur. ubi ex perſona priuile
giata habetur priuilegiũ. Quid
2 dicendum? * Dic ꝙ ſi officialis
pręueniat iudicem temporalem,
poteſt laicum pro tali iniuria pu
nire, per dictam authen. & facit.
C. de epiſco. & cleri. in authen.
cauſa, quæ ut cum monacho. &
lege ſecunda. C. de officio præ-
fecti urbis. & ita determinari ui-
di in curia parlamenti in præſen
tia domini officialis, q increpa-
batur per dominos de parlamẽ-
to: ex eo, quòd uolebat cogno-
ſcere de quadam inqueſta con-
tra magiſtrum Paulum, medicũ,
laicum, de iniuria illata, ut dice-
batur per dictum magiſtrum Pau
lum, contra magiſtrum Claudiũ
medicum, & clericum. Sed fuit
dictum, & concluſum de ipſo ca
ſu non poſſe cognoſcere, atten-
to, quòd ipſe fuerat præuentus
per curiam communem Gratio
nopo. imò nec etiam ipſe offi-
cialis poterat cognoſcere, ſecun
dum pactiones dudum initas in-
ter dominum tunc Delphinum,
& dominum Epiſcopum Gratio
nopo. Et plenè ſcripſi ſuprà, quę-
3 ſtio. cclxxv. * Concluſio ergo eſt
iſta, quòd ſi officialis præueniat
iudicem temporalem, poteſt de
tali cauſa cognoſcere. Si uerò iu
dex temporalis præuenerit ipſe
de ea cognoſcet, per ea etiam,
quæ dicit Guliel. de monte lau-

duno

duno in clemen. j. de cenſibus. ibi, facit ad quæſtio. &c. ita ſeruatur. ¶ Et de hac materia præuen-
b tionis, [b] plenè ſcripſi ſ. q. ccij.

¶ Circa hoc tamen eſt aduertendum, ꝙ ſi talis laicus impetret [a] ueniam à Rege, uel à domino noſtro Delphina. pro tali delicto commiſſo in perſonam clerici, quòd curia parlamenti cognoſcet [b] de interinatione talis gratiæ. Et in terminis huius quæſtionis de hoc anno currente domini, M.ccclx. primò uentilatur proceſſus [c] in manibus Ioan. Gofredi ſecretarii Delph. contra quoſdam delatos de præſenti incarceratos carceribus portetrione, qui atrociter uerberauerunt, & uulnerauerunt curatum de paſ-
4 queriis mandamẽti clauſę. ¶* An iudex eccleſiaſticus poſsit cognoſcere de cauſa feudali contra clericum? uide quæ dixi ſuprà, quæſtione cxxxix. Item ad ad quę pertineat cognitio per-
c iurii, [c] an ad iudicem eccleſiaſticum, an ſecularem, uide quæ ſcripſi ſ. q. clxxviij. Quis debeat facere inuẽtarium de bonis præſbyteri defuncti, an iudex laicus, uel eccleſiaſticus? uide quæ ple-
5 nè dixi ſuprà quæſtione cclxj.*

¶ Iudex ſecularis in tribus caſibus habet poteſtatem in clerico, & in bonis ſuis ſpiritualibus, quos ponit gloſ. in capitulo, tua. la prima. de decimis. ¶ Vtrum fi-
6 deiuſſor* per clericum datus, coram iudice ſeculari poſsit conueniri? Dic quòd ſic, ſecundum Speculator. de competen. iudic. aditione. §. j. uerſic. ſed pone clericus. ¶ An clericus ſortiatur forum in actione reali? uide ſuprà, quæſtione lxxvij.

a ¶ Imò poſsit eum punire. *Adde, quod dicit do. Innoc. in c. cum ſit generale. in glo. ſua. in uerſic. ſacrilegij. extrà de fo. competen.*

b ¶ De materia præuentionis. *Vide iſtum, conſi. xxx. incipi. quòd nobilis, & potens. nu. j. pro ratione præuentionis.*

c ¶ Cognitio periurii. *Vide de hoc quæſito per iſtũ, conſi. xxix. incip. ille incarceratus. nu. iij. uerſi. ite etiam dictus. ubi alleg. & ſe remittit ad no. conſi. lxxxix. in primo dubio.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus, an poſsit eſſe officialis ſeu iudex, diſting. num. 2.*

3 *Monachus clauſtralis, an poſsit eſſe aduocatus, procurator, arbiter, uel defenſor.*

4 *Monacho clauſtrali poſsintne cauſæ delegari.*

5 *Conuerſi an poſsint eſſe teſtes in teſtamento.*

QVAEST. CCCCCLXIII.

AN monachus poſsit eſſe
1 officialis ſeu iudex?* & uidetur ꝙ non, quia pro mortuo habetur, per l. Deo nobis. in §. hoc etiam congruum. C. de epiſ. & cleri. iuncta l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. In contrarium uidetur, xvj. q. j. c. qui uere. Quid
2 * dicendum? Dic quia aut loquimur in ſimplici monacho & clauſtrali, aut in monacho habente adminiſtrationem. Primo caſu

dic, quòd non poteſt eſſe officialis ſine ſuperioris ſui Abbatis uel epiſcopi, cui immediatè ſubeſt, licentia: ut tenet glo. ordi. in c. pręſentium. xv. q. j. & c. monachi. eadem quæſt. & cauſa. & not. per Ioan. And. in cle. ij. extrà de præſcrip. & ibi tetigi gl. Secundo caſu, credo quod poſsint eſſe iudices, & officiales. & ratio, quia cum eis concedatur adminiſtratio, & ſic per conſequens conuerſatio, & frequentatio cum hominibus laicis & aliis, & in cauſis ſeculari bus, multomagis iudicare in cauſis ſpiritualibus, & laicis præſidere. nam cum eis permittatur id,
a quod minus, [a] multò fortius id quod maius. Item ratio dicti ca. qui uerè. ceſſat. Et per conſequẽs dictum ca. ceſſare debet: ut l. adigere. C. de epiſco. & cleri. & ita uidi ſeruari in curiis officialatus Viennæ & Lug. de uno monacho Priore, qui fuit officialis Viennæ, & poſteà Lugdu. ¶ Sed pone, quòd ab omnibus creditur ipſum poſſe eſſe officialem, ut quia credunt talem monachũ clauſtralem habere licentiam ab Abbate uel epiſcopo, uel aliàs credunt ipſum eſſe officialẽ. An ſentẽtiæ ab eo prolatæ, ualebũt? credo quod ſic, propter publicã utilitatem, cõmunem errorem gentium, de quo uidetur caſus in l.
b Barbarius [b]. ff. de offic. prætoris. facit l. ſi arbiter. C. de ſentẽtia & interlo. om. iud. & quod nota. in l. ſeruus ea lege. ff. de teſta. & no. per Dy. in c. j. in vij. q. extrà de re iudi. li. vj. & ita uidi tales ſententias tolerari.
3 ¶ Sed an * talis monachus clauſtralis poſsit eſſe aduocatus, procurator, arbiter, uel defenſor? Dic quod non, niſi de ſu-
c perioris licẽtia. [c] ut not. in d. ca.
4 præſentium. ¶ * Sed nunquid tali monacho poterunt cauſæ delegari? dic ut no. per gl. in c. cum olim. extrà de priuileg. in antiquis. & per Spe. in tit. de offic. de leg. §. excipitur. uerſicu. nunquid monacho &c. ¶ An religioſi poſſint eſſe teſtes in teſtamẽtis: uide quæ plenè ſcripſi ſ. q. ccccxvij.
5 ¶ Quid de conuerſis, * an poſſint eſſe teſtes in teſtamẽto? Credo quod ſic, cum non ſint religioſi, ſed poteſt contrahere matrimonium, & habere proprium: ut dicit Barto. in authen. ingreſsi. ibi, expeditus de contrariis. C. de ſa. ſan. eccle. ¶ De monacho, etiam tetigi ſ. q. cccccli x.

a ¶ Permittatur id, quod minus, &c. *Conuerte iſtud per regulam, cuilibet. in vj.*

b ¶ In l. Barba. E*t uide quòd ibi dicunt dom.* B*ar.* & Bald.

c ¶ Niſi de ſuperioris licentia. E*t adde ſcilicet, in monaſterij expoſcẽte utilitate: ut dicit do. Gof. in ſum. de poſtul. in §. repelluntur ab aduocatione. in uerſi. monachi autẽ. et alle. c. ij. eo. ti. & c. ſi magnope. et c. ſuper ſpe. ne cleri. uel mona. & c. alia. & c. placuit. xvj. q. j. & c. j. xvj. quæſtio. ij.*

SVMMARIVM.

1 I*udex an poſsit ſcribere acta, ut ei credatur, diſting. num.* 2.

3 C*auſæ breuiores, quæ dicantur.* E*t quando*

quando dicatur agi de paruo, uel magno.

QVAEST. CCCCCLXIIII.

1 VTRVM iudex, ut notarius,* poſsit ſcribere acta quæ fiunt coram ſe, ut ipſe ſit iu-
a dex & notarius.ᵃtex.cum gl.in l. iubemus. in §. ſanè ſi. C. de ſac. ſan.eccle.uidetur uelle, ꝙ ſic. Cõtrariũ tenet Inn. in c. cũ a nobis. extrà de teſti. quod probatur in c.quoniã contra falſam. extrà de
2 proba.gl.dicit*, ꝙ quidã fiunt à iudice, nõ in forma iudiciali: ut puta, facit aliquas literas teſtimoniales, tunc ipſemet poteſt ſcribere: ut l.diuus. ff.de offi. præſid. Si uerò ſunt alia acta, quæ fiunt in forma iudicii, nõ poſſunt ſcribi ab ipſo iudice. l.ne in arbitris. ff. de arg.& d.c. quoniã cõtra falſam. Non obſt.d.l.iubemus. in §. ſanè ſi quia in his, quæ ſunt de iuriſdictione uolũtaria, ipſemet iudex poteſt ſcribere: ut d.l. iubemus. ſecus autem in his, quę ſunt contentioſæ iuriſdictionis. Et ita ſeruatur in curiis patriæ Delphinal. Et prædicta intelligo uera, niſi in cauſis breuioribus: quia poſſunt agitari ſine ſcriptis: ut in authen.niſi breuiores. C. de ſen. ex breuic.recitãdis. Cũ enim ipſi iudici credatur, ut ibi per Bar. de
b bet ergo & eius ſcripturæ ᵇ credi. Et ita uidi ſeruari in talibus minimis cauſis. Et uide circa præmiſſa, quæ plenè dicit Bar.in dicta lege, iubemus & plenius, & clarius in l.ſi ſeruus cõmunis. ff. de ſtipulatio. ſeruorum. & not. quia alibi non reperies hanc materiam tractari per Bar. niſi in dictis duabus ll. iubemus.& ſi ſeruus
3 cõmunis.* Sed iuxta hoc quæro, quæ dicantur breuiores: uel quãdo dicetur agi de paruo uel de magno. dic ꝙ remittitur arbitrio
c iudicis, ᶜ ut not. in d.authen.niſi breuiores.& per Barto.in l.j. ibi, Sed quæro, quæ dicatur quantitas parua, uel magna. C. qui dari tutores poſſunt.

a ¶Iudex & notarius. *Poteſt quis eſſe in eadẽ cauſa, ubi exercetur iuriſdictio uoluntaria: ubi uerò contentioſa, & tunc in leuibus cauſis, ut ſuprà in alijs nõ leuibus: ſecus, ut per d.* Bal. *in l.iubemus.in §.ſanè.in uerſi.quæro ergo.C.de ſacroſ.eccle.*

b ¶Eius ſcripturæ. D*ominus* Pau. *de Caſt.in d.authen. niſi breuiores.poſt opinio.ſuã, per quã uidetur tenere cũ Bar.recitat etiam opi.Ang.qui dicit ſibi nũquã placuiſſe opi.*Bar. *in hoc, quia hoc eſſet aperire uiam multis fraudibus.uide in d.authen.niſi breuiores.per ipſum Pau. de Caſt.*

c ¶Arbitrio iudicis. A*dde d.*Barto. *col.iij. in authen. de manda. prin.in §.ſit tibi quoque.in ulti.not.*

SVMMARIVM.

1 *Superuita an debeatur dote non ſoluta.uide & nu.*5.

2 *Donatio, in qua facta eſt mentio de patre.et patria poteſtate, intelligitur facta contemplatione patrii.*

3 *Statutum, quòd muliere moriente in matrimonio ſine liberis, maritus lucretur dimidiã partem dotis, et aliã tantùm partem teneatur reſtituere, an intelligatur in dote ſoluta, uel*

tantùm promiſſa.

4 *Pacta de dote lucranda, & de donatione propter nuptias, debéntne eſſe æqualia reſpectu quota.*

QVAEST. CCCCCLXV.

IN cōtractu matrimonii Io. Saunerii, filius Dreuoni Saunerii ciuitatis Grationo. & Frāceſiæ filiæ Deſiderij uillaris, aliàs rabata de Romanis, nūc uxor Io. Gofredi, ſecretarii Delph. dictus Deſiderius pater filiæ poſt dotis cōſtitutionē de ſumma octies cētū florenorum auri, donauit do. Io. Saunerii uiro futuro pro ſuperuita cētū flore. auri. Et uiceuerſa dict. Dreuon[a] & Io. Saunerii pater & filius donauerūt dictæ Frāceſiæ ſponſæ futuræ (licet abſenti) notario pro ea ſtipulanti pro ſuperuita, caſu quo ipſe Ioan. uir futurus decederet ante dictam Franceſiam, uidelicet ducentos florenos auri. Contingit, quòd dictus Ioannes Saunerii poſt contractū dicti matrimonii de- 2 ceſsit, ſuperſtite dicta Franceſia eius uxore. Modò de facto contingit, q̄ de hoc anno currente domini, M.cccclxj. de mēſe Martii dictæ partes ſe ſubmiſerunt ſummariæ cognitioni, & ordinationi curiæ uenerabilis parlamēti ſuper dictis dicentis flore. pro ſuperuita d. Frāceſiæ per d. Saunerii patrem & filium, ut præmittitur, donatis. Quia dictus Dreuonus Saunerii, pater mariti, dicebat ſe ad ea non teneri, cū dictus Deſiderius uillaris pater di-

ctæ Franceſiæ non ſoluerit de dicta dote[a] dicto Dreuono Saunerii patri mariti, niſi centum flo- a
re.[b] Quæritur quid iuris? Pro cu- 1
ius quæſiti determinatione præmitto, q̄ dicta donatio pro ſuperuita dictæ Frāceſiæ per dictū Saunerii facta cenſeri debet donatio propter nuptias. ratio, quia in contractu matrimonii, & contemplatione ipſius matrimonii facta fuit dicta donatio, quanquā ſub nomine ſuperuitæ, quia illa uerba, pro ſuperuita, &c. groſſo modo inter contrahentes prolata, nō habēt operari aliud, quàm donationē propter nuptias: de quibus nuptiis fiendis tunc inter ipſas partes agebatur. arg. ff. familiæ erciſ. l. ſi filia. in prin. & faciūt ad hæc no. per Cy. & Bal. in l. ſi cū ante. C. de dona. ante nup. nam ſenſus potius, quàm uerba cōtrahentiū attendi debet: ut in d. l. ſi cum ante. Et pro hoc facit quod dicit Bar. in l. cū aliquis. C. de iure delib. ubi dicit,[c] q̄ ſi in donatione facta filio fiat mētio de patre & patria poteſtate, uidetur donatio facta cōtemplatione patris. ita dicit ibi Bar. & plenius ipſe Bar. in l. ſi filio. la. ij. ff. de do. cauſa mor. & in l. ſi. C. de uſufr. Si ergo hîc fuit facta mentio de nuptiis, cēſeri debet fuiſſe facta propter nuptias. Nec alteratur dicta donatio ex eo, quòd fuit collata in tēpus mortis, ſi maritus moreretur ante dictā eius uxorē, quia dictus Saunerii pater & filius promiſerunt & iurauerunt geſta in

d. cont

d.cōtractu matrimonii attendere,& nunquā cōtrafacere uel uenire.Pro quo l. ubi ita donatur. ff.de do.cau.mor.Et his ſic præſuppoſitis,uenio ad negociū principale,utrū dictus Dreuonus pater teneatur ſoluere dictæ Fráceſiæ dictos cc.flore. pro ſuperuita in dicto cōtractu matrimonii datos.Dubiū facit:quia de dicta dote ccc.flore.nō fuerūt ſoluti, niſi c.flore.auri.& arguēdo ad partes uidet ꝙ dicta donatio pro ſuperuita nō debeat,niſi pro rata dotis ſolutæ, per tex.in auth. de nō eligēdo ſecūdò nubētes.in §.pe. qui incipit,illud quoq;.colla.j.& trāſumptiuè in auth.ſed mulier, quæ nihil.C.de pac.côuentis. Et alibi dicit Cy.ꝙ ſi dos nō ſoluatur marito,ꝙ ipſe non tenet ale re eius uxorē.in l.qđ in uxorē.C. de neg.geſt.quia deceptis, & nō decipiētibus iura ſubueniūt. pro quo etiā allegat ibi Cy.d.§.illud quoq;.de nō eligēdo ſecūdo nubentes.In cōtrariū,ꝙ imò debeatur dicta donatio pro ſuperuita facta, facit quod ponit dominus Bar. de Salyceto,in l. ſi cōſtante. C.de dona.ante nuptias.ubi quęrit de quæſtione, ſtatuto cauetur ut uxore præmoriente in matrimonio ſine liberis dimidiam dotis maritus reſtituere tantū teneatur,& aliā medietatem ſibi lucre-
3 tur:* An dictū ſtatutū intelligatur in dote nō ſoluta,uel ſolui promiſſa.Et ibi determinat ꝙ etiā locū habet in dote nō ſoluta,ſed tātummodò promiſſa ſolui. Quia ex ſola promiſſione mulier dicitur dotē habere.alleg. l. cū poſt. §.j.uer.ſi is.ff.de admi.tu.& C.de rei uxo.ac.in §.accedit. quia dare,& promittere,ſunt paria. in l. fi.in fi.C.ad l.fal.Et hæc eſt tutior pars,dicit ipſe Saly.Pręterea,alia ratione, ꝙ debeatur dicta donatio dictæ Fráceſiæ: quia licet dicta dos nō fuerit ſoluta:attamen fuit habita fides de ipſa dotę,per dictū Saunerii patrē & filiū, propter promiſsiōes,hypothęcas,& fideiuſsiōes per dictū Deſiderių patrē Franceſię eiſdem Saunerių patri & filio datas , & præſtitas. ideò haberi debet ac ſi tota dos ſoluta fuiſſet.arg. legū in ſimili. inſtitu.de rerū diui.in §.uenditę. & in l.& uendidi.ff. de cōtrahen. emp. & uēditione. cū pendente dilatione non dicatur in mora.l. eum qui calendis.ff.de uerb.ob. & uidetur hoc idē tenere Sali.in d.l.ſi conſtante. dum dicit, ꝙ ex promiſsiōe mulier dicitur dotē habere,reſpectu tamē huius effectus,ut lucretur d. donationem. Nec obſtat d. §. illud quoque.in authen. de nō eligendo ſecūdò nubētes. Quia ibi nunquàm fuit habita fides de dote.& hoc uidetur ibi uelle gl.ſuper uerbo,percipiat.dū dicit,reſpōdeo.ibi,fuit parata dare,&c. Et de hoc etiā tetigi ſ. queſt. ccccxxx. Præterea dicta authen.ſed mulier,quæ nihil. C. de pactis conuent.hodie de conſuetudine non ſeruatur: ut ibi dicit Ioan. Fabri in ſuo breuiario.Et non mirum, ſi in caſu d.

ſu d.authen.cõſuetudo deroget. quia ſimiliter lege,ex morte. C.
4 eod.tit.ubi dicitur,* quòd pacta de dote lucranda & de donatione propter nuptias,debent eſſe æqualia reſpectu quotæ, hodie de cõſuetudine non ſeruatur,ut ibi dicit gl.quod ſequitur Barto. Ad idem etiam in l. dos à patre profecta.C.ſol.matrimonio.operatur conſuetudo pro opinione Mar.contra opinionem Bul.quę magis iure fulcitur. Idem etiam, auth.generaliter. C. de epiſcop. & cleric. quæ loquitur de ſatiſdatione actoris, quæ non ſeruatur de cõſuetudine,ut dicit glo.inſtitu.de ſatiſdatio.in §.ſed hodie. Quibus cõſuetudinib* ſtari de-
b bet,[b] etiã ſi aliter non probarentur, propter authoritatẽ tantorum doctorũ, qui de dictis con-
c ſuetudinibus atteſtantur.[c] ita notat Bart.in l.de quibus.ff.de legibus. Et ſic remanet hæc quæſtio principalis,pro utraq; parte du-
5 bia.¶ Sed * ego Guido cũ correctione dominorũ meorũ de parlamẽto, credo affirmatiuã ueriorẽ,& magis æquã,uidelicet ꝙ d. Franceſia fuerit lucrata totã dictã donationẽ pro ſuperuita, ut præmittitur, ſibi facta, licet tota dos nõ fuerit ſoluta:cauſis & rationibus ſubſcriptis, quas elicio ex ſ.alle.Primo,quia maritus habuit fidẽ de dote:ut ſ.dixi.Secundò,quia in inſtrumẽto dicti contractus matrimonii Ioan.Saunerii, dicitur, quòd dicta filia poſſit diſponere & ordinare de d. ſuperuita in uita & in morte. Quod facere nõ poſſet, niſi ipſi filiæ dicta ſuperuita ſolueretur, & ſic ex pacto expreſſo inter dictos cõtrahẽtes uidetur derogatum dictæ auth.ſed mulier.Tertiò,authoritate Saly.qua licet.in aliis terminis uideatur hanc quęſtionẽ mouere in d.l. ſi conſtãte, C.de dona.ante nup.tenet ſufficere dotẽ promiſſam, licet data ſoluta nõ fuerit: ut lucretur maritus medietatẽ dotis,iuxta formã dicti ſtatuti. Quartò,quia termini ſolutionis dictæ dotis, de qua hic agitur,fuerũt adiecti per patrẽ filiæ de conſenſu mariti,& filia abſente.Et ſic non potuerũt de iure nocere filiæ in retardatione lucri d. donationis de ſuperuita,iuxta regulam,quod per me nõ ſtat,mihi imputari nõ debet. Quintò, quia ut dicit Ioan. Fab.ubi ſ. hodie de cõſuetudine nõ habet locũ d.auth.ſed quę nihil.C.de pact.cõuen.& iſta fuit & eſt opinio mea,quam credo iuri & æquitati conſonã.¶ Aliqui tamẽ & domini mei parla.aliter in hac materia ſpeculãtes,uoluerũt aliter dicere,diſtinguẽdo ſic. Aut termini ſolutionũ dotis ſunt elapſi,aut nõ elapſi.primo caſu, dixerũt nõ eſſe locũ donationi ꝑpter nuptias, niſi fuerit ſoluta dos:p tex. in auth.dos data.in fi. ibi aut ſi dilationes:dos uerò nõ detur, & donatio prorſus dene-
d gatur[d].C. de don.ante nup.quia hoc caſu debet imputari uxori, ſi terminis appoſita dos ſoluta non

non fuerit, ut ibi. Secūdo caſu,ſi termini ſolutionū nō fuerint effluxi, ꝙ debeatur donatio propter nuptias. Ratio, quia in dotis ſolutione fuerūt adiecti termini ſolutionū,per patrē filiæ,uolēte uiro,& in abſentia filiæ:ideò cū per eam non ſteterit quominus dos ſoluta fuerit,imò potius per uirū,qui acceptauit dotē ſub illis terminis ſolutionum,non debet uxori imputari, iuxta d. regulā, quod per me nō ſtat,&c. Sed credo indiſtinctè uerum, quòd ſiue termini ſolutionis dotis ſint lapſi, ſiue non,tēpore mortis uiri, ꝙ ſuperuita ſiue donatio propter nuptias uxoris debeatur:cū reſpectu huius effectus dos uideatur uxori ſoluta, quādo maritus habuit fidem de dote, & per aliàs rationes plenè per me ſuprà factas. hoc etiā probatur authoritate do.Ioan.Fab. qui in d. authen.ſed mulier. quæ nihil dicit,quòd d.authen.etiam non habet locum de iure, ubi dos fuit promiſſa ſolui per alium, quàm per uxorem. De hac materia uide ſuprà q.cclxxiiij.

a ¶De dicta dote.*De hoc,ſcilicet an debeatur ſuperuita dote non ſoluta uel pacti illius,tantū uide iſtum, conſi.xix.incip. ex caſu mihi tradito. in princ.& per totum tit.*

b ¶Conſuetudinibus ſtari debet. *Hoc fortè intelligendū eſt,locúmque ſibi uēdicat in regionibus, unde ſunt tales doct. conſuetudinē atteſtantes, cum illa ſit facti,& in facto conſiſtat.c.j.de conſt.lib.vj.& unaquaq; prouincia in ſuo ſenſu abūdat,ut alibi inquit Apoſtolus.*

c ¶Atteſtantur. *Iſtud enim uidetur procedere, quando talis conſuetudo applaudit iuri cōmuni.* Nam *licet gl. aut etiam plures doct. affirment aliquid affirmari de conſuetudine, in eorum lectura:tamē reprobatur illa cōſuetudo,ſi eſt cōtra ius cōmune, ut per d.Bal.in l.ſi is qui. §.ſi antiphoena.in uer.in gl.no.ibi.ff.de pigno. & idē do.Bal.in l.conſentaneū.v.col.in v.oppo.in fin.C. quomodo & quādo iudex. Ita etiam tenet do.Alex.in l. poſt dotē.in xij.col. in uer. & iuxta hoc quæro.ff ſol.mat.*Et *iſtud uidetur habere rationē,quia ſequeretur, quòd admitterētur teſtes nō iurati. Item,quòd admitterentur teſtes per ſcripturam. & ſic concurrerent duo ſpecialia in eodem ſubiecto: contra l.j.C.de iure dot.& ff.eod.tit.l.cum poſt diuortium. in §. in domum. & ibi glo.in uer.genere.*

d ¶Denegetur.*Per iſtud uerbum uidetur non improbabilis iſta opin. ſi modò maritus in terminis dotis ſoluendæ præfixis dotē ipſam ſibi exolui popoſcerit.* Et *tunc mulieri debet imputari, pro quo facit, quòd dicit dominus* Baldus *in præ. authen.dos data.in ſecunda columna,in uerſicu. ſed ſtatim quæro.ibi, niſi poſſit imputari mulieri,& c.C.de dona. ante nuptias.*

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ miſerabiles,quæ dicantur.*
2 *Vidua,quæ dicatur.*

QVAEST. CCCCCLXVI.

QVIA ſecundū ſtatuta Delphi.cauſæ miſerabiliū perſonar

muli.§.quam pœnam.uerſ.ſi uerò ſit notorius.Idem tenet Hen. Bohic.in c.ſi quiſquam.in ij.ſua diſtin.extrà de coh.cle.& mulie. & Fran.de Zab.But.& Pan. in c. ueſtra.& c.ſi.extrà eo.tit.Secundò præmittendum eſt, quòd ſuſpenſus ab officio, & quo ad ſe, & quo ad alios, ſi celebret & ſe immiſceat in diuinis officiis,
b efficitur irregularis [b] : ut in c.j. de re iud.li.vj.& in c.cū medicinalis. §.fin.de ſen.excom.lib.vj. & hoc idem tenet Inn.Hoſti.Io. An.Hen.Bohic,Frā.de Zab. Bu. & Pan. & communiter omnes doc.in c.ſi celebret ingenio.extrà de cle.excommuni.mini. Idē Inn.& Io.An.in c.j.extrà de cler. peregri.ubi dicunt,quòd ſuſpēſus ab officio propter crimen à iure, uel iudice, ſi celebret, eſt irregularis.Idem tenet Hoſtien, in d.l.j.de ſenten.& re iudi.libr. vj.& in d.c.cum medicinalis. de ſenten.excom.Idem tenet Guli. de monte lau. Franc.de Zab. & Inno.in cle.j.de priui.Ex quibus
a patet concluſio, quòd notárius concubinarius celebrans incurrit ipſo facto irregularitatē. Et ita fuit cōcluſum. Ex quo ſequitur, ꝙ uenit beneficio ſuo priuandus.ſuper quo uide not. per doc.in c.ſi.extrà de cleri.excom. milit. ¶ De materia irregularitatis, plenè tractat Archid.in c. j. de regu.iur.lib.vj.

a ¶ Irregularis. *Hoc autem notandum, quòd irregularitas non extenditur, niſi ad caſus in iure comprehenſos: ut ſentit dom.* Innoc. *in c.tanta.in gl.hic uidetur.in uerſ. hac autē interpretatio.extrà de exceſſio.prela.* Et *poſt eum do.* Arch. *c.ii,qui glo. hoc manifeſtè, extrà de ſentent. excom.lib.vj.& ibi domi.* Petr.de Ancha.*in j.no.*

b ¶ Efficitur irregularis. *Adde Spe. de diſpen.§.iiij.uerſi. item not.quòd ſuſpenſus notanter dicitur ſuſpenſus ab officijs. quia ſuſpenſus à beneſic. celebrando non efficitur irregularis. Spec.ubi ſ.* Et *aduerte,quòd licet irregularis ſuſpendatur ab officio:non tamen ſuſpenditur à beneficio:ut no. d.* Inn.*in c.niſi cum pridem.extrà de renuncia.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi delinquentis punitio ad quem pertineat.*

QVAEST. CCCCCLIX.

AD quem pertineat correctio & punitio monachi
1 delinquētis, * [a] an ad Abbatem
a uel ad diœceſanū? aliqui dixerūt,ꝙ ad diœceſanū,per text.in c.de pſona.xj.q.j.& ibi glo.& in c.j.xviij.q.ij.& ibi gl.facit tex.in c.uolētes. de priuilegiis. lib. vj. ubi expreſsè delinquentes in loco non exempto, puniuntur per diœceſanū. facit text. in c. monaſteria,decimaoctaua,quæſtione ſecunda. ubi text. ad literam. Alii dicunt quòd pertinet ad Abbatem,qui mouentur, primò per text.in c.ad noſtram. extrà, de appellatio. & in c. ea quæ.extrà,de ſtat.mo. in prin. & ibi gloſſ. & doctor. ibi dicunt, ꝙ uiſitatores capituli generalis faciunt

faciunt ſuos monachos delinquentes corrigi per eorũ Abbates: iuxta beati Benedicti regulã & apoſtolica inſtituta. facit text. in c.repræhenſibilis.in fin.extrà, de app.& in c.cum ab eccleſiarũ. & in c.quanto.& ibi glo.& doct. extrà, de offic.ordin.facit text.in c.moniales.extrà, de pur.canon. ubi moniales de libidine monialiũ in ſuo capitulo puniũt eas.& facit text.in c.ſuſcepimus. extrà, de homicidio.ubi Abbat.conſulentes Papam, quid eſſent facturi de monachis eorũ, qui homicidiũ perpetrauerãt: cõmittit eis, ut ad eorũ arbitriũ puniant: & ſi eſſent punĩedi per diœceſanos, mandaſſet id fieri per diœceſanos.arg.c.ad audientiã.extrà, de decim.& ſic Abbates de grauioribus cognoſcunt, ſicut ſunt homicidia. Facit ad hoc, quia monachi delinquentes debent corrigi per Abbatem, qui debet eos corrigere iuxta beati Benedicti regulã, & apoſtolica inſtituta: ut in c.ad ea quæ.extrà, de ſtatu mona.Si ergo punit Abbas ſecundũ regulam, quæ regula mãdat eos puniri pro grauioribus delictis, & delicto carnis: ut in regula beati Benedicti, in xxv,& xxviij.c. Sed cũ deficit regula, id eſt, quia pœna nõ habetur in regula certa, punit eos Abbas, ſecundũ canonica inſtituta, per d.c.ea quæ. Excipitur tamen caſus degradationis: quia ſi ageretur cõtra monachum de delicto degradationem requirẽte: tunc non ad Abbatem, ſed ad diœceſanum pertinet, ſiue ſit actualis, ſiue uerbalis degradatio: quia inferior epiſcopo non poteſt de illo cognoſcere, de quo in c.degradatio.de pœnis.lib.vj. Concluſio uerò in iſta materia, quam ſequitur poſt glo.j.Innoc.Hoſtien. Ioan.And. Henr.Bohic, Anto.de But.in d.c. quanto. de offic.ordi.& Ioan.de Ligna.in tractatu ſuo, quem ipſe fecit de hac materia, ſcilicet ad quẽ pertineat correctio monachi delinquentis, etiam in loco non exẽpto, ſemoto quocunque priuilegio, & cõſuetudine, & exceptione: quia cum appareat de illis exceptionibus, cõſuetudine, uel priuilegio, illa eſſent ſeruanda iuxta ipſorum formã & tenorem. Quòd ad Abbatẽ pertinet cognitio criminis ſui monachi, cum agitur cõtra eum, in inquirendo uel denũtiando. Et ita intelliguntur iura pro ſecũda opi. allega.ubi uerò ageretur de crimine contra monachum, directè eum accuſando, & in forma contentioſa accuſando eum directè, tũc pertinet ad epiſcopũ & diœceſanum: & ita intelligũtur iura ſuprà j.loco allegata. ratio: quia ut dicũt Inno.Hoſt.Henr.Bohic, & Anto.de But.in d.c.quanto.in cauſis criminalibus, quæ uia accuſationis tractantur, tales ſpectant ad epiſcopum uel Archid. & non ad Abbatẽ: quia ipſe non poteſt tales cauſas tractare.xviij. q.iij. c.monaſteria. Et præmiſſa locum habent, etiã ſi monachus

committat delictũ extra clauſtrũ, uel in alia diœceſi, in qua nõ eſt ſitum ſuum monaſteriũ:quia mo nachus ubicunque ſit,ſemper eſt ſub iuriſdictione Abbatis.c. ſtatuimus.xix.q.iij. Et hoc optimè probat text.in c.cum illorum.de ſenten.excom.ubi ſi duo monachi diuerſorũ monaſteriorum ſe adinuicẽ percuſſerint, pertine- bit ad utrunque Abbatẽ abſolutio:& ita Abbati pertinet cognitio ſui monachi delinquẽtis extra ſuũ clauſtrũ.Si tamen delictũ monachi eſſet notoriũ,quod uix eſſe poteſt,ſecundũ Ant.de But. in d.c.quanto.extrà,de offi.ord. ſublato quocunque circuitu,ſtatim poteſt epiſcopus talem monachum punire.Ita dicunt Hoſt. Ioan.And.& do.Ant.de Butr. in d.§.quanto.allegant c.Romana.
b §.notoria.extrà,de cenſi.[b] dicen dum tamẽ eſt,ſecundũ eos,quòd fiat monitio, ſed in delictis occultis antequam monachũ delinquentẽ epiſcopus puniat,ne-
c ceſſaria eſt monitio,[c] & ꝙ moneat Abbatẽ,ut talẽ monachũ in ſua diœceſi puniat:alioquin ſupplendo eius negligentiã punieт. ita dicũt d.doc.in d.c.quãto,&c.
a ¶ Ad quẽ pertineat punitio monachi delinquentis. *Vide do.Pau. plenè tractantem & attingentẽ materiam huiuſce quæſtionis, in c.cum contingat.in vj.col.in uerſic.& primò quæro.extrà,de for.compet.*
**Tu adde, quòd pro delicto ante ingreſſum commiſſo,monachus nõ poteſt conueniri,ſecundum Bar.in repe. auth.ingreſſi.colla.vij.uer.pro delicto.C.de ſacroſan.eccleſ. Et quid de monachis uel canonicis ſe percutientibus in clauſtro,an ſint mittẽdi ad ſedem apoſtolicam pro abſolutionẽ. Et quid ſi monachus percutit clericum ſecularẽ, an abſolutio refertur Papæ.uide omnino Pet.de Ancha.in c.cum illorum,de ſent.excom.*
b ¶ De cenſi. *Scilicet lib.vj.*
c ¶ Monitio. *Imò in notorijs cum Abbates non corrigunt ſtatim, correctio ad epiſcopum pertinet, ut dixit dom.Abbas,ubi ſuprà.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus an poſſit dominiũ in aliũ trãsferre, irrequiſito uaſalli cõſenſu.*
2 *Allodium,quid ſit.*

QVAEST. CCCCCLX.

DOMINVS Odofre.Epiſcopus Vapanien.dominus non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, ciuitatis Vapan.& caſtrorum eidẽ ciuitati ad cauſam dicti ſui epiſcopatus adiacentiũ,dudum circa ducenti anni lapſi ſunt,recognouit dictam ciuitatem Vapanien. & caſtra prædicta eidẽ adiacentia tenere de feudo Regis tũc Siciliæ, & ſucceſſorum in dicto regno,& comitatu Forcalqueri. Et ipſum Regem fecit dominum ſuperiorem & maiorem dictæ ciuitatis, & membrorũ eiuſdem,ut Latius continetur in quodã inſtrumento in camera computorũ Delph. regiſtrato. Modo orta eſt quæſtio de præſenti inter dictũ Regẽ, & ciues dictæ ciuitatis Vapa. pro quadam talia, quã ipſe Rex eiſdem

eiſdem ciuibus imponere nititur cõtra ipſorum ciuium uolun-
1 tatem,ut ſ.q.ccccch.tetigi.*Modo quæritur, ſi dictus epiſcopus d.homagiũ facere potuerit dicto Regi, ſine uoluntate dictorũ ciuiũ Vapa. & aliorum in dictis caſtris epiſcopatus habitantium. Et iſtud erat primũ dubium, de quo tangere debuiſſet in dicta alia quæſt.ſuprà,cccccl j.ubi plenè de hac materia ſcripſi. Sed iſtud obliuione ibi omiſi tractare. Pro deciſione tamẽ huius dubii,arguendo ad partes,uidetur
a primò, quòd nõ potuerit[a] dictus Odofr.epiſcopus Vapa.dict.homagium recognoſcere d.Regi,
b ſine uoluntate,[b] & conſenſu dictorũ ciuium & habitantiũ in dictis ciuitatibus & caſtris,per tex. in feudis. de prohib.feud.alien. per Fede.in §.prætereà ducatus. in fi.& hanc partem tenet Bald. in c.generali.ſi de feud.defunc. controuer.fue. Et diſputauit magis latè in procemio feudorũ. in uerſic.ſed expedita diffinitione feudorum,&c.hanc opinionem etiam ſequitur Hoſtien. in c.dilecti filii.extrà,de maio.& obed. & ibi Innoc. Ideò Conſtantinus Imperator, quãdo donauit Romam beato Syluestro Papæ, fecit cum cõſenſu populi Romani,ut refert Bald.ibi ſuprà,Inno. contrarium uidetur per ea quæ dicit gl.in d.§.prætereà ducatus. ubi dicit,ꝙ licet dominus feudi, non poſſit in alium transferre: hoc uerum,in minorem:ſed bene poteſt in maiorẽ: ut not.ipſe
c Bald.in cap.primo.[c]in fi.qui feudũ dare poſſunt. Sed dictus Rex eſt maior epiſcopo, igitur &c. Prætereà de conſuetudine generali præſentis patriæ Delphi. & patriarũ circunuicinarũ principes infeudãt, & in alios transferunt,etiam in minores eorum uillas & caſtra,ſine conſenſu habitantium in eiſdem uillis & caſtris. Ad idem faciunt Barones, prout uidemus in prædeceſſoribus domini Chandiaci,qui infeudauerũt dudum parochiam Thoſsiaci prædeceſſoribus domini Ludouici de Poypia. Et ſimiliter caſtrum de mions, quæ conſuetudo in materia feudali
d obtinet principatũ,[d]ut not.plenè Iac.in tit.ſuper iuriſdictione libellus.ibi, Itẽ ponit, quòd Meuius &c. Prætereà, hic circa materiam illorum de Vapinco eſt aduertẽdum,quia ipſe Rex prætendit & paratum ſe offert iuſtificare,quia dicti ciues Vapa. conſueuerũt recurrere in eorũ cauſis ad ipſum Regẽ,& ad eius curiam habere recurſum,tanquam ad ſuperiorẽ, ex quo poteſt concludi,quòd ipſi homines & ciues Vapan.ratificauerunt ſaltem tacitè dictam ſuperioritatem, per dictum dominum Odonem epiſcopum eidem Regi dudum recognitã.imò plus uidi ego Guido, quòd de anno do.M.cccclv. de menſe Iulii, dum ego eſſem in dicta ciuitate Vapan. nuntius ibi miſſus uocatus honoſ&l, per

dominum noſtrum Ludouicum Delphi.Vienn.dicti ciues Vapa. num.cl. aſſociabant banneriam dicti regis Siciliæ, quam deferri faciebant per ciuitatem Vapan. ad impediendum ea,quæ ibi facere intendebamus mãdato dicti domini noſtri Delph.aſſeren tes ipſi homines Vapa.ſe eſſe homines & ſubditos dicti Regis,& non præfati domini noſtri Delphin.ita quòd per hæc ipſe Rex Siciliæ eſt in poſſeſsione ſuperioritatis & maioris dominii dictæ ciuitatis Vapan. ex quibus propterea reſtat uera concluſio, quòd dicti ciues Vapa.non poſſunt uti ſaluagardia Delphinali contra ipſum Regem,cauſis declaratis ſuprà queſt.cccccl j.& ibi plenè uide quæ dixi. ¶ Aduertendum eſt circa hoc ad unum, de quo conſtat in camera computorum Delphi.quia Papa ſeu commiſſarius ab eo deputatus dictam homagii præſtationẽ dicto Regi factã ratificauit & approbauit. Et plures alii epiſcopi poſt dictum Odofre.dictum homagium dicto Regi præſtiterũt. Et in ſignũ ſuperioritatis & maioris dominii in qualibet mutatione epiſcopi officiorum dicti Regis conſueuerunt banneriam dicti Regis in ſummitate turris Vapan.apponere, & erigere,ubi ſtare conſueuit per multos dies, in ſignũ dominii & ſuperioritatis iuris,ſecundum formam dicti homagii,abſque eo, quòd ciues in aliquo contradixerint, tanti

2 a b c d

temporis ſpacio,quòd de cõtrario memoria hominis nõ exiſtit publicè & notoriè. Iuxta hanc materiã quæro, quid ſit, & quid dicatur allodium.*Dic,quòd eſt illud, quod eſt alicuius propriũ. & à nemine recognoſcitur,niſi à Deo,ut in c.j.§.ad hoc qui.[e] & §. ſeq. de pa.iur.fir.in feudis.facit cap.ij.& iij.ſi de feud.controuer. fue. Et de allodio tangitur per gloſſ.ff.de religio.& ſump.fu.l. at ſi quis.§.ſed interdum.Ita ponit Bald.in d.§.ad hoc,&c.

¶ Quòd nõ potuerit. *Facit quod dicit d. Bal.in c.j.in uer.moribus.in fi.ſi de feud.fue.controuer. inter do. & agn.in uſi.feu.*

¶ Sine uoluntate. *Vide de hac q. per d.Fely.in c.auditis in xiiij.col.in uer.inquantũ dicit Innoc.de præſcr.* ¶ Bald.in c.j. *Caue,quia uel ibi de hoc per domi.Bal.ſed text.& ipſum op.Bald.in §.ex eadem. in uerſi.non ſi poteſt.de lege Corra.collatio.x.& ibi domi.Aluarotus, qui huius dicti aſsignat rationem duplicem.primò, quia uaſallus eſt magis tutus ſub magno domino,quàm ſub paruo. Tum, quia ſi daretur inferiori,mutaretur eius conditio, cum teneretur iurare fidelitatẽ minus nobili. Et iſtud intellige uerum, quando feudum alienaretur ſine curia,ſecus autem, ſi totum feudum alienaretur cum omni iuriſdictione curiæ.quo quidem caſu poteſt transferri etiam in ruſticum, & inferiorem dominum, ut legitur & not.per do.Bal.& Aluaro.ubi ſ.*

¶ Obtinet principatum. *Adde do. Bal.in prædicto §.ex eadem.in uer.*

non

non ibi, ſed per conſuetudinem.

c ¶ §. Ad hoc qui. *Aduerte, quia quidam habent ſuper hoc §. unam rubricam inſcriptam de allodijs, ſed malè: quia ille §. eſt pars legis. & titul. de pa. iu. firm. ita ibi dicit do. mi. Aluaro. Et caue quoniam text. ibi non dicit, declarando quid ſit allodium. ſed do. Bald. in princ. praall. §. ad hoc dicit formaliter, ut hic dicitur. & idem dicit do Alua. in c. ij. hic alleg. in uer. ibi allodium.*

SVMMARIVM.

1 *Pauperi non habenti unde cauſam tueatur, Iudex debet ſumptus decernere.*

QVAEST. CCCCCLXI.

SI quis contra me litigat de
1 ſua hæreditate,*quam poſſideo, uel omnibus de bonis, & nõ habeat unde litigare, iudex ſibi debet cõtra me prouidere, ut ſibi præſtẽ ſumptus litis & alimoniç, per tex. in l. fi. in §. q; ſi ei, qui. ibi, ita & ex eiſdem ſi aliqua facultas eſſe non poterit, tantũ litis ſumptus & alimoniæ hominis, &c. C. de ordin. cogn. Et ita pluries uidi in d. curia parlamẽti
2 fieri & obſeruari. ¶ *Idem etiam uidi obſeruari in paupere ſeu miſerabili, qui non habet unde litigare, quòd ſibi per dictam curiã parlamenti prouideretur de aduocato & procuratore, qui faciet gratis, & pro Deo fieri, aliàs hoc facere deberent domini de parlamẽto, uel quilibet alius iudex inferior, de ſuo proprio, ut in authen. de mandatis principum. §. ſi tibi. collatio. iij. Et niſi aduocatus facto ſibi præcepto per curiam præſtet patrociniũ, debet repelli ab aduocatione dictæ curiæ, niſi ſe excuſet cauſa rationabili. iij. quæſt. vij. cap. tria. Pro quo uidetur caſus in l. nec quiſquã. §. aduocatos. ff. de officio proconſ. & legati. ubi iudex ultrò debet prouidere de aduocato pupillis, uiduis, & miſerabilibus perſonis, nõ poteſt intelligi ſumptibus debilis ſeu miſerabilis perſonæ: quia nihil uel parum habet: ergo debet intelligi gratis uel ſumptibus domini iudicis, in cuius curia litigatur, ad hoc, ne iuſtitia depereat. argumen. dicti §. ſi tibi. faciunt pro hoc not. per Ioan. Andr. in cap. ſi hi qui. extrà, de teſtibus. Et alibi dicit text. quòd debet fieri
a de publico.[a] in l. lege Corne. ff. ad Sill. Et ex his poteſt dici ſumpta fuiſſe practica, quæ obſeruatur in hac curia parlamẽti Delphi. quia in cauſis miſerabilium perſonarum, quæ cauſa pietatis à curiis inferioribus aduocantur, mandantur firmariis talium curiarum, quòd tranſmittãt acta abſque conſtitu. de quo ut plurimum conqueruntur firmarii dictarum curiarũ inferiorum. Sed malè: quia nulla ex hoc eis fit iniuſtitia, per ſuprà allegata. & uide ſuper hoc capitulo ex parte. extrà, de accuſationi. & Speculator in titulo, de inquiſitione. §. ultimo not. in principio. & gloſ. in lege, ſi inſtituta. §. de inofficio. digeſtis, de inoffitioſo

teſtamento.

a ¶ Debet fieri de publico. *Iſtud enim rationabilius uidetur, ne labor ſine mercede fiat aduocato: eripiatur ergo ærario fiſci: ut detur aduocato, ne quis mercede condigna defrau detur. & hoc uerũ exiſtimarem, niſi aduocatus ſalarium de publico perci piat, per ea, quæ habentur collat. vj. in authen. de iudicibus. §. ne autem. & ibi glo. j.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis an poſsit laicum punire, pro iniuria illata clerico, diſting. numero 1. & 3.*

4 *Iudex eccleſiaſticus, an poſsit cognoſcere de cauſa feudali, contra clericum.*

5 *Iudex ſecularis in tribus caſibus habet poteſtatem in clerico.*

6 *Fideiuſſor datus per clericũ, an corã iudice ſeculari poſsit conueniri.*

QVAEST. CCCCCLXII.

1 VTRVM officialis* Gratio nopo. poſsit punire laicũ pro iniuria facta clerico: uidetur quòd non, arg. in l. iiij. C. de officio præfecti prætoris: & quia actor debet ſequi forũ rei, in cõ trarium uidetur, ꝙ imò poſsit eũ
a punire [a]. per gl. C. de epiſc. & cleri. in authen. item nulla communitas. in glo. ſuper uerbo, ab eccleſia. & facit pro hac parte C. de officio præfecti orientis. l. de honorario. & gloſ. ff. de edict. l. iuſtiſsimè: quia magis dignũ trahit ad ſe minus dignũ. extrà de conſecra. eccleſię. c. ꝙ in dubiis. & c. j. eodem titulo, & de iure patro. c. j. libr. ſexto. & ibi gl. & tex. in cap. ſi is, cui de canonicatu. de præben. libro ſexto. facit etiam pro hac parte l. ſi communẽ fundum. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur. ubi ex perſona priuilegiata habetur priuilegiũ. Quid
2 dicendum? * Dic ꝙ ſi officialis pręueniat iudicem temporalem, poteſt laicum pro tali iniuria punire, per dictam authen. & facit. C. de epiſco. & cleri. in authen. cauſa, quæ ut cum monacho. & lege ſecunda, C. de officio præfecti urbis. & ita determinari uidi in curia parlamenti in præſentia domini officialis, q increpabatur per dominos de parlamẽto: ex eo, quòd uolebat cognoſcere de quadam inqueſta contra magiſtrum Paulum, medicũ, laicum, de iniuria illata, ut dicebatur per dictum magiſtrum Paulum, contra magiſtrum Claudiũ medicum, & clericum. Sed fuit dictum, & concluſum de ipſo caſu non poſſe cognoſcere, attento, quòd ipſe fuerat præuentus per curiam communem Gratio nopo. imò nec etiam ipſe officialis poterat cognoſcere, ſecundum pactiones dudum initas inter dominum tunc Delphinum, & dominum Epiſcopum Gratio nopo. Et plenè ſcripſi ſuprà, quęſtio. cclxxv.
3 * Concluſio ergo eſt iſta, quòd ſi officialis præueniat iudicem temporalem, poteſt de tali cauſa cognoſcere. Si uerò iudex temporalis præuenerit ipſe de ea cognoſcet, per ea etiam, quæ dicit Guliel. de monte lau-

duno

duno in clemen. j. de cenſibus. ibi, facit ad quæſtio. &c. ita ſeruatur. ¶ Et de hac materia præuen-
b tionis, [b] plenè ſcripſi ſ. q. ccij.

¶ Circa hoc tamen eſt aduertendum, ꝙ ſi talis laicus impetret ueniam à Rege, uel à domino noſtro Delphina. pro tali delicto commiſſo in perſonam clerici, quòd curia parlamenti cognoſcet de interinatione talis gratiæ. Et in terminis huius quæſtionis de hoc anno currente domini, M.cccclx. primò uentilatur proceſſus in manibus Ioan. Gofredi ſecretarii Delph. contra quoſdam delatos de præſenti incarceratos carceribus portetrione, qui atrociter uerberauerunt, & uulnerauerunt curatum de paſ-
4 queriis mandamẽti clauſę. ¶* An iudex eccleſiaſticus poſsit cognoſcere de cauſa feudali contra clericum? uide quæ dixi ſuprà, quæſtione cxxxix. Item ad ad quẽ pertineat cognitio per-
c iurii, [c] an ad iudicem eccleſiaſticum, an ſecularem, uide quæ ſcripſi ſ. q. clxxviij. Quis debeat facere inuẽtarium de bonis præſbyteri defuncti, an iudex laicus, uel eccleſiaſticus? uide quæ ple-
5 nè dixi ſuprà quæſtione cclxj.*

¶ Iudex ſecularis in tribus caſibus habet poteſtatem in clerico, & in bonis ſuis ſpiritualibus, quos ponit gloſ. in capitulo, tua. la prima. de decimis. ¶ Vtrum fi-
6 deiuſſor* per clericum datus, coram iudice ſeculari poſsit conueniri? Dic quòd ſic, ſecundum Speculator. de competen. iudic. aditione. §. j. uerſic. ſed pone clericus. ¶ An clericus ſortiatur forum in actione reali, uide ſuprà, quæſtione lxxvij.

a ¶ Imò poſsit eum punire. *Adde, quod dicit do. Innoc. in c. cum ſit generale. in glo. ſua. in uerſic. ſacrilegij. extrà de fo. competen.*

b ¶ De materia præuentionis. *Vide iſtum, conſi. xxx. incipi. quòd nobilis, & potens. nu. j. pro ratione præuentionis.*

c ¶ Cognitio periurii. *Vide de hoc quæſito per iſtũ, conſi. xxix. incip. ille incarceratus. nu. iij. uerſi. ite etiam dictus. ubi alleg. & ſe remittit ad no. conſi. lxxxix. in primo dubio.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus, an poſsit eſſe officialis ſeu iudex, diſting. num. 1.*

3 *Monachus clauſtralis, an poſsit eſſe aduocatus, procurator, arbiter, uel defenſor.*

4 *Monacho clauſtrali poſsíntne cauſæ delegari.*

5 *Conuerſi an poſsint eſſe teſtes in teſtamento.*

QVAEST. CCCCCLXIII.

AN monachus poſsit eſſe
1 officialis ſeu iudex?* & uidetur ꝙ non, quia pro mortuo habetur, per l. Deo nobis. in §. hoc etiam congruum. C. de epiſ. & cleri. iuncta l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. In contrarium uidetur, xvj. q. j. c. qui uere. Quid
2 * dicendum? Dic quia aut loquimur in ſimplici monacho & clauſtrali, aut in monacho habente adminiſtrationem. Primo caſu

 dic,

dic,quòd non poteſt eſſe officialis ſine ſuperioris ſui Abbatis uel epiſcopi,cui immediatè ſubeſt,licentia:ut tenet glo.ordi.in c.prę ſentium.xv.q.j.& c.monachi. eadem quæſt. & cauſa. & not.per Ioan.And.in cle.ij. extrà de præſcrip.& ibi tetigi gl. Secundo caſu,credo ꝙ poſsint eſſe iudices, & officiales. & ratio, quia cum eis concedatur adminiſtratio,& ſic per conſequens conuerſatio, & frequentatio cum hominibus laicis & aliis,& in cauſis ſecularibus,multomagis iudicare in cauſis ſpiritualibus, & laicis præſidere. nam cum eis permittatur id,
a quod minus,[a] multò fortius id quod maius. Item ratio dicti ca. qui uerè.ceſſat.Et per conſequẽs dictum ca.ceſſare debet:ut l. adigere.C. de epiſco. & cleri. & ita uidi ſeruari in curiis officialatus Viennæ & Lug. de uno monacho Priore, qui fuit officialis Viennæ,& poſteà Lugdu. ¶Sed pone, quòd ab omnibus creditur ipſum poſſe eſſe officialem, ut quia credunt talem monachũ clauſtralem habere licentiam ab Abbate uel epiſcopo, uel aliàs credunt ipſum eſſe officialẽ. An ſententiæ ab eo prolatæ, ualebũt? credo ꝙ ſic,propter publicã utilitatem,cõmunem errorem gentium, de quo uidetur caſus in l.
b Barbarius[b].ff.de offic.prætoris. facit l.ſi arbiter.C. de ſententia & interlo.om.iud.& quod nota. in l.ſeruus ea lege.ff.de teſta.& no. per Dy.in c.j.in vij.q.extrà de re iudi.li.vj.& ita uidi tales ſenten-
3 tias tolerari.¶Sed an * talis monachus clauſtralis poſsit eſſe aduocatus,procurator,arbiter, uel defenſor? Dic ꝙ non,niſi de ſu-
c perioris licẽtia.[c] ut not. in d.ca.
4 præſentium.¶*Sed nunquid tali monacho poterunt cauſæ delegari?dic ut no.per gl.in c. cum olim. extrà de priuileg. in antiquis.& per Spe.in tit.de offic.de leg.§.excipitur.uerſicu.nunquid monacho &c. ¶An religioſi poſſint eſſe teſtes in teſtamẽtis:uide quæ plenè ſcripſi ſ.q. cccccxvij.
5 ¶Quid de conuerſis,* an poſſint eſſe teſtes in teſtamẽto?Credo ꝙ ſic, cum non ſint religioſi, ſed poteſt contrahere matrimonium,& habere proprium:ut dicit Barto.in authen.ingreſsi.ibi, expeditus de contrariis.C.de ſa. ſan.eccle.¶De monacho,etiam tetigi ſ.q.ccccclix.

a ¶Permittatur id, qđ minus; &c. *Conuerte iſtud per regulam, cuilibet.in vj.*

b ¶In l. Barba. *Et uide quòd ibi dicunt dom. Bar. & Bald.*

c ¶Niſi de ſuperioris licentia. *Et adde ſcilicet, in monaſterij expoſcẽte utilitate:ut dicit dò. Goſ.in ſum. de poſtul.in §.repelluntur ab aduocatione.in uerſi.monachi autẽ.et alle.c.ij. eo.ti.& c.ſi magnopere.et c. ſuper ſpe. ne cleri.uel mona.& c.alia.& c.placuit.xvj.q.j.& c.j.xvj.quæſtio.ij.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſsit ſcribere acta, ut ei credatur,diſting.num.2.*

3 *Cauſa breuiores, quæ dicantur. Et quando*

quando dicatur agi de paruo, uel magno.

QVAEST. CCCCCLXIIII.

1 VTRVM iudex, ut notarius,* poſsit ſcribere acta quæ fiunt coram ſe, ut ipſe ſit iu-
a dex & notarius.ª tex. cum gl. in l. iubemus. in §. ſanè ſi. C. de ſac. ſan. eccle. uidetur uelle, ꝙ ſic. Cõtrariũ tenet Inn. in c. cũ à nobis. extrà de teſti. quod probatur in c. quoniã contra falſam. extrà de
2 proba. gl. dicit*, ꝙ quidã fiunt à iudice, nõ in forma iudiciali: ut puta, facit aliquas literas teſtimoniales, tunc ipſemet poteſt ſcribere: ut l. diuus. ff. de offi. præſid. Si uerò ſunt alia acta, quæ fiunt in forma iudicii, nõ poſſunt ſcribi ab ipſo iudice. l. ne in arbitris. ff. de arg. & d. c. quoniã cõtra falſam. Non obſt. d. l. iubemus. in §. ſanè ſi quia in his, quæ ſunt de iuriſdictione uolũtaria, ipſemet iudex poteſt ſcribere: ut d. l. iubemus. ſecus autem in his, quę ſunt contentioſæ iuriſdictionis. Et ita ſeruatur in curiis patriæ Delphinal. Et prædicta intelligo uera, niſi in cauſis breuioribus: quia poſſunt agitari ſine ſcriptis: ut in authen. niſi breuiores. C. de ſen. ex breuic. recitãdis. Cũ enim ipſi iudici credatur, ut ibi per Bar. de-
b bet ergo & eius ſcripturæ ᵇ credi. Et ita uidi ſeruari in talibus minimis cauſis. Et uide circa præmiſſa, quæ plenè dicit Bar. in dicta lege, iubemus & plenius, & clarius in l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de ſtipulatio. ſeruorum. & not. quia alibi non reperies hanc materiam tractari per Bar. niſi in dictis duabus ll. iubemus. & ſi ſeruus
3 cõmunis.* Sed iuxta hoc quæro, quæ dicantur breuiores: uel quãdo dicetur agi de paruo uel de magno. dic ꝙ remittitur arbitrio
c iudicis, ᶜ ut not. in d. authen. niſi breuiores. & per Barto. in l. j. ibi, Sed quæro, quæ dicatur quantitas parua, uel magna. C. qui dari tutores poſſunt.

a ¶ Iudex & notarius. *Poteſt quis eſſe in eadẽ cauſa, ubi exercetur iuriſdictio uoluntaria: ubi uerò contentioſa, & tunc in leuibus cauſis, ut ſuprà in alijs nõ leuibus: ſecus, ut per d. Bal. in l. iubemus. in §. ſanè. in uerſi. quæro ergo. C. de ſacroſ. eccle.*

b ¶ Eius ſcripturæ. *Dominus Pau. de Caſt. in d. authen. niſi breuiores. poſt opinio. ſuã, per quã uidetur tenere cũ Bar. recitat etiam opi. Ang. qui dicit ſibi nũquã placuiſſe opi. Bar. in hoc, quia hoc eſſet aperire uiam multis fraudibus. uide in d. authen. niſi breuiores. per ipſum Pau. de Caſt.*

c ¶ Arbitrio iudicis. *Adde d. Barto. col. iij. in authen. de manda. prin. in §. ſit tibi quoque. in ulti. not.*

SVMMARIVM.

1 *Superuita an debeatur dote non ſoluta. uide & nu. 5.*

2 *Donatio, in qua facta eſt mentio de patre. et patria poteſtate, intelligitur facta contemplatione patris.*

3 *Statutum, quod muliere moriente in matrimonio ſine liberis, maritus lucretur dimidiã partem dotis, et aliã tantùm partem teneatur reſtituere, an intelligatur in dote ſoluta, uel*

tantùm promiſſa.

4 *Pacta de dote lucranda, & de donatione propter nuptias, debéntne eſſe æqualia reſpectu quotæ.*

QVAEST. CCCCCLXV.

IN cõtractu matrimonii Io. Saunerii, filius Drenoni Saunerii ciuitatis Grationo.& Fráceſiæ filiæ Deſiderii uillaris, aliâs rabaza de Romanis, nũc uxor Io. Gofredi, ſecretarii Delph. dictus Deſiderius pater filiæ poſt dotis cõſtitutionẽ de ſumma octies cẽtũ florenorum auri, donauit do. Io. Saunerii uiro futuro pro ſuperuita cẽtũ flore. auri. Et uiceuerſa dict. Dreuon. & Io. Saunerii pater & filius donauerũt dictæ Fráceſiæ ſponſæ futuræ (licet abſenti) notario pro ea ſtipulanti pro ſuperuita, caſu quo ipſe Ioan. uir futurus decederet ante dictam Franceſiam, uidelicet ducentos florenos auri. Contingit, quòd dictus Ioannes Saunerii poſt contractũ dicti matrimonii deceſsit, ſuperſtite dicta Franceſia eius uxore. Modò de facto contingit, quòd de hoc anno currente domini, M.cccclxj. de mẽſe Martii dictæ partes ſe ſubmiſerunt ſummariæ cognitioni, & ordinationi curiæ uenerabilis parlamẽti ſuper dictis dicentis flore. pro ſuperuita d. Fráceſiæ per d. Saunerii patrem & filium, ut præmittitur, donatis. Quia dictus Dreuonus Saunerii, pater mariti, dicebat ſe ad ea non teneri, cũ dictus Deſiderius uillaris pater dictæ Franceſiæ non ſoluerit de dicta dote[a] dicto Dreuono Saunerii patri mariti, niſi centum flore.[b] Quæritur quid iuris? Pro cuius quęſiti determinatione præmitto, quòd dicta donatio pro ſuperuita dictæ Fráceſiæ per dictũ Saunerii facta cenſeri debet donatio propter nuptias, ratio, quia in contractu matrimonii, & contemplatione ipſius matrimonii facta fuit dicta donatio, quanquã ſub nomine ſuperuitæ, quia illa uerba, pro ſuperuita, &c. groſſo modo inter contrahentes prolata, nõ habẽt operari aliud, quàm donationẽ propter nuptias: de quibus nuptiis fiendis tunc inter ipſas partes agebatur. arg. ff. familiæ erciſ. l. ſi filia. in prin. & faciũt ad hæc no. per Cy. & Bal. in l. ſi cũ ante. C. de dona. ante nup. nam ſenſus potius, quàm uerba cõtrahẽtiũ attendi debet: ut in d. l. ſi cum ante. Et pro hoc facit quod dicit Bar. in l. cũ aliquis. C. de iure delib. ubi dicit, quòd ſi in donatione facta filio. fiat mẽtio de patre & patria poteſtate, uidetur donatio facta cõtemplatione patris. ita dicit ibi Bar. & plenius ipſe Bar. in l. ſi filio. la. ij. ff. de do. cauſa mor. & in l. fi. C. de uſufr. Si ergo hîc fuit facta mentio de nuptiis, cẽſeri debet fuiſſe facta propter nuptias. Nec alteratur dicta donatio ex eo, quòd fuit collata in tẽpus mortis, ſi maritus moreretur ante dictã eius uxorẽ, quia dictus Saunerii pater & filius promiſerunt & iurauerunt geſta in

d.cõtractu matrimonii attendere,& nunquã cõtrafacere uel uenire.Pro quo l. ubi ita donatur. ff.de do.cau.mor.Et his ſic præſuppoſitis,uenio ad negociũ principale,utrũ dictus Dreuonus pater teneatur ſoluere dictæ Frãceſiæ dictos cc.flore.pro ſuperuita in dicto cõtractu matrimonii datos.Dubiũ facit:quia de dicta dote ccc.flore.nõ fuerũt ſoluti, niſi c.flore.auri.& arguẽdo ad partes uide.ꝙ dicta donatio pro ſuperuita nõ debeat̃,niſi pro rata dotis ſolutæ,per tex.in auth. de nõ eligẽdo ſecũdò nubẽtes.in §.pe. qui incipit,illud quoq;.colla.1.& trãſumptiuè in auth.ſed mulier, quæ nihil.C.de pac.cõuentis. Et alibi dicit Cy.ꝙ ſi dos nõ ſoluatur marito,ꝙ ipſe non tenet̃ alere eius uxorẽ.in l.qđ in uxorẽ.C. de neg.geſt.quia deceptis, & nõ decipiẽtibus iura ſubueniũt. pro quo etiã allegat ibi Cy.d.§.illud quoq;.de nõ eligẽdo ſecũdo nubentes.In cõtrariũ,ꝙ imò debeatur dicta donatio pro ſuperuita facta, facit quod ponit dominus Bar. de Salyceto,in l. ſi cõſtante. C.de dona.ante nuptias.ubi quęrit de quæſtione, ſtatuto cauetur ut uxore præmoriente in matrimonio ſine liberis dimidiam dotis maritus reſtituere tantũ teneatur,& aliã medietatem ſibi lucretur:

3 * An dictũ ſtatutũ intelligatur in dote nõ ſoluta,uel ſolui promiſſa.Et ibi determinat ꝙ etiã locũ habet in dote nõ ſoluta,ſed tãtummodò promiſſa ſolui. Quia ex ſola promiſsione mulier dicitur dotẽ habere.alleg. l. cũ poſt. §.1.uer.ſi is.ff.de admi.tu.& C.de rei uxo.ac.in §.accedit. quia dare,& promittere,ſunt paria. in l. fi.in fi.C.ad l.fal.Et hæc eſt tutior pars,dicit ipſe Saly.Prętereà,alia ratione, ꝙ debeatur dicta donatio dictæ Frãceſiæ: quia licet dicta dos nõ fuerit ſoluta:attamen fuit habita fides de ipſa dote,per dictũ Saunerii patrẽ & filiũ, propter promiſsiões,hypothecas,& fideiuſsiões per dictũ Deſideriũ patrẽ Franceſię eiſdem Saunerij patri & filio datas , & præſtitas, ideò haberi debet ac ſi tota dos ſoluta fuiſſet.arg. legũ in ſimili. inſtitu.de rerũ diui.in §.uendită. & in l.& uendidi.ff. de cõtrahen. emp. & uẽditione. cũ pendente dilatione non dicatur in mora.l. eum qui calendis.ff.de uerb.ob. & uidetur hoc idẽ tenere Sali.in d.l.ſi cõſtante. dum dicit, ꝙ ex promiſsiõe mulier dicitur dotẽ habere,reſpectu tamẽ huius effectus,ut lucretur d. donationem. Nec obſtat d. §. illud quoque,in authen. de nõ eligendo ſecũdò nubẽtes. Quia ibi nunquàm fuit habita fides de dote.& hoc uidętur ibi uelle gl.ſuper uerbo,percipiat.dũ dicit,reſpõdeo.ibi,fuit parata dare,&c. Et de hoc etiã tętigi ſ. quęſt. ccccxxx. Prætereà dicta authen.ſed mulier,quæ nihil. C. de pactis conuent.hodie de conſuetudine non ſeruatur: ut ibi dicit Ioan. Fabri in ſuo breuiario.Et non mirum, ſi in caſu d.

non fuerit, ut ibi. Secũdo caſu,ſi termini ſolutionũ nõ fuerint effluxi, ꝙ debeatur donatio propter nuptias. Ratio, quia in dotis ſolutione fuerũt adiecti termini ſolutionũ,per patrẽ filiæ,uolẽte uiro,& in abſentia filiæ:ideò cũ per eam non ſteterit quominus dos ſoluta fuerit,imò potius per uirũ,qui acceptauit dotẽ ſub illis terminis ſolutionum,non debet uxori imputari , iuxta d. regulã, quod per me nõ ſtat,&c. Sed credo indiſtinctè uerum, quòd ſiue termini ſolutionis dotis ſint lapſi, ſiue non,tẽpore mortis uiri, ꝙ ſuperuita ſiue donatio propter nuptias uxoris debeatur:cũ reſpectu huius effectus dos uideatur uxori ſoluta, quãdo maritus habuit fidem de dote, & per aliàs rationes plenè per me ſuprà factas. hoc etiã probatur authoritate do. Ioan. Fab. qui in d. authen. ſed mulier. quæ nihil dicit,quòd d. authen. etiam non habet locum de iure, ubi dos fuit promiſſa ſolui per alium, quàm per uxorem. De hac materia uide ſuprà q.cclxxiiij.

a ¶De dicta dote. *De hoc,ſcilicet an debeatur ſuperuita dote non ſoluta uel pacti illius,tantũ uide iſtum, conſi.xix.incip. ex caſu mihi tradito. in princ.& per totum tit.*

b ¶Conſuetudinibus ſtari debet. *Hoc fortè intelligendũ eſt,locúmque ſibi uẽdicat in regionibus, unde ſunt tales doct. conſuetudinẽ atteſtantes, cum illa ſit facti,& in facto conſiſtat.c.j.de conſt.lib.vj.& unaquæq; prouincia in ſuo ſenſu abũdat,ut alibi inquit Apoſtolus.*

c ¶Atteſtantur. *Iſtud enim uidetur procedere, quando talis conſuetudo applaudit iuri cõmuni. Nam licet gl. aut etiam plures doct. affirment aliquid affirmari de conſuetudine, in eorum lectura:tamẽ reprobatur illa cõſuetudo,ſi eſt cõtra ius cõmune, ut per d. Bal. in l. ſi is qui. §. ſi antiphona. in uer. in gl. no. ibi. ff. de pigno. & idẽ do. Bal. in l. conſentaneũ. v. col. in v. oppo. in fin. C. quomodo & quãdo iudex. Ita etiam tenet do. Alex. in l. poſt dotẽ. in xij. col. in uer. & iuxta hoc quæro. ff. ſol. mat. Et iſtud uidetur habere rationẽ,quia ſequeretur, quòd admitterẽtur teſtes nõ iurati. Item,quòd admitterentur teſtes per ſcripturam. & ſic concurrerent duo ſpecialia in eodem ſubiecto : contra l. j. C. de iure dot. & ff. eod. tit. l. cum poſt diuortium. in §. in domum. & ibi glo. in uer. genere.*

d ¶Denegetur. *Per iſtud uerbum uidetur non improbabilis iſta opin. ſi modò maritus in terminis dotis ſoluendæ præfixis dotẽ ipſam ſibi exolui popoſcerit. Et tunc mulieri debet imputari, pro quo facit, quòd dicit dominus Baldus in præ. authen. dos data. in ſecunda columna,in uerſicu. ſed ſtatim quæro. ibi , niſi poßit imputari mulieri,& c. C. de dona. ante nuptias.*

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ miſerabiles,quæ dicantur.*

2 *Vidua,quæ dicatur.*

QVAEST. CCCCCLXVI.

QVIA ſecundũ ſtatuta Delphi. cauſæ miſerabiliũ perſonar

ſonarum debent in d.curia parlamenti tractari.* Quæro quæ di-
1 cātur miſerabiles perſonæ.a Bar. in l. una. C. quando impe. inter
a pup.& uiduā.poſt Pet.Ia.& Cyn. dicit, quòd arbitrio iudicis eſt relinquendum.ar.ff. de effra.l.j. §.expilatores.& ponit Innoc.in c.ſignificātibus.extrà de offi.de leg. Et ita ſernat d. curia parlamenti. ¶ Sed quia in dictis ſtatutis Delphin. fit mentio de cauſis
2 uiduarum,* Quæro quæ dicatur
b uiduab ? dic quòd intelligitur uidua, quæ nunquam habuit uirū, uel quæ uirum amiſerit, ut dicit Bar.in d.l.unam.

a ¶ Miſerabiles perſonæ. *Dicūtur pupilli, uiduæ & orphani, not. extrà de fo.cōp.c.ex tenore. & de dona.inter ui. & uxo.c.nuper. & in Spec.de reo.uer.itē quòd couentus. & de inſtru.edi.§.nunc uerò aliqua.uerſ. & ſci.uſ.ij. & hoc uerū, ſi hi ſint inopes. ſecus, ſi diuites: ut per Spec in d. uer. ſcias. & do. Alex.j.parte.cōſ.cxxj.in ult.col.in uer.ij. reſpōdeo. Deniq; miſerabiles perſonæ dicūtur, ſenes, decrepiti, diuturno morbo fatigati, & omnes, quibus natura mouetur ad miſerandū, propter fortunæ iniuriam: etiā ſi diuites ſunt, ut not.per Azo.in ſum. quando imperat. inter pupil.in fi. Et not. quòd dormiens, annumeratur miſerabili ſeu miſero, etiam ſi ſit rex Francorum.dom.* Bald.in l.ea *quidem.C.de teſta.mi.*

b * Quæ dicatur uidua. *Et dic per Bald.poſt gloſ.in l.fin.C. ad l.Iul. de plag. & uide omnino, quæ poſui ſuprà in q.ccclxxj.in apoſti.ad iſtum. in uerſi.retinent.*

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio an poſsit opponi cōtra ceſsionarium.*

2 *Ceſsione facta, ſi cedens agat contra debitorem, an ille poterit ei opponere quòd fecerit ceſsionem debiti.*

QVAEST. CCCCCLXVII.

1 AN cōpenſatio* poſsit opponi cōtra ceſsionarium? Dic q̄ ſic: quia cōpenſatio loco ſolutionis habetur. l. ſi cōſtat.C. de cōpen. & ita etiā expreſsè tenet Pet.Ia.in ti.de rei uend. quæ cōpetit ex ceſsione.ibi, ſi quæratur, &c. Idē tenet Bar.in l. procurator ad exhibendū. §.fi.ff. rem. ra. habe. Idem etiā dicit & tenet Io.Fab.in §.bonæ fidei.inſtitu.de act. Idē tenet Spe.in ti. de procu. §.fi. ſed nūquid.& Cy.in l. eius. C.de cōpen. & Dy.in c. ſi quis in ius alterius.de re.iu.lib. vj. Licet ipſe Dy. uideatur uelle cōtrariū in d. §. in bonæfidei. in q. ſed quæro nunquid prælato petenti pecuniā, &c. Et pro opin.Pet.Iac. Bart.Io.Fa.Spec.& ſequaciū fuit determinatum de anno domini M.ccccloxj.de mēſe Martii, in uiſione proceſſus Io.Durii, & Ioā. Maych.agentiū, & magiſtri Cathalani chāterelli, ſecretarii Delphi.rei in camera cōſilii. ¶ Quia ſuprà feci mētionē de ceſsione: quæro de alia quæſtione, circa materiā ceſsionis actionis. Pone quòd facta ceſsione cedens agit
2 cōtra debitorē, utrum * debitor poſsit opponere iſtā exceptio-
a nē, a uidelicet quòd ipſe ceſsionem

nem debiti fecit, & ſic ceſsionarius haberet utilē, quæ præfertur directæ, uide Bar. in l. facta. circa principiũ. ff. ad Trebellianũ. ubi mouet & determinat iſtam quæſtionem. ¶ De materia ceſsionis actionis, uel perſonalis, uide plenè per Petrũ Iac. in titu. de actio. in rem quæ competit ex ceſsione. An ceſsionarius teneatur facere inſtrumentũ ceſsionis ante lit. conte. uide Specula. in titu. de inſtrumen. edi. §. nunc dicamus. uerſic. ſed quis. & Archidiacŏ. in capit j. de procuratoribus. lib. vj. Petrus Iac. ubi ſuprà in uerſ. item poſt litis conteſt. &c. uidetur uelle, quòd poſt lit. conte. debeat fidem facere. Item Petrus Iac. ubi ſuprà in uerſi. item notandũ, &c. tenet, quòd in materia legis tertiæ. C. de nouatio. eſt neceſſe certiorare debitorem de ceſsione: licet aliàs ſit certioratus. Circa hanc materiam ceſsionis eſt aduertendum, quòd in ceſsione iurium tit. uenditionis requiritur, ꝙ interueniat precium, & quòd numeretur & tradatur: ut not. in lege, per diuerſas. C. mãda. Nec ſufficit confeſsio de precio recepto, ut not. ibi gloſſ. & docto. facit lex ab Anaſtaſio. eodem titulo. no. etiam per do. in lege ſecunda, Codice ne liceat poten. ubi enim requiritur uera pretii enumeratio, & traditio, non ſufficit confeſsio. in lege finali, in uerbo, datæ. & ibi gloſſ. C. qui po. in pigno. hab. Sed circa hoc aduertẽdum: quia etiã hoc caſu ſufficit, quòd cedens fidem habeat de pretio. Et ſicut trahendo uerum pretium, ualet ceſsio: eodem modo ſi cedens fidem habeat de pretio. ita dicunt in dicta lege, ſi per diuerſas. Bal. Angel. & Salyc. De materia dictæ legis tertiæ, Codice de nouat. uide quæ dixi ſuprà, quæſtione quingenteſimatrigeſima. An cõpenſatio poſsit opponi in cauſa appellatio. Spec. tenet, quòd ſic, in tit. de appel. §. de officio eius, ad quem appellatur. in uerſicul. ſed nunquid in cauſa appellatio.

a ¶ Opponere iſtam exceptionẽ. *Dic quòd nõ in caſu, ſcilicet quo ceſsio facta eſt ex cauſa, ex qua non intelligitur creditori ſatisfactũ à debitore. & de hac quæſtione plenius uideas per d. Bald. in l. j. in v. colum. in uerſicu. v. quæritur. C. de actio. & obligat.*

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris, an poßit in cauſa iudicati capi. Et quid de conſuetudine Delphinali.*

QVAEST. CCCCCLXVIII.

De iure, ad hoc quòd nomen debitoris* poſsit de pignore capi, in cauſam iudicati, & debitor debitoris actione perſonali conueniri, requirũtur quatuor.[a] primò, quòd debitor principalis non habeat alia bona, in quibus executio poſsit fieri, ita quòd non ſit ſoluendo. l. ij. & l. penul. C. quando fiſcus uel priuatus. Item quòd debitor debitoris non opponat controuerſiã in debito, ſed confiteatur debitum

bitum in l.iij.C. eo.tit. Sed quicquid ſit de iure, de ſtylo d. curiæ parlamenti, capiuntur de bonis
1 debitoris mobilia uel immobilia, reditus, iura, & actiones debitorum, indifferenter ad electionem creditorum. Et licet ſtatuta dictæ curiæ diſponant, quòd primò capiantur bona mobilia, ſi reperiantur: attamen hodie
a de ſtylo ipſius curiæ parlamenti introducto ab anno domini M. ccccl. citra capiuntur bona indifferenter ad electionem creditorum: ut dixi ſuprà quæſtio, cclxxxj. ¶ An nomen debitoris poſſit iure hypothecæ capi non diſcuſſo principali debitore: uide quæ ſcripſi ſuprà quæſtio. ccccxxxiij.

a ¶ Requiruntur quatuor. *Si condēnatio debitoris principali excuſſo, bonorū eiuſdē, cōfeſſio debitoris exigi debet, uel eius, quod pro confeſſione habetur, et miſſio in quaſi poſſeſſiōe nominis debitoris. do. Bal in l. cauſa. in ij. oppo. & iij. q. C. quando fiſcus uel priua. debitoris ſui debito.*

SVMMARIVM.

1 *Dominij tranſlatio, an poſſit impediri pacto.*

2 *Pactum ſi apponatur in uenditione aut reuenditione alicuius rei, quòd ſi emptor alteri uendat, uenditor poſſit habere rem eo pretio, quo alteri uenditur, an non obſtante tali pacto dominium tranſeat in emptorem.*

3 *Differre, & detractare, aequiparantur.*

4 *Alienatio poſtmodùm facta ab eo, qui iurauerat nō alienare, an ualeat.*

QVAEST. CCCCCLXIX.

PER pactum poteſt prohiberi rei alienatio. l. ea lege. C. de cōdi. ob cauſam. * Et hoc uerum, ſi alienans reſeruet ſibi aliquod ius reale in ipſa re. ut l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtra. pig. & ideo dico ſecundum Bart. quòd ubi aliquis uenderet aliquā rem hoc pacto, quòd remaneret obligata [a], & facerem pactum, quòd non poſſit alienare, quòd impeditur alienatio, per d. §. fi. & iſte eſt unus modus, per quem impeditur alienatio. Eſt etiam & alius modus, per quē impeditur alienatio, quem & ponit Dyn. in lege, qui abſenti. §. primo. ff. de acqui. poſſeſ. Alium & tertiū modum ponit Odof. ut refert Cyn. in l. fi. C. de reb. alie. non alie. uidelicet, quòd in pacto hæc ponantur: promittis non alienare, & ſi cōtingat te ad aliquē actum alienationis deuenire; tunc res ipſa reuertatur ad me. & illum caſum, cōſtituis te nomine meo poſſidere: nunc in iſto caſu te incipiente alienare, dominiū ad me reuertitur. Ita dicit Cyn. poſt Odof. ubi ſuprà, & Bartol. idem dicit in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. primo. Sed dicit, quòd nō eſt neceſſe exprimere [b], ſi ad aliquem actū alienationis, &c. quia dicit ipſe Bartol. quòd ſufficit, ſi dicat, ſi alienabis. nam tūc te incipiente alienare, dominium in me tranſit. caſus eſt nota. ſecundum eundem Bartol. in l. cum fidei hæredis. cum l. ſequent. ff. de fideic

fideicōmiſ.liber. Sed ſi diceretur, ſi alienaueris, ſecus eſſet: qa confertur in tēpus alienationis perfectæ, ut l.Stichus ſeruus. ff. de manu.teſta.Ita dicit Bar.in d. §.diui.Idem ſi dicas, ſi alienes, res reuertatur ad me: quia hoc caſu non impeditur alienatio: quia uidetur purificari cōditio, demum alienatione perfecta, & dominio jam in alium tranſlato, ideo non poſſet ad me redire. Ita dicit Ioā.de But.in d.l.ea le-
2 ge.ſ.alleg. ¶*Sed uidi dubita-
c ri[c] inter nos, in camera conſilii, ſi in uenditione aut reuenditione alicuius rei apponatur pactū, ꝙ ſi emptor alteri uendat, uenditor poſsit habere rem pro eo pretio, quo alteri uendetur: an nō obſtante tali pacto tranſeat
d dominiū[d] in emptorem? ego dixi, ꝙ hoc caſu nō tranſit dominiū in emptorem: ſed ꝙ principalis uenditor debet gaudere tali pacto, & rē habere pro eo pretio, per ea quæ dixit Bar.in d. §. diui. quæ ſuprà recitaui. Secus ſi in tali pacto diceretur, ſi alteri uēdiderit &c. quia hoc caſu cōferretur in tempus uenditionis perfectę, & non impediretur dominii tranſlatio, per d.l.Stichus. ff.de ma.teſta. ſecundū Bart. Niſi principalis, uidelicet primus uēditor, retineret ſibi aliquod ius
e reale[e], uidelicet ꝙ res ſibi remaneret hypothecata: tunc impediretur dominii trāſlatio in emptorem, per d.l.ſi creditor. §.fin. ſecūdū Bar.in d.§.diui.& in d.l. ea lege.& in l.ſi ita quis promiſerit. §.ea lege.ff.de uerb.ob. Et ita fuit determinatū inter nos die xxviij.menſis Martii, anno domini M.cccclxj.in diffinitione proceſſus nobilis Aymarii, Alamandi domini, & cloſæ, & quorūdam hominum, qui olim faciebant certas coruatas nobili Claudio de Bozerello domino domus fortis bellimōtis, qui homines reuendiderant dictas coruatas dicto nobili Claudio cum pacto, ꝙ ſi ipſe alteri uenderet, ꝙ dicti homines haberēt pro dicto precio. Recepit acta d.cauſæ Petrus de Bolliaco, ſecretarius Delphin. Et pro dictis hominibus, ꝙ ipſi habeāt ius retinendi dictas coruatas, ſaltē iure hypothecæ; facit, quod dicit Bart.in l.emptorem.C.loca. ¶Si conueni Titio rem meam ſibi uendere, ſi ad uenditionem procedere uelim, & denunciaui Titio, qui differt emere, An poſsim
3 alteri uendere?*Dic ꝙ ſic, quia æquiparatur differre, & detracta re.tex.in l.præſes, ſed in hoc, facere detractet &c.C.de his qui ad ecc.cōfu. Si uēditio fiat cū reacheto, & pēdēte reacheto res alteri uēdatur: quomodo ſubueniretur primo uēditori? uide quæ plenè ſcripſi, in xlix.conſi.conſiliorū meorū. ¶Sed an iuramētū impediat actū alienandi? Inn. dicit ꝙ nō, in c.dilecto, de præbē. & not. Henri. de Boh. in ſua rep. auth.ſacramenta in cauſa mate-
4 riali. ¶*De illo qui iurat non

alienare,& poſteà alienat,an ualeat alienatio.Spe.dicit q̄ non. in tit.de emp.& uen.in §.præmiſsis.uer.& nota generale conſilium.de hoc etiã habetur in l. acta nouiſsima.C.de pac.ubi docto.tradũt de uerbis derogatoriis adiectis in contractibus. De uerbis autẽ derogatoriis in teſt. adiectis,plenè per Bar.in l.ſi qs. in prin.te.ff.de leg.j.

a ¶Remaneret obligata. *Vide do. Bal.in l.ea lege.in ij.col.in uer.quinto probatur.C.de cond.ob cau.datã.*

b ¶Neceſſe exprimere. *Veruntamen alia uerba neceſſariò requiruntur, quibus expreſsis non refert,an dicatur,ſi contingat te ad aliquem actum &c.aut ſi dicatur, ſi alienabis.& pro hoc ponderat tex.in l.quidam in teſtamẽto.in prin.ibi,ſi ideo eos uoluit uenũdari,ut ſi ueniẽt &c. ff.de fideicom.lib.Nam licet in contractu per prohibitionem impediatur alienatio,quantum ad hoc,quòd ſi contrà ſiat,committitur obligatio ad intereſſe,uel pœnam:tamen non impeditur alienatio,quo ad dominij tranſlationẽ.Sed ſecus foret in prohibitione emanante in teſtamẽto,uel à lege.ita not.gloſ.in l.ea lege.C.de condi.ob cau.& ibi do.Odo.*

c ¶Sed uidi dubitari. *Vide de hoc quæſito per iſtũ conſi.cxviij. inci.ex facti narratione.nu.1.uer.ad primũ.*

d ¶Tranſeat dominium. *Vide do. Bal.in præ.l.ea lege.uerſi.reuoco in dubiũ.& in uer.ad euidentiam.& uer.ſeq.C.de condi.ob cau.datam.*

e ¶Retineret ſibi aliquod ius reale. *Tu uide de hac materia plenè iſtum,conſi.xlix.incip.principale dubiũ.nu.3.uer.alia etiam ratione.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſsor,qui non renunciauit iuri de prius conueniendo principalem, quàm fideiuſsorem,an poſsit conueniri,ſi debitor latitet.*

2 *Præſens,qs,& quot modis dicatur.*

3 *Fideiuſsor ſi reum criminis non exhibeat,punitur pecuniariter.*

4 *Libelli forma,contra obligatos inſolidum.*

5 *Fideiuſsor an poſsit accedere,naturali obligatiõi tãtũ ubi nõ ſubeſt natu ralis obligatio,ſed officium iudicis.*

6 *Fideiuſsor ſi ſe obligauit ut principalis,an nihilominus debeat prius cõueniri principalis,quàm fideiuſsor.*

7 *Exceptio diuidendarum,quæ compe tit duobus uel pluribus reis, poſsit opponi poſt lit.conteſtatam.*

QVAEST. CCCCCLXX.

1 DOMINVS * de Stampis, fuit cõdemnatus in d.curia parlamenti in quinquaginta marchis argenti,& cum ipſe dominus de Stampis fuiſſet in arreſto conſtitutus,in præſenti ciuitate Grationop.donec ſoluiſſet prędictas quinquaginta marchas argenti:ipſe dominus de Stãpis ſe obligauit de nouo,& promiſit dictas quinquaginta marchas argenti ſoluere certis terminis cõcordatis, & cauit ipſe dominus de Stampis,per dominum de Diemo, & Valentiũ baquellarii, ciuem Grationop. qui ſe obligauerũt fideiuſſorio nomine dicti domini de Stãpis, ſoluere more debitorum fiſcalium

lium per incarceratione ſuarũ perſonarum. nõ tamen reperitur in inſtrumento dictæ cautionis, quòd ipſi fideiuſſores renũciauerint iuri de prius conueniendo principalem debitorẽ, quàm fideiuſſorem. contingit in facto quòd dictus dominus de Stampis, ſe occultat in domo ſua, uel alibi, infra tamen iudicaturam Grayſuodani, ne compellatur ad ſoluendũ dictas quinquaginta marchas argenti, ita ꝙ nõ potuit reperiri pro eũ citando per executores, ut retulerunt ſeruientes & executores ſuper hoc, per dictam curiã parlamenti deputati. Ideò dicta curia appunctuauit, ꝙ dicti fideiuſſores compellantur more debitorũ fiſcaliũ prout ſe ſubmiſerunt ad ſoluendũ dictũ debitum. Et cũ ipſi fideiuſſores uocati fuiſſent coram dicta curia parlamẽti, ipſi oppoſuerunt exceptionẽ ordinis, dicẽtes, ꝙ primò debet conueniri dictus dñs de Stampis, debitor principalis, quàm fideiuſſores: attento, quòd ipſi nõ renũciauerunt iuſdicenti principalẽ debitorẽ prius fore conueniẽdũ, quàm fideiuſſorẽ. Fuit propterea dubitatum inter dominos meos de parlamento, an dicti fideiuſſores bene dicerẽt. Quia uidebatur quòd ſic, cũ nõ renunciaſſent dicto iuſdicenti principalẽ prius cõueniendum, quàm fideiuſſores. Attẽto maximè, ꝙ dictus dominus de Stampis nõ eſt abſens à præſenti patria Delphi. & eſt ſoluẽdo, iuxta authen. præſente. C. de fideiuſſ. Attentóque etiã, quòd ipſe dominus de Stampis, habet domicilium infra iudicaturam Grayſuodani. & ibi habet notoriè q̃ plura bona, quo caſu dicere uoluit Sal. in d. authẽ. præſente. ꝙ nõ poteſt fideiuſſor conueniri, qui non renunciauit dicto iuri &c. Sed prius ipſe principalis eſt diſcutiẽdus, ut ibi tenet ipſe Sali. Sed gl. aliter dicit, in auth. de fideiuſſ. in §. ſuper uerb. præſentes, ibi, ſexto modo &c. collatio. j. & tenet. principalis debitor dicitur eſſe præſens, ſi ſit in eodem territorio, & poſsit citari, ſcilicet faciliter, dicit ibi Ange. & cũ ipſe dominus de Stampis ſe occultet, ita ꝙ non poteſt citari, fuit declaratum propterea per dictam curiam parlamẽti, dictos fideiuſſores fore conueniendos, inſequẽdo opinionem glo. ubi ſuprà. ac Ang. & ſequaciũ. Pro quo etiã adduco rationem: quia cùm ipſe dominus de Stampis ſe occultet dolosè, nec permittat ſe reperiri, ne cõtra eũ fiat executio prędicta, debet haberi pro abſente. l. Fulcinius. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. & ſic dicta auth. pręſente. ibi, abſente uerò &c. facit contra dictos fideiuſſores, ꝙ poſsint prius cõueniri, q̃ ipſe principalis debitor: licet non renunciauerint dicto iuri &c. Fuit tamen per dictam curiam parlamenti datus terminus dictis fideiuſſoribus

ad repræſentandũ dictũ debito
rem principalem,corã eadẽ cu-
ria die xv,inſtantis menſis Apri
lis anno domini M.cccclxj.cum
comminatione, quòd aliàs ipſi
fideiuſſores incarcerabũtur,do-
nec ſoluerint dictũ debitum. Et
fuit mota ipſa curia parlamenti
dictum terminum ipſis fideiuſſo
ribus cõcedere;inſequendo di-
ſpoſitionẽ iuris,qua dicta auth.
præſente.ibi,ipſo tamẽ deſide-
rante,iudex diffiniet tẽpus &c.
Ita fuit proceſſum per dictã cu-
riam parlamenti contra dictos
fideiuſſores.Et acta ipſius cauſæ
recepit Petrus de Bolliaco,ſecre
tarius Delphin.¶Sed iuxta ma-
teriam d.authen.præſente,C.de
fideiuſ. quæ quotidiana exiſtit,
2 ¶*Quero,quando quis dicatur
a præſens[a],& quot modis quis di
catur præſens reſpectu abſentis,
glo.in d.auth.de fideiuſſo.§.ut.
gl.ſuper uerbo,præſentes.ponit
ſex modos,quos ibi uide.Sed ul
tra gl.addo alios duos modos.
Primum,ubi colonus in fundo
filium relinquit,ut C.de agri.&
cenſi.l.cum ſcimus.in fin.& ff.de
fundo inſtruct.l.prædia. Secun-
dum modum,ſi fuerint ſerui ſub
eodem tecto,& dominũ nõ de-
fendant,puniuntur:quia haben
tur pro præſentibus.ff.ad Sillei a
num.l.j.§.quæſtionẽ. ¶Itẽ quæ-
ro,quando quis promittit fide-
iuſſorem aliquẽ certa die exhi-
bere in iudicio, & nõ exhibet,
qualiter cõtra ipſum procedere
tur,& qualiter puniri debeat.ui

de Spe.in ti.de accu. §.ſequitur,
uer.ſed ſi dedit fideiuſſorẽ &c.
b Et ſuper hoc dicit gl.[b] poſita ſu
c per uerbo,arietes[c].xxxiij. q.v.cũ
homo ſit.Sed certè iſtud nullo
iure inuenitur ꝙ fideiuſſor poſ
ſit occidi,ſi nõ exhibeat illũ pro
quo fideiuſſit;licet fideiuſſerit
ꝑ reo criminis.Sed ſi fideiuſſor
3 *reũ criminis nõ exhibeat,pecu
niariter punitur:uel ſi dolo eum
nõ exhibet,punitur arbitrio iudi
cis.ff.de exhib.reis.l.ſi qs reũ.&
C.ad Turpil.l.ij.qđ not.qa ali-
bi ſic nõ reperies, ¶Item, ſi ſint
plures, quilibet inſolidũ,quali-
ter formabitur libellus contra
ambos uel alterũ ipſorum?uide
Bar.in l.ſi pluribus.ff.de lega.ij.
4 *Et ibi ponit,qa debet poni in
cõcluſione libelli,ꝙ uno ſoluẽ-
te,alter liberetur:aliter ſi nõ po
natur,libellus reiicitur.Et pro-
pterea ita ſemper practicaui,tẽ-
5 pore quo practicabã.¶*Vtrũ na
turali obligationi tantũ,uel ubi
nõ ſubeſt naturalis obligatio;
ſed officiũ iudi,ei põt accedere
d fideiuſ.[d] Dic ꝙ ſic[e].ſecũdũ Bar.
e plenè,in l.Marcel.ff.de fideiuſſ.
6 ¶*Sed quid ſi fideiuſſor ſe obli
gauerit,ut principalis, debitum
ſuũ propriũ faciendo,an nihilo
minus habeat exceptionẽ ordi-
nis,ut cõueniatur prius princi-
palis, q̃ ipſe fideiuſſor? dic ꝙ
ſic,ut in auth.de fideiuſſo.in §.
j.& ibi glo,notab.Sed qualis ſit
d.exceptio ordinis,ut prius con
ueniatur principalis, q̃ fideiuſ-
ſor?dic ꝙ eſt dilatoria, & debet

oppo

opponi ante litē cōteſtatā,pro quo uide Bar.in l.iij.ff.de exce. & Cy.in l.exceptionē.C.de proba.in vij.q.& tangit gl.in d.l.iij. ¶Quāto tēpore duret fideiuſſio,ſiue loquamur in fideiuſſore cōtractus,uel iudicio ſiſti aut iudicato ſoluēdo: uide plenè per Cy.in l.ſi fideiuſſor.C.de fideiuſ.¶De materia d.auth.præſente.C.de fide.uide quæ plenè ſcri
7 pſi ſuprà q.xciiij. ¶*Sed an exceptio diuidēdarū actionū,quæ cōpetit duobus uel plurib⁹ reis, poſsit opponi poſt lit.cōte.dic ꝙ ſic,per text.cū gl.in l.fideiuſſor.C.de fideiuſ.Idē tenet Spec. in ti.de renun.& concluſio.§.j. uer.in primis.& ſeq.Idem tenet Dyn.& Bar.in l.ſi dubitetur.ff. de fideiuſ.Idem tenent Bal.Saly. & Io.Fab.in d.l.fideiuſ.reprobata opin.Pet.& Cyn.imò, quod plus eſt,illa exceptio poteſt opponi poſt ſententiā,ut dicit Bar. ff.de re iud.l.Paulus.la ij.de quo uide plenè,per Sal.C.ſi plu.una ſenten.condem.fuerunt.

a *Quādo quis dicatur preſens.*Et quādo dicatur quis præſens,& quādo abſens:tradit Pet.de Ancha.in c. peruenit.col.fin.de fideiuſs.& adde quòd quis dicitur præſens,qui eſt in ciuitate,uel in hortis:ut not.Bar.in l. ſi ad defendēdum.ff.iud.ſol.& præſentes dici poſsunt,exiſtentes in diuerſis locis.dūmodo ſe exaudiant:ut per Bar.in l.j.ff.de uerb.obl.*

b ¶Dicit glo.*Formaliter quòd hoc ſubiungitur.l.ſed certè iſtud &c.*Et *adde do.Io.Fab.inſt.de fideiuſ.in §. in omnibus.in glo.ſiue ex maleficio ubi dicit, ꝙ ſi fideiuſsor promiſerit certā ſummā,illam ſoluet.Sin autem arbitrariā,uel,punietur in corpore, ſi fuerit in dolo,uel extraordinariè: nō pœna,qua puniretur ille,pro quo fideiuſsit.Ex hoc ubi agebatur criminaliter ex delicto,fieret condemnatio ad intereſſe partis.& alleg.ff. de cuſt.reo.l.ſi quis reum. C.eod.l.ſi quis barſatorem.ad Turpil.l.ij.hoc autem fallit.ff.eo.l.ſi a reo.§.ſi ij.*

c ¶Verbo,arietes.*Voluit dicere ſuper uerbo,ſupplicium.*

d ¶Accedere fideiuſſor. *Vide do. Io.Fab.inſti.de fideiuſs.in §.ac nec. in gloſ.ſi ut pro ſeruo.in fin.*

e ¶Dic ꝙ ſic.*Poteſt tamen fideiuſſor,ſi accedat ignoranter,pro eo,qui eſt tantum naturaliter, uel ciuiliter obligatus,excipere:ſecus ſi ſcienter, uel eleganter:ut dicit do.Io.Fab.ubi ſuprà in ij.col.in uer.unde uidetur. & in uerſi.uidetur ergo.*

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium an ſit nullum, ſi non inchoëtur infra xxx.dies,licet perficiatur infra lx.alios dies.*

2 *Tempus conficiendi inuentarij, an currat minori.*

3 *Hæres inſtitutus, ſi non conficiat inuentarium ſecundum formam l. C.de iure delibe.an patiatur pœnas dictæ legis. Et quid de eccleſia, uel hoſpitali.nu.4.*

5 *Tempus conficiendi inuentarij, a quo tempore incipiat currere.*

6 *Fideicommiſsarius, an poſsit conficere inuentarium in perſona ſua.*

7 *Exceptio,ego ſum infra tempus conficiendi inuentarium, an impediat*

litis conteſtationem.

8 *Hæredes an poſſint infra tempus conficiendi inuentarij, alios conuenire.*

9 *Inuentarium qui non conficit, an teneatur in foro conſcientiæ ultra uires hæreditarias.*

QVAEST. CCCCCLXXI.

ALIQVI doct. in iu. ſcribentes, uoluerunt dicere
1 & tenuerunt expreſsè, * q; nō ualet inuentarium, niſi inchoëtur
a infrà xxx. dies[a], licet perficiatur infra lx. alios dies. Sed Cyn. & Bart. tenent ecōuerſo, quòd imò ſufficit, q; ſit perfectū infra alios xxx. dies, licet inchoëtur poſt
b xxx. dies[b]. Ita dicūt ipſi in l. ſcimus. in §. ſi uerò poſtquā. de iur. delib. & ita pro hac ultima opi.
c Cy. & Bar. tanquā magis æqua[c] iudicatur in hac curia parlamē-
d ti. ¶ De forma[d] dicti inuentarii conficiendi, quomodo fieri debeat, ponit plenè Bart. in d. l. ſcimus. in §. cum igitur. Sed quid ſi hæres omiſerit, infra tempus debitū à iure ſtatutū, conficere inuentariū: an poſsit ipſe hęres à principe per reſcriptum releuari? Vide, quæ plenè dixi in tractatu reſcriptorum, & clauſularū derogatoriarum &c. per me Guidonem Papæ compilato. in uer. hæres omiſit facere inuenta-
2 rium &c. Sed utrū * illud tempus currat minori? dic q; ſic, ſecundū Bar. licet poſteà reſtituatur: ut in authen. de hære. & Falcid. §. pupillus. & tenet gloſ. ff. de mino. l. auxilium. §. j. & reſtituitur, probata tamen læſione, ſecundum quod plenè dixi ſuprà quæſtio. cxlj. & cxlij. ¶ De præſcriptione cōtra minorē, uide quæ dixi ſu-
3 prà q. ccccxxv. ¶ * An fiſcus hæres inſtitutus patiatur pœnas d. l. ſcimus. ſi nō conficiat inuentarium ſecundū formā d. l. ſcimus. C. de iure delibe. dic q; nō. & eſt ratio: quia non tenetur ultra uires hæreditarias, per text. in l. j. §. an bona. & l. nō poſſunt. ff. de iure fiſci. ita dicit Bar. in d. §. an bona. Et ita iudicatur in dicta curia parlamēti. licet uideatur tex. contra. in §. pen. in auth. de hæredi. & Falci. licet ibi tex. non loquatur ſpecificè de fiſco. Hoc etiam ſcripſi ſuprà quæſtio. cccxxxiij. de quibus per me ibi ſcriptis non recordabar, dum hic ſcripſi: quia non poſuiſſem ſu-
4 perfluè in duobus locis. * Sed an eccleſia, uel hoſpitale, ſi hæres inſtituatur, patiatur pœnas ſtatutas contra non facientes inuentarium: de quibus in d. l. ſcimus. & uidetur quòd ſic, per authen. de hæredib. & Falcid. in §. fina. & hoc ibi tenet Iacob. de Bello uiſu in fin. ſuæ lecturæ, quem ſequitur domin. Ray. de Sabanaco in ſua repetitio. §. ſi uerò poſtquam. in d. l. ſcimus. Sed poteſt ipſa eccleſia reſtitui, per clemen. de in integrum reſtitu. facit c. quia contingit. §. illi etiam. de reli. domibus. in cle. hanc quæſtionem mouet Barto. in l. autem. §. ſed cum teſtator. C. ad legem Falc. ſed nō determinat

minat eam: quia dicit ſe dubitare, an eccleſia reſtituatur contra præſcriptionem: & infra quod tempus. Et quid ſi eccleſia ſuccedat priuato? uide plenè diſtinctionem Bar. in auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccle.
5 ¶* Sed à quo tẽpore incipiat currere dictum tempus cõficiendi inuentarium? Dic ꝙ non à tempore hæreditatis: ſed à tempore aditæ hæreditatis:
e ut dicit gl. quã ſequuntur Bar. & doc. in d. l. ſcimus. §. finaũt dubius. ſuper uerbo, delatam.
b ¶ Furca ſuſpēduntur,*Adde quòd in l.quandoque dicitur,laqueo ſuſpēdatur:ut in d.§.ſi quinque ſolidos. alibi dicit,furcis figatur:ut in l.capitalium.in §.famoſos.ff.de pœn.alibi dicit lex,furca ſuſpendatur:ut l.ſacrilegij.ff.ad legē Iul.pecu.& ff.de pœn.l.ſi quis aliquid.§.primo. alibi dicit lex,furca tolluntur. d.l.ſi quis aliquid.§.j.alibi dicit,furca damnatur:ut ff.de re mili.in l.iij. §.is qui. Et ex prædictis poterunt colligi caſus,in quibus de iure quis furca ſuſpendendus eſt:ut dicit do.Aluar.in prææallega.§.ſi quis quinque ſolidos. in j.col.paulò poſt princ.ibi,laqueo.*

c ¶ Bald.in c.j.*Voluit allegare in c. uno.& §.iniuria.in ij.colū.in uerſi, feudorum furtum.in j.quæſtio.ibidem poſita.*

d ¶ Rebelles,*Quis dicatur rebellis, & ex quibus cauſis, quótue modis, uide d.Bar.in apparatu ſuo,col.xj. qui ſunt rebelles.in l.quoniā nuper, in princ.in gloſ.in uerſi.rebellis,*

e ¶ Rebellare.*De hoc,ubi ſuprà proximè in præ.l.quoniam nuper.in gl, in uerbo tenore.& in glo.in uerbo, rebellando,*

f ¶ Ipſo iure.*Vt in præ.l.quoniam,*

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an poſſit agere ad commiſſum,ex contractu alienationis nulliter facto,*

2 *Pœna ſtatuti non habet locum,ſi ſtatuto ciuitatis caueatur,ne quis alienet rem,ſine ſolutione gabellæ,*

QVAEST, CCCCCXC.

1 QVIDAM uendidit* & tra
didit rem emphyteutica
riam, ſine conſenſu domini di-
recti, quæ uenditio aliquo caſu
reperitur de iure nulla: an do-
minus directus poterit agere ad
cõmiſſum contra emptorẽ rei?
a credo ꝙ nõ[a], obſtante nullitate
talis uẽditionis, pro quo addu-
co in ſimili quod ponit & tenet
Bar. in l. fi. §. ſi autem ſub condi
tione. C. cõmu. de leg. ubi dicit,
2 *ꝙ ſi ſtatu. ciuitatis caueatur, ꝙ
ſi aliquis alienauerit rẽ, & non
ſoluerit gabellam, perdat eam,
b & alienatio fuerit nulla[b], quòd
c non habet locum pœna[c] ſtatuti.
Sed hoc uerũ dico, ſi pars à qua
petitur cõmiſſum, hoc opponat,
per ea quæ dixi ſuprà q. ccxxj.

a ¶ Credo ꝙ nõ. *Tu uide de hoc per iſtũ conſi. cxcij. inci. ex furti narratione. nu. 2. uer. ad ſecundũ quæſitũ.*

b ¶ Nulla. *Facit, quod nõ præſtat impedimentũ, quod de iure nõ ſortitur effectum: ut in reg. lib. vj.*

c ¶ Nõ habet locũ pœna. *Tu uide de hoc, & an ex contractu nullo debeatur pœna, iſtum, conſi. xxxj. in ci. in Ieſu Chriſti nomine, amen. nume. 1. ad fi. uer. imò ultrà dici poſſet.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres, uerbum, qualiter ſumatur in teſtamentis, & in cõtractibus. nu. 2.*

QVAES. CCCCCXCI.

VERBVM, hæres, poſitũ
in teſtamento in ſubſtitu-
1 tione* aliqua, ſumitur pro filio,
uel alio ex proprio corpore de
a ſcendente. l. ex facto. §. fin.[a] ff. ad
Treb. & talis appellat legitimè,
poſtquam ex corpore deſcẽdit.
l. j. ij. & iij. C. de ſuis & legi. hæ-
red. & ita etiã uoluit gloſ. poſita
ſuper rubri. aliter ſequeretur, ꝙ
alii aſcendentes uel collaterales
uſque ad ſeptem gradus, qui le-
gitimi dicuntur, C. de leg. hære-
di. per totum. & inſt. de leg. agn.
ſucceſsione. ſubſtitutos exclude
rent. quod nõ tamẽ eſt dicendũ,
nec ita fuiſſe de mẽte teſtatoris,
quæ in his debet præcipuè attẽ-
di. l. xj. §. item ſi quis. ff. de leg. iij.
l. pen. ff. de lega. j. & l. cum uirũ.
C. de fideic. Et pro hoc bene fa-
cit, quod ponit Spec. in tit. de te
ſtamen. §. in primis. uer. fin. ubi
dicit quòd nomẽ hæredis poſi-
tũ in ultima uoluntate in ſubſti
tutiõe nõ ſignificat alios, quàm
deſcendentes, licet in contracti
2 bus*[b] & legibus ſignificet de di
b recto ſuccedentes in uniuerſum
regulariter. l. fi. C. de hæredi. in-
ſti. & l. ſub diuerſis. §. j. ff. de con
di. & demon. & l. quædam. §. his
autẽ. ff. de eden. facit etiã quod
ponit Bald. in c. j. de natu. ſucceſ.
feudi. ubi dicit, quòd uerbum,
hæres, non comprehendit pa-
trem. Et ita uidi determinari in
dicta curia parlamenti, & uide
quæ ſcripſi ſuprà quæſtio. lix. &
quæſtio. ccccvij. De hoc uerbo,
c hæres[c], ſcripſi in notabili. meis,
in §. appellatione hæredum &c.
foli. xlviij.

a ¶ §. fin. *Adde ibi do. Barto. qui aſſignat rationem. & domi. Bald. in l. j. in j. not. C. de condi. inſer.*

b ¶ In contractibus. *Hoc uidetur*

proce

procedere,niſi hincinde naſcatur ob- ligat.quia tunc etiam intelligitur de filio hærede,ut ſentit do.Bart.in præ di.§.fin.& apertè exprimit do.Bal. in d.l.in uerſi.conſidera.

c ¶De hoc uerbo hæres. *Tu uide de materia hic tacta iſtum conſi. xxxvij.incip.addendo ad allegatio- nes nu.1. uerſicu.& uidetur.ibi,& licet illa clauſula.& per totum con ſilium.*

SVMMARIVM.

1 *Trebellianicæ prohibitio facta per patrem filio,reſpectu primi gradus, porrigatúrne ad omnes ſubſtitutio- nes ſubiunctas.*

QVAES. CCCCCCLII.

VTRVM prohibitio Tre-
a bellianicæ[a]*facta per pa-
1 trẽ filio reſpectu primi gradus, porrigatur ad omnes ſubſtitutiones ſubiunctas?uidetur quod
b ſic,[b]quia prohibitio indefinitè reſpectu primi gradus inſtituto rum facta,porrigitur ad omnes ſucceſſores.l.Lucius.in princi.à contrario ſenſu. & l.ſi plures.ff. de leg.iij.ita dicit Bar.in d.l.Lucius.Et cum in caſu iſto detractio Trebellia.fuerit in gradu indiffinitè facta, & in præiudicium filiorum:cui magis hæreditas debetur, quàm ſubſtitutis extraneis.inſti.de hæredum qua li.& differen.§.ſui ipſa etiam.& multo magis cenſetur facta reſpectu omnium ſubſtitutorum: quia clauſula in princi.uel circa principium inſtitutionis adiecta,porrigitur ad omnia capitula ſubſequentia,l.iij.§.filius.& ibi etiam hoc ponit Bar.ff.de libe.& poſthu.l.j.C.eod.tit. & maximè,quando nulla ſubeſt ratio, quare ita ad ſequentia non debeat referri, ut in d.l.j.habetur. nec aliqua ſubeſt diuerſitas uel repugnantia,ſi ad ſubſequentia capitula referatur.l.cohæredi.§. qui patrem.ff.de uulgari.Ita dicit Bar.in l.talis ſcriptura. §.fin. ff.de lega.j.¶Et de hac materia etiam ſcripſi ſuprà qõ.cccccxlv. ¶Et de mate.Trebel.tetigi ſuprà qõn.lj.¶Sed quid de uerbo, maſculis,ſubiũcto in prĩmo gradu ſubſtitutionis, an cenſeatur repetitum in ſequentibus gradibus?uide quæ ſcripſi ſuprà quæſtio.ccccl xxxv.

a ¶Prohibitio Trebellianicæ. *Tu uide de hoc quæſito,iſtũ plenè conſi. xcvj.incip.caſus ſub nominibus.nume.1.uerſicu.ad quintum,ibi,quarta m uero.*

b ¶Videtur, quòd ſic. *Facit, quia quod in inſtitutione dicitur,in ſubſtitutione repetitum eſſe uidetur:ut inſtit.de uulg.& pupil.ſubſtit.in §. & ſi ex diſparibus.Item facit,quod adiectæ portiones in inſtit.cenſentur repetitæ in fideicommiſſo uniuerſali. l.quoties.ff.ad Treb.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes uariè deponunt, utri depoſitioni ſit ſtandum.*

2 *Teſtes an poſſint recipi in cauſa inquiſitionali,ante lit.conteſta.*

QVAEST. CCCCCXCIII.

1 TESTIS*in uno iudicio inter aliquos habito, depoſuit medio iuramento unũ,

& poſt in alio iudicio depoſuit 2 aliud, etiam ſuo medio iuramento, cui dicto eſt ſtandum? dicendum uidetur ꝙ primo[a], iuxta ea, quæ ponit Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. penul. ff. de adult. quod ponit gl. in auth. de teſti. §. illud tamen. coll. vij. nam cùm publicatis teſtibus eſt uériſimile, ꝙ teſtis loqui potuerit cũ parte producente, uel cum alio parti producenti amico ſeu affectionato, 3 ipſe præſumitur ſubornatus aliter deponendo in ſecunda ſua depoſitiõe, quàm depoſuerit in prima. Et ideò tanquam uarianti non eſt credendum. Ita dic. gl. ordina. in c. ſuper his. glo. j. extrà de pœn. Nec eſt ſecundæ depoſitioni credendum: quia ipſe in ea eſt periurus, deponendo contra illud quod primo ſuo medio iuramẽto depoſuerat. & ita eſt infamis, l. Lucius. ff. de his qui notan. infa. l. ſi quis maior, C. de tranſactio, pro hoc, quòd periurus, à teſtimonio repellatur, teſ net Spec. in tit. de teſte. §. j. uerſi. item excipitur, quod eſt infamis, ibi, unde periuri non admittuntur &c. & uer. quid ſi teſtis ſecundò inductus &c. Attamẽ credo opinionem Bart & gloſ. fore a ueram: uidelicet quòd primę ſtetur; & ita ſeruatur, ut di. Bart. in d. l. poſtulaue. §. pen. tamen de hoc uide quæ ponit Innocen. in c. præterea. extrà de teſt. cog & Specu. in titu. de teſte. §. j. uerſi. item quod teſtis obſcurè &c. de hoc etiam tetigi ſuprà q. ccccl vj.

¶ *Vtrũ teſtes poſsint recipi in cauſa inquiſitionali ante lit. conteſt? Dic quòd ſic, ſecundũ Inno. in c. ueritatis. extrà de dol. & cõtuma. ¶ Si teſtes contradicant inſtrumento, cui potius ſit ſtandum, an teſtibus uel notario? ui de quæ dixi ſuprà qõ. ccccxl. & uide Abb. Pan. docto. nouiſsimũ & doct. in c. cum Io. heremi. extrà de fide inſtru.

a ¶ Quod primo. *Idem tenet etiam do. Odofr. de Peru in conſi. incipiente, in Chriſti nomine, in præſenti pũ cto. Minor tamen fides adhibetur teſti. ut tenet do. Io. And. in c. præterea. in glo. in uerſi incontinenti. extrà de teſti. cogen. An autem teſtis uſq; ad ſententiam ualeat errorem ſuum corrigere. eſt arbitrarium ex circunſtantys, an ſit admittendus, uel non: ut dicit do. Ioã. And. poſt Hoſti ubi ſuprà in gl. fi. & an teſtis poſsit ſtatim mutare? dic ſecundum Alex. in conſi. lxx. in iiij. col. in j. uol.*

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſiæ, quibus de cauſis poſsint alienari.*

2 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus præſcriptionem.*

QVAEST. CCCCCXCIIII.

RES eccleſiæ poſſunt alienari[a] *ob neceſsitatem, in authenti. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. Item, ob pietatem. Item, ob redemptionem captiuorum, & alimoniam pauperũ. l. ſancimus, C. de ſacroſan. ecc. xij. q. ij. c. aurum, Item & ob commoditatem, ut ſi res ſit ſterilis. d. c. aurum. Item & ob utilita

litatem, ut puta ſi meliora proſpiciat: & tūc alienat Epiſcopus cum cōſenſu totius capituli uel maioris partis eiuſdē. xij. q. ij. c. ſine exceptione. & de his, quæ fiunt à prxla. ſine cōſenſu ſui ca. c. ſuper aliquo. in ſi. De terrulis uerò & uineolis exiguis, Abbas uel Epiſcopus poteſt alienare ſine cōſenſu ſuorum fratrū, ſi neceſsitas expoſcat. ut duodecima, quęſtione ſecunda, capitulo, terrulas. & maximè ſi conſuetudo hoc ſuadeat. ut c. cæterum. extrà de donat. Vbi autem neceſsitas non ſuaderet ſeu expoſceret, tūc tales terrulæ nō poſſent alienari, ſine conſenſu ſuorū fratrum, ſeu capituli. ut d. c. terrulas. arg. à contrario ſenſu qđ eſt fortiſsimum in iure. l. j. §. j. ff. de officio eius cui eſt mā. iuriſdictio. & Abbas rem eccleſiæ ſuæ alie. cum conſenſu ſui capituli, & ſui Epiſcopi. xij. q. j. c. abbatibus. & xvij. q. iiij. c. in uenditionibus. ubi autem fit alienatio in caſibus non permiſsis, uel ſine iuris ſolennitate, non ualet alienatio ipſo iure. c. nulli. & c. ſi quis presbyterorum. extrà de rebus ecc. nō alie. Et ſi fiat in caſibus permiſsis, uel cum iuris ſolēnitate, ualet alienatio. Sed debet preciū conuerti in utilitatem eccleſiæ, & illud probari, ut dicit Inn. in c. j. extrà depoſi. Et ſi eccleſia lædatur, poteſt reſtitui, ſi læſio manifeſtè apparet. in c. j. extrà de in integ. reſti. In datione in emphyteuſim, ſi fiat, obſeruetur forma data in auth. perpetua. C. de ſacroſan. eccl. & in corpore unde ſumitur. quæ auth. ſumitur ex §. licentia. in auth. de alie. & emph. col. ix. & uide quę dixi circa hoc ſ. q. cc. & xlix. & uide plenè per Bar. in d. auth. perpe. ¶ Sed quia ſ. proximè fit mentio de reſtitutione in integ. ſi eccleſia repe-
1 riatur læſa:* Quæro an eccle. reſtituatur aduerſus pręſcrip. Gul. uidetur uelle, ꝙ ſic. alii cōtrà, ꝙ contra præſcrip. de quibus in auth. quas actio. C. de ſac. ſan. ec. non reſtituetur: per c. auditis. extrà de præſum. alii, ꝙ reſtituat: ſed reſtitutio debet peti j. quadriennium: & hoc tenebat Pau. de Leaza. in cle. j. de in integ. reſti. Ita dicit Bar. in d. authē. quas actiones. ¶ Quærit glo. in d. authen. quas actiones. quid ſi eccl. ſuccedat priuato, an utatur illa pręſcript. uide ibi plenè gl. Bar. & ibi ſufficit remiſsio. Eccleſia poteſt cum principe permutare. in authen. ſed & permutare. C. de ſacroſan. eccle.

¶ Alienari. *Vide d. Azo. in ſummā. C. de ſac. ſan. ecc. in ij. col. in §. in remittendo, & d. Goſ. in ſum. de rebus eccle. alie. uel non. in §. prohibentur.*

SVMMARIVM.

Vſuſfructus an finiatur, uſufructuario ingrediente monaſterium.

QVAEST. CCCCCXCV.

SI uſufructuarius* ingrediatur monaſteriū, utrū finiatur uſuſfructus? [a] gl. dicit ꝙ non. in auth. j. C. de bo. quæ libe. & hoc eſt uerum, quādo tali monaſte-

 rio

rio licet habere proprium.inſti. de acqui.per arro.§.j. hoc tenet expreſsè Inno.in c.in præſentia. extrà de proba. & Spec.in tit.de ſtatu monach.uer,xlvij.Vbi uerò tali monaſterio nõ licet habere proprium,tũc,iſto caſu dicit etiã Spe.ꝙ non finitur. in ti.de ſtatu monacho.uer.iij.quæritur.allegat ibi ſua iura.Et poteſt eſſe ratio, quia tale legatũ potius concernit alimenta, quàm aliud. & ideò tale monaſterium dici poteſt capax ratione alimentorũ. ita notauit Bar.in l.ſeruos.ff.de ali. facit l.metallũ.in princ.ff.de his, quæ pro non ſcriptis ha. & facit etiã qđ ibidem per eũ notatur.Et ita uidi in hac curia parla.Delp.determinari. ¶De hoc etiam tetigi ſ. q.cccclxxvij.in fi.

a ¶Finiatur uſusfructus. *Adde, ſi pater ingrediatur monaſterium, an extinguatur uſusfructus eius in aduentitijs.d. Bal.poſt argumentationẽ ad partes uidetur inclinare in partẽ negatiuam in anti. excipitur.in ij.co lum.in uerſic. quærit glo.nunquid ſi pater.C de bo.quæ libe.*

* *Tu adde, quod uſusfructus ingredientis monaſterium finitur morte eius.ut tenet Bart. in repet. authen. ingreſſi.col.x.uerſi. breuiter quæro. C.de ſacroſan.eccle.*

SVMMARIVM.

1 *L.filio præterito.ff.de iniuſto, rupto & irri.teſta. an locum habeat in filio præterito à matre.*

QVAEST. CCCCCXCVI.

1 IN reuiſione* proceſſus nobilis Claudii Alamandi, originaliter actoris, & nobilis Ioan. Alamandi rei,ſuper facto caſtri rupiſchinardi diffinitu, in d.curia parla. de anno currente do. M.ccccxlj. & die ij.menſis Iulii, fuerunt factę cõcluſiones & deciſiones infra proximè ſequentes.Primò,ꝙ lex filio pręterito.a ff.de iniuſto & irrito teſt.locum habet etiam in filio à matre præterito.prout etiã ita tenet Pe.de Muri.& in d.l.filio præterito.in ſua repetitione, in q.quæ incipit,xiij.& iiij. &c. & dixi ſ.quæ. ccccxxvj.Et hoc dubium interuenit in dicto proceſſu,propter teſtamentum Falconę uxoris Io. Alamãdi, aui dicti Claudii,quæ in ſuo teſtamento præterijt filias ſuas, & inſtituit tantũmodo filios ſuos maſculos: uidelicet Io.Abbatis & Michaelem.

a ¶Lex filio præterito. *Vide omnino do. Bar.materiã illius l.per quæſtionem tripartite collectã, plenius attingentem. & adde ea,quæ traduntur in authẽ.ex cauſa. C.de lib. præte.uel exhære. per do. Odo. Cyn. Barto. Bal. & Saly.*

SVMMARIVM.

1 *Filius præteritus,an poſſit dicere teſtamentum nullũ, uſque ad xxx.an.*

QVAEST. CCCCCXCVII.

1 ITEM, & ſecundò fuit in dicto proceſſu concluſum, * & deciſum,ꝙ licet Bart.in d.l.filio præterito.ff.de iniuſto & irrito teſtamento.& l.ij. C.de poſthu. hære.inſti.tenuerit,ꝙ in caſu d. l.filio præterito.filius pręteritus non poſsit dicere teſtamentum nullum,

nullũ,poſt annum: tamẽ fuit determinatũ in d.proceſſu,ꝙ imò
a uſq; ad xxxá.nos[a] inſequẽdo cõmunem opinionem Bal.Angel. 1 de Peruſio,Io.de Imo.Raph.Cuma.l.filius,qui in poteſtate.ff.de libe. & poſth.quos ſequitur do. Pe.de Beſucio in d.l.filio pręterito.& Saly.in d.l.ij.C.de poſthu.hæredi.inſti.& de hoc etiam tetigi ſ.quę.ccccxxvj.¶ Sed quo tempore præſcribatur ius agendi ad ſupplementum legitimæ, uide ſ.quęſtione lxxxij.

a ¶ *Xxx.annos. Imò uidetur, quòd duret perpetuò: quia ius dicendi nullum, non eſt actio, nec officium iudicis: eſt potius quadam materia facultatis, quæ etiam eſt iudicium, poteſt ſupplicari: unde ſufficit ſi præteritus coram teſtibus dicat, uolo teſtamẽtum eſſe nullum. ea enim quæ ſunt iure facultatis, et non reducuntur ad iudicium, de neceſſitate non uidentur poſſe præſcribi tempore aliquo: tamen prima opinio, quòd tollatur xxx.annis, magis placet do. Bal. in præ.l.filio præterito.ff.de iniuſtõ, rup.et irrito teſtamento.in iiij.col.in uerſiculo quaro, ſi præteritus. Adde, quòd idem tenet Paulus de Caſtro in lege, ſuum. C.de iure deliberã. Et Alex. in legẽ prima.* C. *quando non petent.par.*

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ quittauit bona paterna, an in aliquo debeat inſtitui in teſtamento patris, ut teſtamentum ualeat.*

2 *Filij ex filia, ipſa uiuente poterúntne dicere teſtamentum nullum.*

QVAEST. CCCCCXCVIII.

ITEM, ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ pater inſtituat in ſuo teſtamẽto filiam,* quæ quittauit bona paterna cũ iuramento ꝙ ſit dote contenta, ſecundum Pe.Ia.in ti.de condi.ex lege.omnimodo ex teſtamẽto cumulata,in q.quę incipit,ſed quid erit,ſi filius &c. quem ſequitur do.Io.de Aremone, in l.pactum quod dotali. C. de collatio.in ſua repetitio. dicens idem de aremo,ꝙ licet tale teſtamentum ſit nullum iure ciuili, eſto,ꝙ renunciauerit bonis paternis, cum iuramẽto per plures rationes, quas ibidem allegat: tamen ex æquitate canonica & prætoria eſt,quãtum ad hoc,confirmatum, ut filius non 2 poſſit tale teſtamentum nullum dicere,exceptione iuramẽti exclusus. Hanc opinionẽ etiam ſequitur do.Io. Aguillionis quondam actu legens tempore meo in Montepeſſulano,in quodam ſuo cõſilio,incipiente,in dubiis extractis ex quæſtione ſuperius &c.qui mouetur tali ratione: quia ipſe filius uel filia qui cum iuramento quittauit, cogitur iuramentum ſeruare omnino.c.quãuis.de iureiu.[a]lib.vj.In omnino ſeruari debebit: ergo debet intelligi, ꝙ ſiue pater nihil reliquerit, nec in aliquo eã hæredẽ inſtituerit, ꝙ non impugnabit, nec annullabit teſtamentũ: quia qui omne dicit, nihil excludit: ut iuribus uulgatis. & generaliter dictum, generaliter eſt intel-

ligendum.l.j.§.& generaliter.ff. de leg.præſtan. & ſic ſub illo iu b rameuto cenſetur cōprehēſus
b omnis modus[b] per quem poſsit uoluntatem patris impugnare. & ſic, ꝙ non poſsit dicere nullum, licet ſibi nihil relinquatur. Et ita fuit cōcluſum & determinatum in diffinitione dicti proceſſus. hanc opinionem tenet etiam do. Ray. de Sabanaco, in d.l.pactum.in repetitione. & in l.quoniā in prioribus. C. de inoffi.teſt. ¶ De hac materia etiā
1 tetigi ſ. q.ccxcv. ¶ * Sed an filii
c ex filia[c] ipſa uiuente poterūt dicere tale teſtamētū nullum? do. Ray.de Sabanaco, in ſua repetit.dic.l.pactum.dicit ꝙ nō: quia non poteſt operari edictū ſucceſſorium obſtante iuramento matris, pro quo inducit.l.filio.ff. de iniuſto & irrito teſtamento. & l.iij. §. ſi quis ex libe. cum ibi no.ff.de contratab.& qđ not.in §.eadem.inſtit.de hære.quæ ab inteſt.deferuntur.hanc opinionem etiam tenet ubi ſ.Pe.Iac.in §.ſed nunquid filius. uide ſuper hac quæ.Bal.in l.fi. C.de pactis. Sed quid ſi uiuente patre filia, quæ quittauit, decedat, an nepos ex tali filia poterit dicere teſtamētum nullum, in quo nihil eſt ſibi relictum? uide Bal.in l.fi. C.de pac.& Bar.in l.quæ ſuperſtitis.ff.de acqui.hære.

a ¶ De iureiur. *Voluit allegare de pac. & quantum ad intellectum illius c.quamuis.uide omnino d.Saly. in l.pactū,quod dotali.in uer.quæro modo.& uerſi.ſequen. C.de pact.*

b ¶ Omnis modus. *Facit, cum quid prohibetur, omnia prohibentur, quæ ſequuntur ex illo: ut c.nam concupiſcentium.de conſtit. Item, cùm quid una uia prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.ut in c.cum quid. de reg.iur.libro ſexto.*

c ¶ Filii ex filia. *Ad materiam de multis quæſtionibus facientibus, uide do.Bar.in l.qui ſuperſtitis.in uer. quæro, ſecundum prædicta.ff.de acqui.hære. ubi ſentire uidetur, quòd renunciatio filiæ de ſucceſsione paterna, non nocet filiis: niſi quādo ſuccedunt in locū matris. uide tamen, quo ad hoc quod pulchrè dicit dom. Saly.in l.pactum quod dotali. C.de pact.in ultima quæſtione.*

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ quittauit bona paterna, an faciat partem, licet non admittatur ad partem.*

*Et an ea poterit ſuccedere, ſi in aliquo inſtituatur.nu.*1

QVAEST. CCCCCXCIX.

ITEM, etiam in dicto proceſſu fuit cōcluſum,* ꝙ licet filia quæ quittauit mediāte dote cū iuramēto bona paterna, nō admittatur ad partē: ipſa tamen filia facit partē, quę pars cedit lu-
1 cro hæredis patris, cui eſt facta quittatio, ſecundū etiam Pe.Iac. in ti.de condi.ex l.omni modo ex teſtamēto cumulat.in q.quæ incipit, ſed quid erit ſi filius &c. Et de hoc tetigi ſ.q.ccxcv. ¶ Sed quid de filio emācipato, an cōputetur in numero liberorum? dicit ibidem Pe.Ia.ꝙ non. idem de

de deportato, uel exhæredato iuſta de cauſa,& probata,uel de fratre minore exiſtente. ¶ *Sed ſi talis filia, quæ quittauit bona paterna, inſtituatur uel ſubſtituatur per patrem,nunquid poterit ſuccedere[a] nõ obſtãte quittantia cũ iuramento?dic ꝙ ſic.[b] ut in c.j. extrà de renũciatione. & facit quod ibi not.per Inn.& Io.And.hoc tenet Bar.in l.j.§.& poſt.ff.de no.ope.nũcia.& do. Io.de Are.in l.pactũ.C.de colla.

a ¶Poterit ſuccedere.*Vide d.Saly. in praal.l.pactum quod dotali.C.de pact.in ij.col.in uer.quaro modo.& in uerſi.aut paſcitur.*

b ¶ Quòd ſic.*Tu uide omnino iſtũ conſi. xcvj.incipi.caſus ſub nominibus falſis.nu.v.uer.ad quintum.ibi, tamen quia dicta Sempronia.*

SVMMARIVM.

1 *Filij maſculi an cenſeantur inuitati ad bona teſtatoris ex diſpoſitione teſtamentaria, per uerba hac: ſi ſine hærede maſculo,&c.*

QVAESTIO CCCCCC.

ITEM,circa teſtamentum domini* Aymarij Alaman.proaui d.nobi. Clau. Ala. fuit deciſum, ꝙ dictus Claudius pronepos d. do. Ayma. non cenſetur inuitatus, ex ipſo teſtamẽto do. Aymarii, per illa uerba: ſi ſine hærede uel hæredibus maſculo, uel maſculis, de ſuo ꝓprio corpore procreatis &c. licet inter dominos parla.opinãdo ego in medium adduxerim iura & rationes in cõtrarium: de quibus plenè tetigi ſ.quæ.clxxxiiij.quia maior pars dominorum, qui in reuiſione proceſſus interfuerũt, concluſerunt ꝙ per illud uerbũ, maſculis.nõ poteſt coniecturari mens teſtatoris, ꝙ noluerit filios ſuos admitti ex teſtamento ad bona ſua.ſed ꝙ illa uerba magis operãtur conditionem, quàm diſpoſitionem teſtamentariam[a] iuxta communem opinionem,de qua in l.Lucius.la ij. ff.de hære.inſti.Et de qua cõmuni opinione dictæ l.Lucius.etiã plenè tetigi ſ.q.xxxix.licet dicti domini tunc cõcluſerunt,ꝙ per illa uerba,ſi ſine hærede uel hæredibus &c. intelligantur filii. iuxta.l.ex facto.§.fin.ff. ad Trebel.¶De hac q.uide quæ dixi ſ. q.cclxxxix.Et ſ.q.cccccxcj.

a ¶ Quam diſpoſitionem teſta. *Adde do.Bal.in l.Lucius Titius.ij.in uerſi.quarit gloſ.ff.de har.inſt.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario an competat rei uendicatio pro rebus alienatis ante reſtitutionem fideicommiſſi.*

QVAEST. CCCCCCI.

ITEM, etiam fuit concluſum in dicta cauſa, quòd fideicõmiſſarius uniuerſalis pro rebus *alienatis poteſt agere rei uendicatione, contra tertium poſſeſſorem, etiam non facta ſibi reſtitutione fideicõmiſſi,re, uel uerbo.[a] ſecundum Bart. in l.fin. §.ſinautem[b] ſub conditione. in fi.C.communia de leg.&in l. Marcellus.§.res,quæ.in fine.ff. ad Trebel.Idem tenet glo. in l. penult.C.ad Trebe.& propter-

eà competebat rei uendicatio dicto nobili Claudio per eũ in ſuo libello intentata ad cauſam dicti caſtri rupiſchinardi.

a ¶ Re uel uerbo. *Vide domi. Saly. in l.ſi duobus.§.ſinautem.in iij. oppo.C.communia de lega.*

b ¶ §. ſinautem. *Vide plenius per Pau.de caſtr.in d.l.ult. §. Sed quia noſtra.ubi dilucidius tractat hanc quæſtionem.*

SVMMARIVM.

1 *Donator omnium bonorum medietatis,an poſſit unam rem inſolidum alienare inuito donatario.*

QVAEST. CCCCCCII.

ITEM, in dicta cauſa fuit etiã determinatum,quòd donator
1 *medietatis omnium bonorum ſuorum,qualis fuit dictus nobilis Ioann. Alamandi auus dicti Claudii,potuit unam rem inſolidum alienare, & dominium totius rei in alienum trãsferre. Et quòd donator liberetur tantundem de alia medietate bonorum donatario,expediendo,
a per l.ſi quis argentum.[a] C. de donat.facit l.non amplius. §. cum bonorum.& ibi doct.ff. de lega.1.[b] & iſtud eſt ſpeciale in donatione fauore donantis. quòd ſecus eſſet in contractu uenditionis, & ſimilibus &c.

a ¶ L.ſi quis argẽtum. *Puta in principio. & ratio eſt,ne donatio ſit cum præiudicio donatoris.ſecundum domi.Cyn.in prin.l.ſi quis argentum.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio naturalis an transferatur,ſi fiat contractus infra rem propriam.*

QVAES. CCCCCCIII.

ET dictis deciſionibus ſicut præmittitur factis præmiſ-
1 ſis,Quæro* an ualuerit ſecunda donatio ſecundo loco hic per dictũ Ioan.auum facta dicto Io. Alaman.reo de d.caſtro. Videtur quòd non: cum Alber. pater dom. Claudii actoris primò habuerit realem poſſ.d. caſtri.antequam ipſe Ioan.reus ſecundus donatarius: quia donatio primo facta domi. Alber.reperitur fuiſſet facta infra ipſum caſ.ipſo Albe. dona.præſente, iuxta §. uenditæ.inſtitu. de re. diui.& not.per Barto.in l.quædam mulier.ff. de rei uendi.facit l.claubus.ff.de contrahen.emptio. & uendi.& l.quod meo.§. per uendit. ff.de acquirenda poſ.iuncta l.quoties duobus.C.de rei uendi. Sed quia d. donator medietatem d. ſuorum bo. potuit unã rem inſolidum poſteà alienare, ut dixi ſuprà,in præce.quæſtione.fuit determinatum donationem ſecundo loco d.Ioãn.reo de d.caſtro factã ualuiſſe. ¶ Sed poſſet contra hoc dici,quomodo poteſt ſortiri effectum ſecunda donatio,cum in primum donatarium fuiſſet translatum dominium,quod non potuit donator auferre à primo donatario: quia quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro non poteſt à nobis tolli, regula iuris. Sed ad hoc reſpondetur,quòd ubi omnia bona fuiſſent donata,uel una res inſolidum,tuncprocederet iſtud argum

gumētum.per d.l. quoties duo-
bus. Sed ubi donatur medietas
bonorum, etiam ſi ex tali dona-
tione transferatur dominiū, ta-
lis donator nihilominus poteſt
unam rem inſolidū poſteà alie-
nare: ut probatur in d.l.nō am-
a plius.§.cum bonorū[a].ff.de leg.j.
a ¶ §.cùm bonorum. *Iunge illam l. ſi quis argentum.*

SVMMARIVM.

1 *Legata an debeantur hæreditate nō adita.*

QVAES. CCCCCCIIII.

SED ſi dictum caſtrū non de-
1 beretur * dicto Ioāni reo ui-
gore dictę ſecundę donationis,
an ſaltem ſibi debeatur uigore
legati de eo ſibi reo in teſtamē-
to dicti Ioānis aui dicti Claudii
facti? credo ꝙ nō: cū ipſe Clau-
dius minor, & lęſus, fuit reſtitut[a]
a in integrū aduerſus aditionem[a]
hæreditatis dicti Ioan. aui. quia
ex teſtamento ex non adita hæ-
reditate non debentur legata. l.
eam, quam. C. de fideicōmiſsis.
cum multis ſi. niſi eſſent legata
b ad pias cauſas.[b] facta: ut uoluit
Barto. in l.j.C.de ſacroſanct. ec-
cleſ. Nec apparet quòd Ioannes
reus eidem Claudio uulgariter
ſubſtitutus dictam hæreditatem
adiuerit.

a ¶ Aduerſus aditionem. *Adde do. Alex. j. parte. conſil. xx. in j. & ij. col.*

b ¶ Pias cauſas. *Adde Specu. in ti. de inſtrum. edit. § nunc aliqua. uer. ſed pone. & do. Salyc. in l. j. in q. xiij. & ibi applicatur fiſco. C. de ſacroſanct. eccle. & omnino do. Bald. in l. qui filio. §. ſeruus. ff. de hæredi. inſtitu.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex debeátne arbitrari, quòd in re mala fide poſſeſſa, alienata, detrahatur Trebellianica inuito fideicommiſſario. uide & numero 2.*

QVAEST. CCCCCCV.

SED an debeat dictum ca-
ſtrum rupiſchinardi imputa-
1 ri in quartam * Trebellianicam
dicto reo continentem ex per-
ſona dicti Ioan. aui ipſius Clau-
dii, uigore teſtamenti dicti no-
bilis Humberti Alamandi, inui-
to dicto Claudio fideicom. cre-
do quòd non causis ſubſcriptis.
Primò, nā dictus Ioan. auus dict.
Claudii, mala mente ſeu mala fi-
de uoluit dictum caſtrum in di-
ctum reum alienare. Quòd pa-
tet triplici conſideratione. Pri-
ma conſideratio, quia ſciebat
ipſe Ioan. auus, quòd primò fe-
cerat donationem Alberto pa-
tri dicti Claudii actoris, in qua
comprehendebatur dictum ca-
ſtrū. Secunda conſideratio, quia
ex inſolitis præſumitur fraus: ut
d no. per. doct. in l. quę ſub condi-
tione. ff. de condi. inde. & Bal. in
feudis. in titul. de feudo dato in
uicem legis commiſſoriæ. in c. j.
in q. quæ incipit, pone fœnera-
tor. Sed non eſt ſolitum primò
legare eandem rem eidem, po-
ſteà donare, quod tamē fecit di-
ctus Ioan. auus. Igitur &c. Tertia
conſideratio, quia ipſe Ioannes
auus dicti Claudii & hęres dicti
nobilis Humberti Alāmādi, ſci-
uiſſe præſumitur teſtamentum
ipſius

ipſius Humberti: cum nō ſit de extraneis, iuxta notata per Bartol. in l. qui Romæ. §. duos fratres. ff. de uerborum obl. in quo quidem teſtamento Humberti dictus Claudius actor eſt ſubſtitutus. *Sed docto. pro conſtanti habent & tenent, quòd ubi hæres mala fide alienauerit, aliena ta non computatur in quartam Trebellianicam inuito fideicōmiſſario, etiam de æquitate. ita dicit Bart. in l. Marcellus. §. habentem. C. familiæ erciſcundæ. Nec debet iudex ex æquitate iudiciaria deſeruienti iudicio diuiſorio arbitrari, quàm in re ma lafide alienata computetur hæredi Trebellianica, ut expræſsè dicit Bal. in d. l. filiū quē haben-

a tem. ibi, quia iudex [a] debet arbitrari, quòd in re malitioſè alienata cōputetur legitima, & Trebellianica. Vult ergo, quòd ſi ma litioſè ſit alienata, quòd iudex non debet arbitrari, quòd ſi fiat imputatio legitimæ & Trebellianicæ &c.

a ¶Ibi, quia iudex. &c. *Ita ponit for maliter d. Bal. ubi ſuprà in ix. col. in uerſic. ulterius quæritur. ibi, & hoc uerum, ſi filius malitioſè non alienauit &c.*

SVMMARIVM.

1 *Filius non poteſt de æquitate ſibi eligere legitimam & Trebellianicam in una re inter uiuos teſtando.*

QVAES. CCCCCCVI.

1 ET corroborantur proximè dicta, *quia licet filius rogatus poſsit de æquitate ſibi eligere legitimam & Trebellianicā, in una re, [a] inter uiuos, alienando bona fide, non in fraudē fideicommiſſarii, non tamen ſic poſſet facere teſtando. ita dicit Bal. d. l. filium, quem habentem.

b in xxiij. colum. [b] ibi, ſed ulterius quæritur, nunquid ſicut filius de æquitate &c. & ratione diuerſitatis. ibi ponit Bald. ſubiungens ibidem Bal. uerba ſequētia. Sequitur ergo, ꝙ legatarius ipſius filii non habebit totam rem legatā: ſed eam tantūmodo partē, quæ irreuocabiliter contingebat filiā, pro ſua legitima Trebellianica poſſe alienare &c. Al legat c. Raynal. extrà de teſt. Et ſic ex hoc alio capite, uidelicet dicto legato, ſic (ut præmittitur) facto ſe iuuare non pōt dictus Ioā. reus, reſpectu donationis Trebellianicæ eidem Ioan. competentis in hæreditate dicti Humberti Alamandi &c.

a ¶In una re. *Vide do. Salyce. in allegat. l. filium quem. in v. col. in uer. reꝓbatur igitur. ibi, qa ex his intro &c.*

b ¶In xxiij. col. *Voluit allegare in x. colum. in uerſicu. ſed ulterius.*

SVMMARIVM.

Trebellianica an poſſit detrahi in una re, inuito fideicommiſſario.

QVAEST. CCCCCCVII.

TERTIO, qa & ſi in dicto caſtro rupiſchinardi alie-
1 nato, deberet quarta *Trebellianica imputari, nō deberet tamē imputari inſolidum in ipſo
a caſtro, cùm in una re [a] non poſſit detrahi inuito fideicommiſſario.

ſario. Hãc opinionem tenet gl. in d.l.filium quem habẽtem.idẽ not.in l.ſi peculium. ff. de pecu. leg. & in d.l. Marcellus.§. res quę.in fine gl.magnę.ff.ad Trebel.& hanc opinionem ſequitur Richardus Malumbre.Pet.Cyn. Ia.de Ra.& communiter doc.Et ideò Salyc.in d.l.filium quẽ habentem.in vij.col.ſubiungit dicens:Ego ſequor hanc communem opinionẽ.Et pro hac parte facit l.ij.C.ad l.Falc.quæ licet loquatur in Falcidia:non tamẽ eſt diuerſa ratio, quare magis detrahat Falcidia de ſingularibus rebus, quàm Trebellianica, ut dicit Bar.in d.l.filium quem habentem.in ij col.ibi,uenio ad ſecundam gl.&c.Et ibi dicit Bald, licet Iac.de But. uoluerit dicere contrarium:cuius opinio à doct. in hoc reprobatur communiter,ut dicunt Bald.& Salyc.in d.l.filium quem habentem.

a ¶In una re. *Adde do. Bal.ubi ſ.in prædict.uerb. ulterius quæritur.ibi, nam licet, ubi fideicommiſſum eſſet purum uel iam purificatum.*

* *Tu adde dom.Iaſ l.Marcellus.§.res, quæ.hic allega.in fin.commenti ſui.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex in quali re detrahendam Trebellianicam atbitrari debeat,*

QVAEST. CCCCCCVIII.

1 QVARTO quia poſito* ꝙ dictus Ioan,Alamãdi auus, dictum caſtrum bona fide alienaſſet, prout non uidetur feciſſe,per ea,quæ dixi ſ.quæſtio.ccccccv.Iudex tamen nõ debet arbitrari, quòd eius Trebellianica imputaretur in dicto caſtro meliori, & magis precioſo mẽbro totius dictæ hæreditatis: a ſed in mediocri.[a] ut dicit Bal.in l.filium quem habẽtem.in quæ- b ſtione, [b] quæro filius rogatus à patre &c.& in d,l.ij.C.ad l.Falc. pro quo adduco l, ſi quis argẽtum.in princ.C,de donatio.Ibidem etiam dicit Ludou,de Roma.in d.l. Marcellus.§.res quæ. ff.ad Trebellianum. Ex quibus uidetur mihi debuiſſe adiudicari in dicto caſtro rupiſchinardi dicto Claudio medietas ipſius caſtri,& ultrà quarta pars unius unciæ ſuper alia medietate ipſius caſtri,pro ſex unciis, & quarto alterius unciæ dicto Claudio pertinentibus de octo unciis,quæ ad dictum Ioannem eius auum peruenerant de bonis dicti domini Aymari eius proaui,tam uirtute dictæ donationis factæ in contractu matrimonii, quàm ex teſtamẽto Hũberti eius patrui magni.Et ſi dicatur, quòd dictus Claudius actor tenet in loco uiſiliæ alia bona dictæ hæreditatis, in quibus dictus Io. reus deberet detrahere quartam Trebellianicam.& propterea in illis deberet fieri compenſatio cum portionibus competentibus ipſi Claudio in dicto caſtro: iſtud non credo fiendum.Primò,quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. l. Paulus reſpondet.ff.de ſolutio.cum ſi.Secundò,

cundò, quia ipſe reus non petit talem compenſationem fieri. Ideò ſuper hoc non debet iudex eius officium impartiri: ut tenet gloſ. in l. ſi conſtat. C. de compenſa. Tertiò, quia Claudius actor ſe paratum offert in ſuo libello expedire de bonis Viſiliæ ea, ad quæ tenebitur dicto reo. ¶ Sed his non obſtantibus d. curia parlamenti facit effectualiter dictam compenſationem in diffinitione d. cauſæ: licet expreſſè in ſententia non dicatur, & declarauit, quòd dictus Io. Alamandi reus non teneatur expedire dicto Claudio Alamandi actori dictum castrum. & credo quòd malè: quia dicto Claudio pertinent in dicto caſtro ſex unciæ, & quartum alterius unciæ: ut ſuprà dixi. Et ſi dicatur, quòd ipſe Ioan. auus donator potuit de una re donata inſolidum alibi diſponere, ut ſ. dixi. quæ. ccccccciij. Adhuc tamẽ remanet grauatus ipſe Claudius ex dicta ſententia: cum ſaltem debuerit ipſa curia parlamenti eidem Claudio adiudicare ſuper ipſo caſtro unam unciam, & quartam alterius unciæ eidem Claudio debitas ex teſtamento dicti Humberti eius patrui magni: nec debuit arbitrari dicta curia: quòd ipſe Io. reus iura ſua perciperet inſolidum ſuper dicto caſtro, attento quòd mala fide fuerat per d. Io. auum dicti Claudii alienatum, ut dixi ſ. q. cccccv. Conſiderato, quòd dictum caſtrũ inter ipſos diuidi poterat, & cuilibet ſua portio adiudicari: tam ſuper dicto caſtro, quàm alibi in aliis bonis Viſiliæ exiſten. pro quo facit text. in d. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. j. circa finem &c.

a ¶ Mediocri. *Adde do. Saly. in pra. l. filium quem. in vj. col. ibi, dixi tamen Iac. de Ra.*

b ¶ In quæſtione. *Scilicet in x. col. ibi, item dicit Iaco.*

SVMMARIVM.

1 *Legatarius an poſſit accipere poſſeſſionem propria authoritate.*

QVAEST. CCCCCCIX.

ITEM, etiam[a] in diſcurſu uiſitationis * & relationis dicti proceſſus fuit concluſum, quòd legatarius põt propria authoritate accipere poſſeſsionẽ rei ſibi legatæ, ſi teſtator ita uoluit, & licentiam [b] legatario contulerit, per l. Titia cum teſtamento. §. j. & ff. de leg. ij. & ibi tenet Bart. in l. creditoris. C. de pig. in ſua repetitione. Et hoc uerum, ſi teſtator res legatas tempore ſuę mortis poſsidebat. Sed non, ſi per alium poſsiderentur. l. quãuis. §. j. ff. de acquir. poſ. & faciũt quę ponit in l. quod meo. ibi, ſed iuxta prædicta quæro &c. ff. de acqui. poſſeſ.

a ¶ Item etiam. *Tu uide de materia de qua in hac q. per iſtum, conſ. cxv. inci. dom. Io. nu. iij. uer. ſed ſubeſt.*

b ¶ Licentiam. *Adde do. Bar. in l. legitimos. in princ. ff. de legi. tuto. & in l. nemo poteſt. ff. de legat. j. & in l. iij.* C.

C.de pig.& domi. Alex.in l. extraneum.in v.col.in uer.tamen. Paul.de Ca.C.de hered.inſt. Et not.quòd *legatarius occupans propria autho.legata in caſibus,in quibus non poteſt de iure, tenetur illud reſtituere per interdictum,quorum legatorum. nõ obſtante exceptiõe,quòd incontinẽti hæres reſtituturus ſit:quãdo ſcilicet hæres ipſe uult uti Falcidia,nõ alias. d.Bar.& gl.in l.j.in prin.ff.quo.leg. & glo.in l.bona.C.eo.ti.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis, an debeat inſinuari.*

2. *Inſinuatio an requiratur in donatione mutua.*

QVAES. CCCCCCX.

ITEM, etiã in dicta cauſa fuit determinatũ, ꝙ in donatione cauſa mortis,licet excedat ſummam * quingentorum aureorum,nõ requiritur inſinuatio[a]: quia licet olim ad inſtar donationis inter uiuos erat generaliter inſinuãda,ut l.donatio.C. de donat. hodie tamen ſi quinque teſtibus fuerit uallata,nõ requiritur inſinuatio,ut eſt hodie expreſſum in l.fi.C.de donat.cauſa mortis.& no. in l.ſi quis pro redemptione.C.de dona. & tenet Spec.in tit.de inſtrument.edi.§. porro. ¶ An*in donatione mutua requiratur inſinuatiõ ? uide quæ dixi in notabilibus meis in §.Angelus.fol.lxxij.& fol.xlij. & fo.cxxxj.uerſo.& fo.lvj.¶De materia inſinuatiõis,uide quæ plenè dixi ſuprà,q.cccxxv.

a ¶Non requiritur inſinuatio. Et *hoc eſt uerum,quantũcunque ſit donatio.quia no.do.Cy.in l.cũ de mortis cauſa.C.de do.cauſ.mort.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ſubiacẽtis reſtitutioni, utrum ſit ipſo iure nulla,etiam pendente conditione.Limit.nu.2.& 3.in quatuor caſibus.*

4 *Teſtator ſi prohibuerit alienationẽ, an res ſubiacentes reſtitutioni in caſibus exceptis in authen.res quæ.poterunt alienari.*

QVAEST. CCCCCCXI.

VTRVM alienatio[a] rei ſubiacentis reſtitutioni, ſit ipſo* iure nulla,[b] etiam pẽdente conditione?gl.fi.in fin.§. ſinautem ſub conditione.C. cõmunia de leg. tenent quòd non ualet: imò eſt nulla etiã medio tempore, per auth.res quæ. per quam corrigitur in hoc dictus §.ſinautem.ut ibi tenet glo.Sed gl.in duobus aliis locis tenet cõtrarium, quòd imò ualet medio tempore alienatio:ut l.cum pater.§.libertis.ff.de le.ij.Et in corpore unde ſumitur.d.authen.res quæ.circa principiũ.in glo.quæ incipit, quòd uerbũ alienatiõis &c.quas duas gl. approbãt doc. uidelicet,Cy. Pet.& Bart.in d.§. ſinautem.& iteratò Cy. in auth. res quę.Sed adueniente conditione reſtitutionis fiendæ fingitur nulla[c] talis alienatio, & pro non facta habetur: ut poſſit uẽdicari,per d.§.ſinautem ſub cõditione.quem §.ſic ſummat Bar.

2 Niſi*in duobus caſibus:uidelicet dotis & donationis propter nuptias,

d nuptias, [d] in quibus ualet alienatio irreuocabiliter: ut in d. authen. res quę. quæ authen. in hoc uenit addenda ad l. codicis, ut a ibi dicit Cy. in cæteris autẽ caſibus res ſubiacentes reſtitutioni, non poſſunt irreuocabiliter b alienari. Etiam pro alimẽtis [e] filii rogati, ut dicit gl. in d. authẽ. res quę. licet Bar. ibi uoluerit cõ c trarium, quòd filius hæres rogatus poſsit alienare irreuocabiliter, [f] pro alimentis, ſi non habẽt d unde aliàs poſsint uiuere. Item dicit ibi Barto. pro redemptione filii capti à latronibus.*Et ſic reperiũtur quatuor caſus, in q- e bus poteſt alienari irreuocabiliter non ſubiacens reſtitutioni, uidelicet in cauſam dotis, & do f nationis propter nuptias, alimẽtorum, & redemptiõis filii. Sed quòd hæres rogatus poſsit irreuocabiliter alienare pro legitima & Trebellianica ſuis, nõ reperitur iure cautũ, & ita in diffinitione dictæ cauſæ caſtri rupiſchinardi fuit inter nos in relatiõe proceſſus cõcluſum. Sed quid ſi alienatio rei ſubiacentis reſtitutioni, fiat ab ignorãte, an debeat retractari? de hoc tetigi in no. meis, in §, alienatio rei &c, & ibi uide, & in d, auth. res quæ
4 &c. Sed quid ſi teſtator* prohibuerit alienationẽ, an res ſubiacentes reſtitutiõi, in caſibus exceptatis in d. auth, res quæ. poterunt alienari? Dic quòd non: quia illa prohibitio teſtatoris comprehendit caſus exceptatos

e
f
ſ

ut do. Bald. in feud. in tit. qualiter feudum poterat olim alienari. in §, donare autem.

¶ Vtrum alienatio. *Hæc quæſt. bene explicat* Paul. *de Caſt. in l. fi. §. ſed quia noſtra. C. commu. de leg.*

¶ Ipſo iure nulla. T*u uide de hoc plenè per iſtum, conſ. cxl. inc. conſ. pro nobili Aymone. nu. vj. uerſi. ad ſextũ.*

¶ Fingitur nulla. *Et ita eſſe ſentit do. Bald. in præall. l. fin. in §. ſed quia noſtra.*

¶ Dotis & donationis propter nuptias. *Tu uide de hoc iſtum, conſi. cxij. incip. pacta ligant homines. nu. j uerſi. nec obſtant. ibi, ſicut etiam.*

¶ Alimentis. *Adde d. Sal. in d. auth. res quæ. in ij. col. in uer. quæro an pro ſumptibus. C. communia de lega.*

¶ Irreuocabiliter. *Hoc tamẽ intellige, ſi hoc fiat pro modo facultatum & honeſtatis perſonarum: & non in fraudem illorum quibus reſtitutio fieri debet, ſecundum do.* Anto. *in auth. de reſti. & ea, quæ parit in xj. menſe. in princip. in gloſ. ibi, quæ incipit.*

SVMMARIVM.

Nepos ex filia, an excludat ſubſtitutum. Et quid nepote nato ex filia poſt mortem hæredis. nume. 1.

QVAEST. CCCCCCXII.

PRO latiori declaratiõe materię, de qua tetigi §, quæſti. cxxxiiij. Quæro teſtator in ſuo teſtamento adiecit talia uerba: ſi filius uel filia mea ſine liberis maſculis deceſſerit, Titiũ ſubſtituo &c. Contigit quòd filius uel filia decedit relictis liberis maſculis natis, & procreatis ex filia

filia ſua, nunquid expirat fidei-
a commiſſum? credo q̀ ſic.[a] per l. iubemus. §. pen. C. ad Treb. l. cognoſcere. §. liberorũ. & l. liberorum. circa fi. ff. de uerb. ſig. & l. j. C. de cond. inſer. & l. fi. ff. de pollicitatio. Nec eſt curandũ, utrum ne talis nepos uel neptis ex filia, ſit hęres inſtitutus, uel ne. l. filiusfamiliàs, §. cum quis. ff. de leg. j. Nec etiã eſt curandũ, utrum maſculus uel fœmella: ut dictis iuribus allega. Nec etiã eſt curandum, utrũ filia, ex qua nepos uel neptis natus exiſtat, ſuperuiuat: ut bene probat d. l. iubemus. in §. pe. & l. cum acutiſsimi. C. de fideic. & l. cum auus. ff. de condi. & demon. iuncta l. in cõditionibus. ff. eod. ti. Sed aduerte, quia præmiſſa ſunt uera, ſi ex cõiectura ra mẽte teſtatoris apparet, q̀ teſtator uoluerit ſucceſsionem ſuam pręſeruare illis de agnatiõe ſua. quo caſu filius ex filia, nõ excluderet ſubſtitutionẽ: ut dixi in d. q. cxxxiij. De hac materia etiam tetigi plenè ſ. q. ccclij. Sed iuxta hoc quæro, an poſthu. cõceptus poſt mortẽ aui, ſi de ſucceſsione eius agatur, uel alicuius collateralis, admittatur ad ſucceſsionẽ: uerbi gratia, Titius decedit relicto uno nepote ex filio defuncto, poſt cuius mortẽ ſibi naſcitur unus nepos ex filia, utrum ipſe admittetur ad hæreditatẽ? Dic, q̀ ſi conceptus & natus fuerit poſt mortẽ aui, uidetur q̀ nõ debeat admitti,[b] ut in l. j. §. ſi qs proximior.[c] ff. unde cog. & l. Ti-
2 tius. ff. de ſuis & leg. hæ. ¶ *Iuxta hoc quæro, quid ſi teſtator ſubſtituat filio ſuo hæredi liberos maſculos, quos filia ſua haberet tẽpore mortis dicti eius hęredis? Vtrum liberi ex filia poſteà nati admittantur ad bona dicti teſtatoris? uidetur q̀ nõ, per dicta iura. Sed ſi ſimpliciter locutus fuiſſet teſtator de liberis maſculis, tunc iſto caſu huiuſmodi deciſio nõ procederet: quia tales liberi quandocunque nati uel cõcepti forẽt, ipſi ex uoluntate teſtatoris eſſent inuitati ad ſucceſsionem, poſtquã de ipſis fecit mentionẽ: ſicut hoc clarè probat l. Lucius. la ij. ff. de hære. inſt. iuncta l. cum acutiſsimi. C. de fideic. Ipſe enim to: & tãtas ſubſtitutiones facien do, cogitauit de liberis qui per centũ annos poſt eius deceſſum eſſent naſcituri. quæ uolũtas debet attendi, l. fideicom. §. item ſi quis. ff. de leg. iij. & l. cum uirũ. C. de fideic. Non obſt. ad hoc dicta iura, uidelicet l. j. §. ſi quis proximior. ff. unde cognat. & l. Titius. ff. de ſuis leg. hære. quia loquuntur in hæreditate, quæ defertur ex l. xij. tab. quæ nõ admittit, niſi natos uel cõceptos tẽpore mortis. Ideo dicit text. in d. l. Titius. quia lex xij. tabul. eum uocat ad hæreditatẽ, qui moriente eo, de cuius bonis quæritur, in rerũ natura fuerit & contineatur ſequens. hic uerò agitur de hæreditate, quam teſtator ad quoſcunque reales liberos quandocunque naſcituros uoluit deue-

nire, quod potuit facere. in authen.de nupt.§.diſponat.collat. iiij. Ita uoluit dicere Bartol.in d. l.Lucius.in contrarium allegat. ¶De hac materia, etiam tetigi ſuprà,quæſt.cccccxj.

a ¶Quòd ſic. *Adde d.Bal.in l.j.in j. colum.in uerſi.quæro,an dicatur.C. de condit.inſer.*

b ¶Nõ debeat admitti. *Vide omnino do.Ioan.Fab.in §.cùm autẽ quæritur.in uerſicu.ſed cur ſaltem.inſti. de hær.quæ ab inteſta.deferuntur.*

c ¶§.ſi quis proximior. *Adde quod do.Barto.dicit in §.interdum.in l.j. ff.de ſuis & legi.*

SVMMARIVM.

1 *Pater an poßit per fideicommißum in dote filiæ ſubſtituere.*

QVAEST. CCCCCCXIII.

1 AN pater poſsit filiæ ſubſtituere per fideicommiſſum a

2 in dote?[a] uidetur quòd non, argumento l.3 filia.in princi.ff.ad Trebellian. & in l.mulier.§.cùm proponeretur.eod.tit.argu.contra.ff.de legat.ij.l.ſequens quæſtio.ſed illud percipitur ex morte tantummodo,quantum ad acquiſitionem dominii. Item contra in l.Lucius Titius.§.filius.ff. ad Trebell,ubi loquitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria. Dicendum eſt ergo ſecundum Dy.

b ꝙ aut ſubſtituitur uulgariter[b] in

c dote,[c] aut per fideicõmiſſum. ſi uulgariter,ſubſtitutio tenet,cum ſit in poteſtate filiæ adire uel nõ. Si autem per fideicommiſſum, tunc in eo,quod eſt ultra debitũ bonorum ſubſidium,tenet,ut d. l.Lucius Titius.§.filiam.in eo uerò,quod eſt infra,non tenet,cum grauamen nõ recipiat,ut bonorum ſubſidium, ut C.de inoffic. teſta.l.quoniam in prioribus. & ita iudicatur in hac curia parlamenti.& ſuper hoc uide Cyn.C. de iure dot.in l.cum partẽ. in fi. facit ff.ad l.falcid.l.pater filiam. & ibi no.in glo.ſuper uerbo,inueniretur. & no.hæc quæſtio.C. de inoffic.teſt.in l.quoniam nouella.loquuntur tamen illæ duæ glo.in inſtitutione. ¶De hac materia etiam uide ſ.q.cccccxxxij. & uide Bart.in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Trebell. ¶Sed an filia poſsit in dote hæres inſtitui?uide Spec.in tit.de inſtru.edi.in §. ut autem cautè præmiſſas,&c.in uer.ſed ſuper for.præce.&c.

a ¶In dote. *Vide do.Cy.in l.unica. in §.uideamus.in ultim.q.C.de rei uxor.ac.& d.Barto.in l.Lucius Titius.§.maritus.ff.ad Trebell.& omnino dom.Balyc.in l.quoniam nouella.in ij.colũ.in ij.q.ibi,mihi uidetur.C.de inofficio.teſta.*

b ¶Vulgariter. *Vide d.Sal.in præd. l.quoniam nouella. in uerſic.quæro, an in dote.*

c ¶In dote. *An poßit filia in dote inſtitui.uide iſtum,conſi.lxiij.incip. circa contractum. nume.iiij.uerſicu. nec ob.ſi dicatur. & eundem uerſic. xcviij. in primo dubio. Et an poßit ei in dote ſubſtitui.conſil.xcviij.inc. ex duabus. de utroque in primo & ſecundo dubio.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramento executoris uel curatri,ſiue*

per complemento relictorum ad pias cauſas,an ſtari debeat.

Proteſtatio uel denũtiatio alicui facta,an poßit per iuramẽtũ probari.

QVAEST. CCCCCCXIIII.

SI relinquatur aliquid diſtribuendũ pauperibus per executores,& oriatur dubitatio, an
1 totum diſtributum ſit.* an ſuper hoc debet ſtari iuramento executorũ & eorum iuratoriæ rela-
a tioni?Cy.& Bar.dicũt quòd ſic,[a] per l.ſi quis pro redemptione.in §.pe.C.de dona.Et idem dico in ſimili,ſi fiat legatum alicui eccleſiæ pro miſsis celebrandis,quòd debet ſtari iuramento curati,uel gardiani fratrum minorũ, ſi eis fuerit factum tale legatum.Et ita uidi in hac curia ſæpiſsime determinari,& fieri.& dicit Bart.in d.l.ſi quis pro redemptione.unũ ſingulare, ꝙ ubi agitur de modica expenſa,ſtatur iuramẽto petentis. & ita etiam uidi ſeruari in d.curia,quando ſcilicet petẽs tale iuramentum ſibi deferri,eſt honeſta,& nõ ſuſpecta perſona. De probatione, quæ etiã fit per iuramentum, uide quæ dixi ſ.q. ccv.Ex his enim,quæ dependent ex animo,ſtatur iuramẽto,ut dixi in trac.de præſumptio.per me Guidonem compilato,in uerſic. in his,&c.De hoc etiam tetigi in apparatu meo ſtatu. ſi quis per literas.in glo.ſuper uerbo,clandeſtinè. ibi, ſed qualiter proba-
2 bitur ille animus, &c.* An proteſtatio uel denũtiatio alicui facta poſsit per iuramentum probari: uide Bartol. in l.ſi quis. C. depoſiti. De probatione quæ fit per iuramẽtum,uidelicet an admiſsio inſtrumenti probetur per iuramẽtũ illius, qui perdidit:uide quæ dixi in notabilibus meis in §. probatur amiſsio inſtrumenti,&c.

a ¶ Quòd ſic. *Imò uidetur,quòd nõ, quia in hac ſpecie uidetur ipſe executor prætẽdere intereſſe. & ſic non fore ſtandum eius iuramento. Nam ad hoc, ut ſtetur iuramento executoris,requiruntur,ſed quòd non prætendatur intereſſe, & quòd executor ſit perſona honeſta. domĩ.Bald. in l.captatorias.in ij.colum.in uerſiculo.modo circa hoc quaritur.ij.de mili.teſta.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſus an ſufficiat quòd iuret ad pectus. Et quid de conuerſo.nu.2.*

QVAEST. CCCCCCXV.

RELIGIOSI,qui* produ- 1
cuntur in teſtes, debent iu-
rare ad ſancta Dei Euangelia,[a] a
& non ſufficit iuramentũ ad pectus,aliàs non ualet eorum teſtimonium.ut in cap.nuper.extrà, de teſtib. ſed conſuetudo generalis præſentis patriæ Delphi.& ſtylus omnium curiarum ſeruat cõtrarium.& ualent eorũ depoſitiones per iuramentum ad eorum pectus præſtitũ.¶*Sed quid 2
erit in conuerſis? Dic,quòd debent iurare ad ſancta Dei Euangelia:quia ipſi conuerſi non dicuntur religioſi,& poſſunt contrahere matrimonium,&habere proprium, ut dicit Bart.in auth.

Ingreſſi.ibi,expeditus de cõtrariis,&c.C.de ſacroſan.eccl.¶ An religioſi poßint adhiberi in teſtes in teſtamẽtis uel codicillis, plene dixi ſuprà quæſt.ccccccxvij. De teſtimonio ferendo per clericos religioſos,in curia temporali:dixi ſuprà quæſt.lxv.

a ¶Ad ſancta Dei Euãgelia. *Adde quæ legũtur & not.in c.& ſi Chriſtus.& ibi do.Innocen.in gloſ.ſua in uerb.per quodcunq; aliud.in uerſi.in iuramentis tamen.extrà, de iureiur.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum poteſt fieri de actis factis in iudicio. fallit in Delphinatu.*

2 *Acta,quæ dicantur.*

3 *Acta,facta,& geſta,quid differant.*

4 *Acta,duplicia ſunt.*

5 *Acta iudicij non faciunt fidẽ,abſque ſigillo Iudicis.*

QVAEST. CCCCCCXVI.

De actis, quæ fuerunt in iudicio, poteſt fieri publicũ

a instrumentum, a ut l. emancipatione.C.de fi.inſtru.& l.geſta.C.

1 de re iudic.* Sed de ſtyllo præſentis curiæ parlamenti Delphi. non conſueuerũt de actis ipſius curiæ fieri publica inſtrumenta, adeò quòd quãdo partes in ipſa curia parlamenti petunt inſtrumentum de aliqua parte actorũ, domini ipſius parlamenti conſueuerunt reſpondere petentibus,non fiet eis inſtrumentũ,ſed

2 litera teſtificatoria.¶*Sed iuxta hoc quæro, quæ dicantur acta.

b Dic,quòd proprie acta b dicũtur, ſcripturæ de his, quæ in iudicio apud judicẽ acta ſunt, uel dicta: ſicut dicit gl.j.in l.acta.in princ. ff. de re iudic. & parte aduerſa præſente.quod probat text.in c. quoniam cõtra falſam. extrà, de prob. Inde habemus acta, geſta,

3 & facta.* Acta ſunt ea quæ fiũt in iudicio.facta quæ fiunt extra iudiciũ.& geſta ſunt,quæ fiunt ſine uerbis, utpote ſcribere, uel fodere. Ita dicunt text.in l.ij.circa princ.ibi,acta,facta, & geſta,&c. ff.de cura.bonis dando.iuncta l. Labeo.la ij.§.geſtũ.ff.de uerbo. ſign. Et alibi dicit Archi.in c.indemnitatibus.de elec.li.vj.quod

4 duplicia ſunt acta. * Nam alia ſunt acta litis: alia acta iudicii. nam teſtiũ atteſtationes,confeſſiones, ac omnia factũ reſpicientia, potius dicuntur acta litis, q̃ iudicii. Alia, ut cautiones, ſatiſdationes, & conſilia,dicũtur tantũ acta iudicii. Ita dicere uoluerunt.Inno.& Hoſt.in c.cum cauſa.lo j.circa fi.extrà de teſti.¶De materia actorũ, uide quæ dixi ſ. q.ccxlj.cum tribus ibi ſeq.quæſt. qualiter falſificans acta, debeat puniri: uide Bart.in l.j.ff.de his, quæ in teſtamento delen. & in l. in fraudem.§.quoties.ff.de iure fiſci.allegatur tex.in c.cum olim magiſter. extrà,de offic.delega.

5 ¶*Et circa hoc eſt aduertendũ: quia acta iudicii non faciunt fidem, ſi non habeant ſignum iudicis:ſecundũ Dy.in l.in fraudẽ. §. quoties. ff. de iure fiſci. ſicut nec inſtrumẽta ſigno notarii carẽtia.l.fi.§.nec calidis.C. de offi. aſſeſſo.

aſſeſſo.& uide ſuper hoc Innoc. in c.poſt ceſsionẽ.extrà,de prob. ¶De materia actorũ iudicialiũ etiam tetigi ſ. quæſt.cccccl xiiij. ¶De inſtrumento producto in actis cauſæ,an debeat patri producenti reſtitui:uide quæ dixi ſ. quæſtio.ccclxxj. ¶An error qui allegatur in actis curiæ, poſsit per duos teſtes probari : uide quæ dixi ſ. quæſtio. ccccc xxviij. ¶An acta facta in uno iudicio, fidem faciat in alio:uide plenè, quæ dixi ſ.quæſtione.cxxxvj.

a ¶Publicum inſtrumentum.*Adde glo.quæ ad hoc bene facit,inſtitu.de adopt.§.fin.in uer.actis.*

b ¶Acta. *Appellatione actorum,comprahenduntur omnia, quæ fiunt in forma iudicij, uel quaſi.per gloſſ.& docto.in c.quoniam contra falſam. extrà,de proba. & ſic appellatione actorum continetur ſentẽtia, ut not. d.Bart.in l.actorũ.in fi.ff.de re iud. Quinetiam acta, dicuntur non ſolũ, quæ fiunt in contradictorio iudicio: ſed & omnia, in quibus decretum iudicis interponitur. l.emancipatio. cura,tutela.&c. talia.d.Inno.in c.j. in gl.j.in uerſi.alij tamẽ dicunt.iũcto uer.itẽ acta forenſia.extrà de prob.*

SVMMARIVM.

1 *Duellum,quomodo fiat.*

2 *Reſcriptum Philippi Francorũ Regis,circa materiam duelli.*

3 *Duellum in quatuor caſibus conceditur tantum.*

QVAEST. CCCCCCXVII.

DIXI plenè ſuprà, q.cxcj. de diffidamentis,quę quãdoque nobiles inter ſe faciunt. 1 Sed* quia etiam inter nobiles & ignobiles quandoque duellum[a] fieri cõtingit : ideò de ipſius duelli materia hic duxi plene tractare. Et pro huius materiæ euidentia, duxi primò hic inferendum quoddam reſcriptum, per Regem Philippum ſuper facto dicti duelli, dudum conceſſum, 2 tenoris ſequentis.*

¶*Hic ponitur intellectus antè lati regij mandati.*

FORMA RESCRIPTI *Principis,circa duellum.*

PHILIPPE *par la grace de Dieu Roy de Frãce, à tous ceux, qui ces preſentes lettres uerront,ſalut. Scauoir uous faiſons,que comme çà en arriere,pour noz guerres, & pour autres iuſtes cauſes,pour le commun profit de noſtre Royaume, euſsions defendu à tous noz ſubiectz,toutes manieres de guerres,& tous gaiges de batailles:là ou pluſieurs malfaiſans ſe ſoient aduancez de faire homicides, & autres malefices : pource que quand ilz les ont faicts couuertemẽt, & à requoy, ilz ne peuuent par teſmoings eſtre prouuez. Pource que, ce que nous en*

auons fait, pour le commun profit, ne donne aux mauuais cauſe de mal faire, nous auons pourueu, que au cas ou il apperra euidemmẽt homicide ou autres malefices, griefz, larrecins, excepté dequoy peine de mort ſen doiuent enſuiuir, auoir eſté fait en trahyſon, ou en requoy, ſi que celuy, qui ha mal fait, ne peut eſtre cõuaincu par teſmoings en autre maniere ſuffiſammẽt, Nous uoulons, qu'on puiſſe en defaut dautre prouue, ſans ce que par indices, preſumptions, & ſemblans aucuns, ſoient de tel fait ſuſpectionneux, appeller de gaiges de bataille, & ſouffrons en tel cas. Et en ce cas tant ſeulement, nous attrempons noſtre defenſe es lieux, & es terres, leſquelles leſdits gaiges de bataille, auoient lieu, & eſtoient accouſtumez auãt ceſte defenſe. Et n'eſt mye noſtre intẽtion quelle ſoit rappellee ne attrẽpee en nul cas, deuant la date de ces lettres: deſquelles abſolutions ou cõdemnations ont eſté faites enqueſtes: à fin que lon les puiſſe iuger & abſouldre, ou cõdemner. Et n'eſt mye noſtre entente, que ceſte defence ſoit rappellee ne attrempee en nul cas, qui napparoiſſe euidemment, que le fait fuſt aduenu. En teſmoing de ce, Nous auons fait ſéeller cés lettres de noſtre ſéel. Donné à Paris, le Mercredy apres la Trinité, l'an de grace, Mille trois cens & ſix.

3 ¶*Ex tenore dictæ literæ nota, quòd quatuor requiruntur ad hoc, quòd contra aliquem ualidum, pro duello b iudicetur, & in facto propoſito duellum ſequatur. Primò, quòd caſus propoſitus contra aliquem ad finem duelli requirat pœnã mortis. Secundò, quòd proditionaliter & in occulto factum fuiſſe proponatur, & taliter quòd per teſtes uel aliàs ſufficienter probari non poſsit, quàm per duellum. Tertio, quòd ille, qui ſuper dicto facto prouocatur de dicto caſu propoſito, per indicia uel præſumptiones ueriſimiles habeatur ſuſpectus.c Quartò, quòd euidenter apparet factum, de quo talis prouocatur, contigiſſe: d quod eſt iuri conſonum, iuxta l. primã. §. illud. ff. ad Silleia. Item collige ex tex. dictæ literæ, quòd licet ex latrocinio mortis pœna inferri poſsit: tamen propter ipſum latrocin

trocinium non poſſet quis prouocari ad duellũ. Itẽ nota quòd ubi aliquis caſus excepto latrocinio, de quo mortis pœna inferri poſsit contra aliquem, proponitur ad finẽ duelli, ſufficit, ꝙ prouocans dicat prouocatum dictũ maleficium per ſe uel per alium, licet non nominet, certum commiſiſſe, ad hoc ut aliis ſupradictis concurrentibus ibi cadat duellũ. Ita dictum fuit per arreſtum curiæ contra Carolum artus pro Rogerio de anduſia. Itẽ ſi caſus prædictus generaliter proponatur dicendo taliter, talis interfecit uel fecit interfici talem proditionaliter: talis propoſitio eſſet inſufficiens & indigna reſponſione de ſtylo dictæ curiæ: quia oportet declarare locum in quo maleficiũ fuit perpetratum, & tẽpus & perſonã interfecti, non autem oportet declarare horam. Et ita fuit dictum inter partes prædictas. Et etiam in cauſa duelli pro armãdo de mõte acuto contra Aymericum de duro forti. Item, ſi cõtra hanc conſtitutionẽ duellũ fiat, nullũ eſt iudicium, uel ſaltem annullabitur[e] per hãc curiã. Et quicquid in contrariũ geſtum erit ſuper præmiſsis, reuocari debebit. Ita dictũ fuit in cauſa Epiſcopi briotis, qui fuit compulſus reſtituere equos, & arma Gulielmo de boſco boyſelli, & Io. ignoti qui inter ſe duellũ fecerunt ex ſententia ſeneſcali tẽporalis dicti Epiſcopi contra tenorem dictæ conſtitutionis, &c.

a ¶Duellum. *Vtrũ duellum ſit licitũ in aliquo caſu, etiam iudice deferẽte, ſeu ratiõe cõſuetudinis: uidetur quòd nõ, etiam inter laicos: quia in duello Deus tentatur. q. v. monomachiã. ut dicit d. Gof. in ſum. de cler. pug. in duello. & adde d. Io. de li. in trac. de duello in §. circa tertiũ membrũ. & in §. circa quartũ membrum. & do. Alua. col. x. de pace tenen. in ca. j. in prin. in iiij. col. in uer. ex hac ergo gl. ſed uide d. Bal in d. c. j. in v. col. et no. iſtã glo. & eundem do. Bal. ex hoc iure. in viij. q. ff. de iuſti. & iur. & do. Pet. Ia. de aure, in practica libel. in ti. de duello. ſeu pugna. l. j. ij. & iij. col. et omnino in xiiij. col. in §. nũc dico. Tenor reſcripti emanat à rege ſuper facto duelli. quid nã ſit duellũ, uide do. Bal. col. x in uſib. feudo. in ti. de pace tene. in c. uni. in prin. in vj. col. in uer. ſed iſtud. ibi, porro duellum ubi dicit quòd duellũ eſt ſingularis pugna inter aliquos, ad probationẽ ueritatis. Aliter diffinitur duellũ ſecundũ do. Io. de lig. in tracta. de duello. in §. circa quintũ. ubi dicit, ꝙ duellũ, eſt pugna corporalis, deliberata hinc inde duorũ ad purgationẽ uel gloriã cõſequẽdã, uel ad odij exaggerationẽ tendẽs.*

b ¶Duello. *Caſus in quibus de iure Lõbardo permittitur duellũ, enumerantur per do. Io. de ligna in tractatu de duello. in §. circa quintũ. & do. Bal. in alleg. c. j. in vj. col. in uerſicu. no. ple. caſus.*

c ¶Habeatur ſuſpectus. *Adde do. Bal. in prad. c. j. de pace tenẽ. col. x. in prin. in vj. col. in uer. ſed nũquid ille.*

d ¶Contigiſſe. *Adde glo. in iã alleg. c. j. in prin. in uerſi. per duellum.*

b ¶Annullabitur. *Adde, quod dicit do. Bald. in d.c.j. in vy. colum. in uer. & in ſeq. c.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocati & partis officium, in cauſa duelli.*

QVAEST. CCCCCCXVIII.

SCIENDVM eſt, quòd aduocatus qui intendit proponere cauſam uadii pro * duello, debet maturè, & cū reuerentia ſe ſuper his, quæ dicturus eſt, excuſare, penes curiam & penes partem, & ſuper his proponendis licentiā à curia petere. Item debet præcauere, ꝙ dum cócludet, nō dicat, Et ſi prædicta negauerit, cùm nō poſsit ea probare per teſtes, uel aliàs ſufficienter, offert ſe ea probaturū de corpore contra ſuum aduerſarium, uel per ſuum aduocatum [a] in campo-clauſo, & ipſum reddere mortuum, & deuictū facta retenuta de equo & armis, & aliis decentibus nobili [b] homini & tali, qualis eſt. Quia ſic concludendo copulatiuè ſe obligaret ad utrunque [c] & ad uincendum & interficiendum. Vnde ex multis poſſet periclitari [d]: ut dicam infrà, in agēdis pro reo. Itē debet aduocatus præcauere, ut faciat mentionem de aduocato ſuo: quia ſi non faceret, oportet quòd per ſeipſum duellaret. Ita fuit dudum obiectum magiſtro Hugoni fabri fortis, in cauſa duelli, quam propoſuit pro Arnaudo de monte acuto contra Aymericum de duro forti. Item caueat, quòd faciat retenutā de æquo & armis, ut ſuprà dixi, quia aliàs pedes & cū armis unius pugilis oporteret ipſū duellare. Et ſunt quidam qui dicunt hoc de conſuetudine gallicana. Sed talis conſuetudo eſt nimis aſpera: quia licet in talibus minimè exprimeretur, tamen uidetur ſe tacitè obligare ad talia peragenda cum armis, quæ ipſum decent ſecūdum ius ſtatutum. Sed tamen conſilium eſt ut nihil omittat.

a ¶Aduocatum. *Id eſt, campionē, & hoc termino utuntur doc et do. Bal. & Alua. in præalleg. c.j. in §. ſi ruſticus. Et aduerte, quòd de iure pugna debet fieri perſonaliter, & non per campionē, niſi in certis caſibus, ut no. in præ. c.j. in § ſi ruſticus. & ibi do. Alua. circa prin. regulare enim eſt, quod duellum fiat inter principales. Sed illa regula fallit in certis caſibus primus, ſi iuuenilis ætas hoc impediat. Secundus, ſi decrepitus: quia in ea labor, & dolor. Tertius, ſi infirmitas aliquē duellare prohibeat, & iſti caſus habētur in Lōbarda, qualiter quis ſe defen. l. quacūq;. & in Lōbarda de parricidis l. ulti. Quartus eſt, ſi ſeruus, qui in poſſeſſione ſeruitutis eſt, clamat in libertatē. ut in Lōbarda, qualiter quis ſe defen. l. ſi quis ſeruus propter appetitum. Quintus eſt, ſi eccleſiaſtica perſona, uel eccleſiaſticus, uel comes, uel cauſas habens aduicē, uel cū aliis, in Lōbarda eo. tit. l. ſi. Sextus, ubi mulier accuſatur de adulterio. eo. titu. l. ſi quis uxo. Septimus eſt, ſi teſtes actoru ſunt cōtrarij teſtibus rei: tunc teſtes actoris debent aſſumere*

aſſumere unum cāpionem, & teſtes rei aſſument alium ex teſtibusmet. ut in Lōbar. eo. ti. l. ſi quis cū altero. Octauus eſt, ſi ſeruus accuſetur de furto, ut in Lōba. de furt. l. ſi ſeruus. hodie tamen de conſuetudine permittitur habere campionem, ut per dominū Ioan. de ligna. in tractatu de duello. in §. circa ſextū. et quo ad hoc quod dicitur de conſuetudine, idē dominus Pet. Iac. in tit. de duello. in v. colum. in uerſicu. item rectè dicitur per me uel alium.

b ¶Nobili. *Adde, quòd ignobilis poteſt nobilem ad pugnam interpellare: ut in præ. §. ſi ruſti.*

c ¶Ad utrumque. *De forma autem uerborum, quibus uti debet pugil in hac ſpecie: uide do. Pet. Iac. de aure. in practi. l. j. in tit. de duello. prope prin.*

d ¶Periclitari. *Adde dom. Pet. Iac. in eo titu. in iiij. col. in uerſi. item rectè dicitur, faciam ſibi confiteri. & in ſequen. uſque ad uer. item rectè dicitur. & ſuper dicta pugna.*

SVMMARIVM.

a *Excuſationis forma inſtituenda per aduocatum, in cauſa duelli.*

QVAEST. CCCCCCXIX.

Meſſeigneurs, i'ay à propoſer par deuant uous, contre monſeigneur tel, que ie uoy là (ſi la partie eſt cheualier) pour monſeigneur tel, lequel eſt icy, aucunes choſes, eſquelles il chiet uillenie. Et Dieu m'ayde, il m'en poyſe. Car tant cōme i'ay ueſcu, ie ne ueiz oncques, audict tel, que bien & bonneur. mais ce que i'entēds à dire et à propoſer cōtre luy, ie le diray, cōme aduocat des cauſes, pourtāt cōme ma partie le m'a fait entēdāt, et ueult que ie le die, et ꝓpoſe, et m'en aduouera, ſil luy plaiſt, & promis le m'a, en preſence de uous, & le m'a baillé par eſcrit, en ſubſtāce, et le tien en ma main. car iamais par moy ne le feiſſe: car le dict tel ne fiſt onques mal à moy, ne moy à luy, que ie ſcache. Et auſſi, que uo⁹, Meſſeigneurs, ſcauez mieulz, que moy, chaſcū aduocat doit dire ce que à la querelle de ſon client faict. Pourquoy, Meſſeigneurs, ie uous ſupplye que ne uous deplaiſe, & que uous me uueillez octroyer, que ie le die et propoſe de uoſtre licēce. Et auec ce prie à monſeigneur tel, qu'il me pardōne. car ſe Dieu m'ayde, en tous autres cas, ie le ſeruiroye & obeiroye à ſon cōmandemēt. mais en ceſtuy cōuient il que ie face mō deuoir. Et lors la court luy dira: Or propoſez uoſtre querelle, & uous prenez garde,

que uous ne diſez choſe en laquelle il chée uillenie, qui ne face à voſtre q̃relle. car la court le uous defend. Item l'aduocat *doit dire, Meſſeigneurs, ie nediray choſe, de quoy ie ne ſoye, aduoué, & qui ne face à ma cauſe.* Et ce *faict il doit propoſer ſon faict au mieulx qu'il pourra, et au profit de la querelle, par les plus belles parolles & les mieulx ordonneés, qu'il pourra. Et ce faict il dira comme il s'enſuyt, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Actoris concluſio, in cauſa duelli.*

QVAEST. CCCCCCXX

MOn *faict ainſi propoſé, comme uous, Meſſeigneurs, auez ouy, ie cõclus ainſi que ſi ledict tel, confeſſe les choſes, que i'ay propoſeés eſtre urayes, ie requiers, que uous le condẽnez auoir forfaict, corps & biens au* Roy *noſtre ſire. Si ſit in regno* Frãciæ, *uel ſi ſit in hac patria Delp. à mõſeigneur le* Daulphin *pour les cauſes deſſuſdictes. ou que uous le puniſſez à telle peine que droit, ou couſtume, ou la nature ducas proposé deſire. Et s'il le nye, ie dy que mõſeigneur tel, ne le pourroit prouuer par teſmoings, ne autrement ſuffiſamment. mais il le prouuera par luy, ou par ſon aduoué en chãp clos cõme gẽtil hõme, faict retenue de cheual, d'armes, et de toutes autres choſes neceſſaires ou cõuenables à gaige de batailles, ſelon la nobleſſe, & luy en rend ſon gaige.*

SVMMARIVM.

1 *Concluſio pro reo in cauſa duelli, per aduocatum ſuum inſtituenda.*

QVAEST. CCCCCCXXI.

ET *au cas que la court diroit, que au faict que l'aduerſe partie ha proposé, cherroit gaige de bataille, il nye les choſes ꝓpoſeés aut cõtraire, & dit que celuy, qui les ha faict propoſer, mẽt, et qu'il ſe defendra cõme bõ, et loyal gẽtil hõme, qu'il eſt par luy ou par ſon aduoué faict retenue, &c. (ut ſuprà in authore dictũ eſt.)* Et *en baille ſon gaige.* Et *lors le defendant doibt dire à la court auant ce qu'il rẽde ſon gaige: Meſſeigneurs, ie diz que de tout ce, que tel ha faict propoſer contre moy, à tel aduocat, & il en ha aduoué, & trait ſon gaige, contre moy: il*

ment

ment, cõme mauluais, quil eſt de le dire, & tout ce quil ha faiſt dire & propoſer, ie luy nye tout. Et dy queau cas, que *uous diriez, que gaige de bataille ycheé, ie men defendray cõme gentil homme & loyal, que ie ſuis, & cõme celluy qui n'ha tort en la cauſe propoſeé contre moy.* a

1 ¶* Aduertendum tamen antequàm reus[a] defendens præmiſſa dicat, ipſe ſeu eius aduocatus debet proponere omnes cauſas quas poterit ad oſtẽdendũ, ꝙ locus non ſit duello. Et ſuper hoc ante omnia petere pronunciari per curiam. Item etiam aduertẽdũ, ꝙ antequàm reus dicat uelle cauſam ſuam per duellũ defendere, ipſe debet prius negare ex aduerſo propoſita: nam ſi prius dictã oblationem faceret, quàm dictam negationem, uideretur confiteri popoſita cõtra eum de conſuetudine, quod eſſet ualde periculoſum. Nam ſi ipſe eſſet ita confeſſus, non eſſet locus duello. Item caueat reus in concludendo, ut non dicat ultrà ſuprà d. Et cum reddam mortuum uel deuictum: quia tunc ut actor ſe obligaret ad unum de his, quod non faceret: ſed ſolum dicat ut ſuprà dixi. quia ſi dicat, & ego defendam me, &c. ut ſuprà. b & nõ ultrà procedat, [b] ad dicendum dicta uerba, Et cum reddam, &c. ſufficeret ſibi, licet nihil faceret in campo ad lucrandum cauſam, niſi aduerſarius eum incitaret, & idem eſſet ſi aduerſarius ſe non præſentaſſet: quia in iſtis caſibus lucraretur cauſam ſuam, & non faceret in caſu, in quo dicta uerba protuliſſet in primo caſu, licet in alio ſecus.

a ¶ Reus. *Qualiter autem prouocatus pignore pro pugna porrecto, & alijs dicendis de more dictis, & propoſitis per prouocantem dicere, & reſpondere debeat: uide dom. Petr. Iacob. in præd. titu. de duello. in quinta columna. in §. Martinus uero auditis.*

b ¶ Non ultrà procedat. *Adde dominum Petrum Iacobum, ubi ſuprà proximè in uerſi. item eſt cautela.*

SVMMARIVM.

a *Præſentatio in campo duelli, [a] quomodo & quando fieri debeat, & quæ proteſtationes ſint præſtandæ.*

QVAEST. CCCCCCXXII.

1 DE conſuetudine* debet ſe prẽſentare actor antequàm labatur meredies, & reus ante nonam: aliàs quicunque deficeret, caderet à cauſa ſua. Item ſit præſentatio coram conneſtabili b Franciæ ad campum, [b] qui in hoc caſu repræſentat perſonam regis, uel ſi ſit in hac patria Delphina. corã gubernatore Delph. qui repræſentat perſonam domini noſtri Delphina. prout uidi fieri coram domino de gaucori, M. ccccxxxvj. pro tunc gubernatore

natore huius patriæ Delphina. in facto pignoris dati per nobilem pellerini mandamẽti criminiaci ad effectũ duelli contra quendam Burgundũ. Et fit dicta præſentatio per uerba ſequentia.

Monſeigneur le conneſtable, (ſi ſit in regno uel ſi ſit in hac patria Delphinal. dicetur, monſeigneur le gouuerneur) ueez cy tel homme, lequel par deuant uous, (comme celuy qui en tel cas, repreſentés la perſonne du Roy noſtre ſire) uel ſi ſit in hac patria Delphina. dicetur: comme celuy qui en tel cas repreſente la perſonne de monſeigneur le Daulphin. Se preſente à tout ſon cheual, & ſes armes: & en habit de gentil homme, & de homme qui doibt entrer en champ pour combatre contre tel hõme au nom de Dieu & de noſtre Dame ſa mere, & de ſainct George le bon cheualier, au lieu, au iour, & à l'heure à luy par le Roy & ſa court aßigné. Et ſi ſit in Delphinatu, dicatur: par mõſeigneur le Daulphin, & par ſa court aßigné. Et s'apareille de faire ſon debuoir par luy ou par ſon aduoué des choſes, qu'il ha faict propoſer contre le dict tel, pour leſquelz gages de bataille ha eſte iugé en parlement par la maniere, que la dicte court ha ordõné. Et uous requiert, que uous luy faßiez partie, & baillie de champ: & ſe offre par luy ou par ſon aduoué, de faire ſon deuoir à l'ayde de Dieu, &c. Et faict proteſtation & retenue tant pour luy comme pour ſon aduoué, de muer, & changer cheual & armes tant pour luy, comme pour ſon cheual, & pour ſon aduoué, & de deſcendre & remonter, & reſtraindre ſon cheual, & elargir & de laiſſer combatre à pied ou à cheual, & de ſoy aider de toutes ſes armes, & de chaſcune d'icelles. Et laiſſer celles, quil auroit prinſes, ou doibt prendre premierement, & de prẽdre autre. Et de reprẽdre celles, quil auroit laiſſées premierement, ou autres: Et de toutes les choſes deſſuſdictes et chacune d'icelles, faire par luy ou par ſon aduoué toutes & quãtesfoys qu'il luy plaira,

plaira, & Dieu luy en donnera l'aiſement de faire. Itẽ faict proteſtation, que ſi le dict tel portoit autres armes au chãp, qu'il ne pourroit ou deburoit porter par la couſtume, que icelles luy ſoyẽt oſteés, & que au lieu d'icelles nulles autres il n'ayt, ne puiſſe auoir. Item faict proteſtatiõ, que s'il plaiſoit à Dieu, que il ne peult deſconfire ou uaincre ſon aduerſaire de iour, (laquelle choſe il fera ſi Dieu plaiſt) que il puiſſe continuer ſa bataille du iour de l'endemain, ou tel iour, que la court donnera. Et encores faict proteſtation expreſſe, de dire & de faire, & d'auoir tous les autres garniments qui ſont neceſſaires ou prouffitables, ou conuenables à gentil homme, en tel cas. Encores faict proteſtation expreſſe en general, & en ſpecial, & retenue que les choſes deſſuſdictes luy uaillent & prouffitent, comme s'il de chaſcune choſe à luy ou à ſon c *aduoué, neceſſaire, ou prouffitable ou conuenable, en tel cas faiſoit ſpeciale proteſtation, & diuiſemẽt par le nom deſſuſdict de chaſcune. Et les receuez, & ſes proteſtations, & ces choſes deſſuſdictes luy octroyez.*

¶Item reus faciet ſimiles proteſtationes ſuperioribus. ¶Itẽ dicunt quidã eſſe de cõſuetudine, ꝙ prouocatus antequã aduocatus ſuus ad aliquẽ finem aliqua proponat, debet dicere, quæ ſequũtur: Saluis & retentis meis rationibus, & defenſionibus, ꝑ me uel aduocatum meum proponendis contra propoſita contra me ad finem, quòd ibi non cadat duellũ. Dico ego talis, quòd in caſu in quo curia iudicaret ſuper propoſito contra me cadere duellum: dico, quòd talis mentitur de omnibus quę contra me propoſuit, & proponi fecit, & quòd ego me defendã, &c. Nam ut ipſi dicunt, Si non dementiatur eum, antequam aliquid proponat, habetur pro conuicto: licet retenutam feciſſet de ſe defendẽdo. Sed iſtud non uidi obſeruari. Et credo quòd ſuperius dicta ſufficiant. ¶Item dicunt in utroque, quòd ſi poſt dicti uadii propoſitionem recedunt à curia parlamenti ſine licentia curiæ, quòd recedens habetur pro conuicto. [c] Quòd credo uerum, maximè, ſi partes ꝑ cur. eſſent arreſtatæ poſt propoſitionem duelli, uel ſi recederet à uilla, in qua eſſet facta propoſitio duelli ad

locum

locum remotum, uel ad patriam ſuam. Prouocãs ad duellum, debet portare omnes armaturas ſuas, dum uolet intrare campũ, quibus uolet ſe iuuare in campo: & tenere capellum laxatum & uiceriam baiſſatam: & ſe gerere ſicut cum certabit cum aduerſario ſuo. Si autem faceret in introitu campi, uel lanceam, uel ſcutum, uel galeã, uel arma alii deferre dum intrabit: & ea non acceperit antequam intret campum uel uiſeriam galeæ leuatam deferret armis ſic per alium delatis, uti non poterit: & etiam oportebit eũ ſic duellare ut intrabit campum de conſuetudine prædicta: & econtrariò, reus poteſt intrare campũ uiſeria galeæ leuata: & ita eſt cõſuetum, & poteſt facere deferri per alium, ſcilicet ſcutum & lãceam: & poſt ſe iurare, & de conſuetudine. ¶ Et poſtquã ingreſsi ſunt campũ coram eis præpoſitis Dei euangelijs[d] prouocans accipiet prouocatum ſuum, cum manu ſiniſtra, & dextrã tenebit ſuper facta. Et dicet uerbã quæ ſequuntur.

Homme que ie tien par la main, par Dieu & par ſes ſainctz, ie te appelle, homme à cauſe que i'ay bonne querelle contre toy, & que tu occis tel homme en trahiſon, dont ie te appelle, & que tu le feiz faulcement, & que ie n'ay a *brief, ne pierre, ne herbe, ſur moy, par quoy ie te cuyde uaincre: mais par l'ayde de Dieu, & de mes armes pour cauſe de bon droict que i'ay. Et le deffendant, ſera ainſi, comme dict eſt, de le tenir par la main & dira: Par Dieu & par ſes ſainctz, i'ay bonne deffence contre toy, & m'as appellé faulcement & mauuaiſement, & as mauuaiſe querelle contre moy. & que ie n'ay brief, ne herbe, ne pierre, n'autre choſe, pour laquelle ie te doibue uaincre, ſi ce n'eſt par l'ayde de Dieu, & de mes armes: & pour cauſe du bon droict que i'ay.*

¶ Et eſt ſciendũ, quòd licet actor proteſtatus fuerit, de & ſuper præmiſsis iuxta ſuperius expreſſa: & licet uelit deſcendere uel mutare equum, uel alia facere de præmiſsis: licet poſsit facere licitè ſecundum dictam conſuetudinem: tamen aduerſarius ſi uelit poterit ipſum in deſcendendo occidere uel eum grauare, prout uolet, & Deus miniſtrabit non obſtantibus proteſtationibus ſuis, quibus non tenetur deferre, niſi uelit. Nec oportet in contrarium proteſtari, &c.

a ¶ Duelli. *Duellum an ſit licitum, uide*

nide Alexan. poſt Bartol.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure.

b ¶Campum, *Adde quòd cāpus iſte eſt locus amplus,ad duellandum electus, in ciuitate uel extrà : qui locus circumcirca clauditur chordis : & miſſo banno, quòd nullus audeat illum intrare præterquam pugiles, ut dicit domi. Ioann. de ligna. in præ. tract.de duello.in §.circa ſeptimum. in uerſic.v.quæro.*

c ¶Pro conuicto.*Vide quod dicit domi.Io.de Ligna. in tractatu de duel. in præ. §. circa ſeptimum. in uerſi. xiiij.& uerſi.xv & uerſi.xvj.*

d ¶Euangeliis. *Et ſic præſtat iuramentum ſub forma infrà ſcripta:de quo quidem iuramento tangit domin. Aluar. in uerſicul. feud.de pace iura.fir.in cap.j. in princip. in ultim.colum.in uerſiculo,quæro ſubſequenter. domin. Petr.Iacob. in allega.titu.de duello,circa princ. ibi,& promitto me per iuramentum,&c.*

SVMMARIVM.

a *Duelli unū exemplū,& eius origo.*

QVAEST. CCCCCCCXXIII.

DOMINVS Reginaldus de ponte in curia Frāciæ, Bernardum comitē conuenarū adiornari fecit ad ea,quæ ſibi ciuiliter uel criminaliter proponere uellet contra eum in præſentia curiæ ad certam diem ad quam proponi fecit, quòd cum quædā controuerſia fuiſſet inter dominum Gaufridum & eius patrem & dominam Margaretam eiuſdem comitis uxorem ſuper uicecomitatu Torane:demū mortuo dicto Gaufrido & dicto Reginaldo eius filio & hærede ſolo & inſolidum relicto,dictus comes ad dictam eius uxorem in mortis tali periculo conſtitutam quòd euadere non poterat, dictæ uxori ſuæ, quæ nunquā prægnans fuerat,falſum partū ſuper poſuit,uel ſupponi fecit ad hoc, ut dictum Reginaldū ſucceſſione de bonis prædictæ Margaretæ priuaret.Et quòd natum ex ea dictum partū publicauit : & poſt tres dies mortua d.Margareta, dictus falſus partus,ſicut per incantamentum uenerat,creſcit,& ꝙ hoc eſt actus, qui ſecretè per unā perſonā fieri poterat, & qui ſecretè fieri conſueuerat: & per teſtes probari non poſſet.Sed ſi dictus comes prædicta uera cōſiteretur, petebat dictū comitem condēnari, forteſeciſſe corpus & bona. & ſi negaret dict⁹ Reginaldus,paratus erat ipſa probare per ſe aut aduocatū ſuū cōtra dictū comitē facta retenta.Vlterius proponi fecit,ꝙ poſt mortē regis Ludouici cogitās quòd regina Clementia remāſerat ex eo prægnans:& quòd bonum eſt piſcari in aqua turbida : & ꝙ diſſenſio inter fratres eius eſſet, ſi dicta Regina pareret filiū ſuper regimine regni:& ſi filiam ſuper regno uolēs diminuere iura regni & coronæ quæ ſemper ſunt, & quibus uaſalli rege mortuo debēt fidelitatē, cōtra ſacramentum & fidelitatē ueniens proditionaliter & falsò uenit ad dictū Reginaldū , & ſibi dixit uel dici fecit

fecit, quòd ſi ſe ligaret per iuramentũ cũ eo, & ꝙ ſi faceret & haberet à futuro principe priuilegia & ea quæ uellẽt, & ꝙ eſſent dñi ipſius, & ꝙ finaliter cum pluribus de partibus illis præmiſſa tentauit, & ꝙ dictus Reginaldus ut bonus aſſentire noluit, & hoc
a eſt crimen læſæ maieſtatis*, concludens ut prius dictus Reginaldus aduocauit ipſum & proiecit uadiũ. Et poſteà aduocatus dicti Reginaldi dixit quòd præmiſſa faciebãt ad hoc ut aliqua quæ ſibi peteret, nõ auderet refutare. Dictus uerò comes ad finem ꝙ ad dictã accuſationẽ proponendã admitti non deberet, & ſi admitteretur, petitioni ſuæ reſpondere nõ teneretur tanquam ineptę & obſcurę, & ſi teneretur ꝙ in propoſitis non caderet duellum, & ſi non caderet pars aduerſa dictũ actorẽ per uiam accuſationis inſequi uellet ad finẽ abſolutionis, & hoc ciuiliter petendo ius per ordinẽ ſuper proponendis ſibi reddi. Sub proteſtationibus, &c. proponi fecit quòd à tempore regis Ludouici uſque nunc elapſi erãt quatuor anni & ultrà, & quòd ex tunc fuerãt quatuor reges in Frãcia, & quòd tanto tempore celaſſet præmiſſa: & ipſe in ſui propoſitione confiteretur ſe uaſallum & hominem ligium regis, & quòd talia dum prius ad eius deuenerant notitiam reuelare domino ſuo, cuius honorẽ & ſtatũ tãgebat, & nõ fecerat, cõfitebatur ſe proditorẽ domino noſtro regi eſſe, & fuiſſe, & ſic non reſtabat niſi executio in corpore & bonis, & ſic ad æqualem accuſationem, ut erat ultimò propoſita, uel minorẽ, ut erat prima, admitti nõ debebat: iuxta l. neganda. C. qui accuſ. nõ poſſunt. Itẽ, quia ipſe pro pacificando ſuper his, quæ proponere intendebat contra ipſum comitem, licentiam obtinuerat abſq; eo, quòd dixiſſet regi, & ipſum tangebat, &c. Petiit ius dici ſuper præmiſsis. Secundò propoſuit quòd dictus Reginaldus petitionem ſuam in utroque de dictis caſibus fecerat alternatiuè, & non deſignando tempus uel locum, ubi præmiſſa euenerant, quòd facere tenebatur, iuxta l. libellorum uulgatam. Quare non tenebatur eis reſpondere. Tum quia, in tantis criminibus non eſt licitũ uagari. Tum quia, præmiſſa declaratione factas ſuas defenſiones proponere poſſet magis clare. Et quòd ſic factum fuerat in uadiis propoſitis in dicta curia per Rogerium de andufia, contra Carolum artus, & Arnaudum de monte acuto contra Aymer de duro forti. & petiit ius ſuper præmiſsis. Item, ad tertium contra primam accuſationem licet dictum crimẽ fuiſſet commiſſum per dictum comitem, quod ipſe non fatebatur, propoſuit in caſu dictæ accuſationis, quòd crimẽ partus ſuppoſiti erat ſpecies criminis legis Corneliæ de falſis. C. ad l. Corn.
de

de fal.l.j.& l.cum ſuppoſiti.& ff. eo.l.cõtra falſam.Et quo crimine cauſa mortis nõ imponitur. ff.eo.l.ij.§.fin. & C.eo.l.ubi. cũ ibi no.Et ſic ibi non cadebat uadiũ duelli,iuxta dictas ordinatiões.Itẽ,quia ſi partus eſſet falſus,uel uerus, probare poterat[b] per teſtes.ff.de Carb.edi.l.ij.§.duel.& de quæſti.l.cũ extraneo. §.j.& ſic ſecundũ d.ordinatiões ibi non cadebat duellũ.Itẽ, quia non propoſuerat d.comitẽ per indicia uel ueriſimiles præſumptiones ſuſpectũ,& ſic ſecundũ dictas ordinationes non cadebat ibi duellum.Item dicta Margar.fuerat prægnans,& pro tali ſe gerebat,& prægnans exiſtens fecerat teſtamentum,in quo partum ex ea naſcendum hæredem inſtituerat,& ſibi ſubſtituerat dictum ſuum uirum,& pepererat, ſana exiſtẽs,illa infirmitate excepta,quam pro illa habuerat unam filiam uiuam,& ueram ſigna partus de nouo partu ex dicta domina habentem, in præſentia quàm plurimarum perſonarum bonarum,& fuerat baptizata tunc per epiſcopum Carcaſſonenſ.Et quòd poſt dictũ puerperium dicta domina Margareta per ſex ſeptimanas uixit. Et poſtquam deceſſerat dicta eius filia ſuperſtite, quæ poſt mortẽ dictæ matris ſuæ uixit per ſeptẽ ſeptimanas. Ad ſecundum,quòd dicebat caſum prædictum eueniſſe:imò contrarium, ſcilicet non eueniſſe;nec ipſum ſuſpectum pro his.Item dato abſque præiudicio,quòd ita accidiſſet, non commiſiſſet crimen:quia ligare ſe pro habendis libertatibus,non erat res illicita.imò ſic ſe ligauerant ad Regem Campani,& Normani.Item, ꝙ non erat crimen læſæ maieſtatis[b], cùm nec contra principem uel eius aciem uel rempublicam factum proponeretur:quia comes poſt mortem dicti regis bene & fideliter ſe geſſerat ad maiora,quæ eſſent in regno, cui eidem commiſſa fuerant,hæc offerẽs prout in facto ſunt ſe probaturum, negans cætera. Et dictus comes ultrà procedens,ſaluis proteſtationibus pro ipſo propoſitis,& reddito iure ſuper utroque, per ordinem, expeditus fuerat.Et aduocatus ſuus dixit,quòd ubi curiæ uideretur quòd ultrà procedere haberet, & quod ualidum ibi caderet facta retenuta de equo & armis, & aduocato ſuo dicit,quòd dictus Reginaldus mẽtiebatur ſuper præmiſsis, & ſe defenderet per ſe uel aduocatũ ſuum,ut bonus & legalis proiecit ualidum ſuum.Et duplicatum & triplicatum fuit ibidem hincinde. Et dictum fuit per arreſtum curiæ, quòd non obſtantibus propoſitis,dictus Reginaldus admitteretur ad accuſandum, & quòd petitio erat reſponſalis.¶ Item, quia de primo caſu ad quædam propoſita per dictùm comitem probatio erat admittenda:licet

criminalis eſſet de ſe. Sed in ſecundo caſu, non obſtantibus ex aduerſo propoſitis, inſpecta natura ipſius, & quod in dictis ordinatiõibus fiebat de eo expreſſa mentio: & aliàs fuerat arreſtũ datum, ſuper hoc uadium cadebat. Et eum ibi curia pronunciauit. Nota ergo de ſtylo in perſonam condemnandam pro tali crimine ad dictam accuſationẽ admitti. Sed fortè ideò hoc fuit factum, quia fortè dictus Reginaldus reuelauerat Regi Philippo: & etiam curiæ tempore dictæ licentiæ impetratæ: & hæc dicit aduocatus dicti Reginaldi: & hoc fore conſtabat curiæ. Item quòd ſolus conatus ſufficit. Item, non oportet aliquem dicere ſuſpectum. Item, erratum fuit in præmiſsis pro parte dicti comitis. Primò, quòd aduocatus ſuus non accuſauit pro honore. Secundò, ad finem abſolutionis non propoſuit, ut ſuprà: licet tẽpore feciſſet. Tertiò, quòd dictus comes uocauit eũ de mentiendo proditorem falſum: & ſic ſe quaſi actorem dedit. De materia duelli, uide gloſſ. & Bal. in feud. de pace tenen. & eius uio-
c lato. in vj. col.[c] & ibi etiam habetur de bannito: & quare quis bã-
d niatur. ¶ De materia duelli[d], ui de plenè per dominum Iacob. Rebuffi doct. nouiſsimum actu legentem dudum, M.cccclx. in montepeſſulano, in l. una. C. de gladiatorib. lib. x. ¶ De hac materia duelli, uide etiam plenè per fratrem Raymundũ in ſumma ſua de caſibus in tit. de duello. & ſub rubrica, ui bonorum raptorum.

a ¶ Læſæ maieſtatis. *Maximè pro hoc crimine iure permittitur iniri duellum: ut inſtit. de hæredi. quæ ab inteſtato deferũ in §. per contrariũ. in glo. in uerbo, perduellionis.*

b ¶ Læſæ maieſtatis. *Vtrum crimen aliquod cenſeatur eſſe de capitibus legis Iuliæ maieſtatis: uide dominum Azo in ſumma. C. ad legem Iuliam maieſtã.*

c ¶ Vj. colum. *Videlicet in uerſi. ſed iſtud. & adde ibi do. Alua. à principio uſque ad §. mercator. & uide omnino do. Roſe. Beneuen. in tractatu de pug. ubi per xij. quæſtiones materiam duelli, plenè explicat, ut refert do. Alua. ubi ſuprà in iiij. col. in uer. & hac gloſſ. ccxxiiij.*

d ¶ Duelli. *Sunt enim, qui autumant ex quadam conſideratione paris uel imparis numeri literarum nominũ ipſorum pugillum in utroque ſeu eorum altero exiſtentis euentũ duelli ſe poſſe uerè prænoſticare, ut his uerſibus legitur contineri. Si paribus, uel diſparibus, eõſtent elemẽtis Nomina, pugnatur, pars uincitur aggredientis. Imparitas autem paritati ſi ſocietur, Hoc tibi ſit certum, quod defenſor ſuperatur. Sed hoc quidem pertractare, hiſue fidem adhibere, utique ſuperſtitioſum & truſas eſſe nõ ambigitur. quia & gladio ultore ſanctiones imperiales perſequuntur, ut l. nemo. C. de male. & mathema. de. hoc plenius per do. Pet. Iac. in præ. titu. de duello in xiij. colum. in*

§. circa

§.circa duellum.

Tu adde quòd de conſuetudine non poteſt duellum à iure reprobatum fieri licitum,& impunè committi,ut not.Pe.de Ancha.in c.Henricus.de cle.pug.in duel.in ij.not. & ibi etiã aßignat plures ratiões,quare in deſectum probationis duellum eſt prohibitum.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe an poßit cauſam principalem ſubdelegare.*

2 *Locumtenens poteſt expedire ea quæ ſunt meri imperij,de iure canonico.*

QVAES. CCCCCCXXIIII.

1 CLARVM eſt,quòd princeps delegat*cauſam criminalem,ut probatur in l.quoties.circa princip.ibi mandauerit &c.C.ubi ſenatores uel clariſsimi:ſed eſt dubium,an delegatus à principe poſsit cauſam criminalem ſubdelegare.Sed Barto.in l.j.in fin.C.qui pro ſua iuriſdictio,tenet quòd ſic,uidelicet,quòd poteſt[a] cauſam criminalem ſubdelegare:& ita ſecundum hanc partem uidi uti & ſeruari in hac curia parlamẽti Del-

2 phin.¶*Vnum aliud notã circa hanc materiã:quòd licet ea quę ſunt meri imperii per locum tenentem non poſſunt iure ciuili expediri.l.ſuggerente.C.de officio eius,qui uicem alterius iudicis gerit:tamen de iure canonico poſſunt:ut no.Bart.[b] in authen,ſed nouo iure.C.de ſeruis fugiti,& hoc caſu ſeruat ius canonicũ de ſtylo curiarũ præſentis patriæ Delph.&c.

a ¶Quod poteſt. *Hanc opinio.firmat pluribus rationibus do.Cyn.in l.una.in iiij.quæſtio.C.qui pro ſua iuriſdict.iudi.da.poſ.*

b ¶Vt not.Bart. *Voluit allegare domi.Bald.in princ.in uer.de iure tamen canonico.qui ad hoc allegat c.in archiepiſcopatu.extrà de rapto.*

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ,quas quis domi feciſſet,an debeant referri in taxam expenſarum.*

QVAES. CCCCCCXXV.

SI quis condẽnatur per hanc cu.parla,aut per aliũ iudicẽ inferiorẽ,in expenſis cauſæ, an 1 in taxatione ipſarum*expenſarũ debeat de iure haberi conſideratio ad expenſas, quas quis domi ſuæ[a] feciſſet:uerbi gratia: taxantur uiagia ad rationẽ quinque groſſorum pro die incluſo equo:certè debet haberi cõſideratio,quòd ipſe qui fecit expenſas,expoſuiſſet in eius domo, pro ſe & equo ſuo,pro qualibet die duos groſſos:& illi duo groſſi debẽt deduci de qualibet die uiagiorum, & portuum literarum.Ita uoluit Inno.in c.fin.extrà de do.& contu.Sed ego nunquam uidi talem deductionem in taxatione expenſarũ fieri in hac curia parla.nec in aliis curiis præſentis patriæ Delphi.& credo ꝙ ſtylus curiarum in hoc derogaret iuri.¶De hac materia,uide per Io.Fab.inſt.de pœ.te.liti.&c.

a ¶Domi ſuæ. *Ratio autem expenſarum,quas quis domi feciſſet, niſi in*

domo uixiſſet ex artificio, ut not. dicit do. Panor. in c. finem. in antepen. col. uerſi. quid autem ibi, an autem, extrà de do. & contuma.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellani an poſſint mulctas imponere.*

2 *Caſtellanorum iuriſdictio, an poſſit prorogari.*

QVAEST. CCCCCCXXVI.

1 De iure caſtellani Delphinales nõ poſſunt* mulcta-
a re[a]. caſus eſt. expreſſus in l. ij. in §. fi. de iud. Tamẽ de cõſuetudine generali huius patriæ Delph. caſtellani Delphi, mediati, & im-
b mediati, cõſueuerũt mulctare[b], & inde iudices Delphi. & ſimiliter iudices baronũ & banneretorũ cõſueuerũt dictas mulctas in eorũ aſsiſiis & in ſedibus ſuarum iudicaturarũ declarare & adiudicare. ¶ Sed quid de iudicibus delegatis, an poſsint mul-
2 ctare? uide ſ. q. lx. ¶ *Sed quia ca-
c ſtellani[c] habẽt in hac patria Delph. iuriſdictionẽ limitatã poſſe cognoſcere, uſq; ad duos flore-
d nos[d]; An eorũ iuriſdictio poſsit de maiori ſumma uel de alia re prorogari conſenſu partiũ? Sal. q̃ ſic, in l. certa ratione. in q. pe. C. quãdo prouo. nõ eſt nec. pro Sal. eſt tex. in l. qua de re. in §. j. ff. de iud. uide Ang. in l. ſi idẽ cũ eodem. ff. de iur. om. iud. & Alb. de Roſ. ubi dicit circa fi. q̃ ſi iudex iudicet contra ſuam iuriſdictionẽ, nõ ualet ſententia. l. j. ff. de iudi. niſi de conſenſu partiũ. l. j. ff. de iud. & hæc fuit opi. Odofre. in l. fi. ff. de iur. om. iud. & de hoc no. per Io. And. in c. ea quæ fiunt. de iud. uide Spe. in titu. de ſen. §. propoſitiones. uer. itẽ eſt nulla ratione quãtitatis. ¶ Circa hanc materiam aduerte: quia ſi ſentẽtia nõ ualeret uigore propagationis, tũc ualere poſſet in uim pacti. glo. eſt, quam ibi ſequitur Iac. de Bu. in l. ij. C. cõmu. utriuſ. iud. & glo. in c. à nobis. in gloſ. fin. extrà de ſen. excommu. ¶ De materia prorogationis iuriſdictionis caſtellanorum: uide etiam quæ dixi ſuprà quæſtione cclxxxv.

a ¶ Non poſſunt mulctare. *Et eſt ratio: quia cum caſtellani non habeant poteſtatem caſtigandi, etiam mediocriter, aut leuiter, non ualent mulctam de iure iudicare. Is enim magiſtratus poteſt mulctare, qui poteſt caſtigare: & pro modo caſtigare, mulctam imponere: ut not. do. Azo in ſum. C. de defen. ciuita. in §. quod autem.*

b ¶ Conſueuerunt mulctare. *Videtur tamen, quod nõ poſſint, niſi paruis mulctis, per ea quæ dicit do. Pau. de Caſt. in l. ij. §. is autẽ. circa princ. ff. de iudi.*

c ¶ Sed quia caſtel. *Adde de hac materia per iſtum, conſi. cxxx inci. uidetur quòd domini. nu. 5. nec poteſt inualidari. ibi, tum quia iuriſdictio. & conſi. cxvj. incip. circa proceſſum. in princ. & per totum.*

d ¶ Duos florenos. *Imò uſq; ad lx. ſolidos, ut in primo capite ſtatutorũ Delphi. ſuper poteſtate caſtellano. edict. cautum erat.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an faciat quem teneri praciſè ad factum.*

QVAES. CCCCCCXXVII.

IN obligatiõibus facti,in quibus quis nõ poteſt* iure præciſè cõpelli ad factũ, in l.ſtipulationes. §.Celſus.ff.de uerb.obl. & in l.ſi quis ab alio.ff.de re iudi.¶ Tamen propter interpoſitionem iuramenti poteſt quis præciſè cõpelli[a] ad obſeruantiã facti[b], per c.ex reſcripto.extr.de iureiu.& no.glo.in l.ſi pecuniã.ff.de condict.ob cau.ita etiã expreſsè tenet Henri.de Bouen.in ſua repeti.authẽ.ſacramen.C.ſi aduer.uend.in materia effectus iuramenti,& quòd prætextu iuramenti quis poſsit cõpelli præciſè ad factum,tenet glo.in terminis,in l.ſi pecuniã.ff.de cõdi.cau.data,cauſa nõ ſecuta:& hoc tenet ibi Bal.Item iuramentum operatur,ut quis nec iure nec de facto cõtrauenire poſsit aduerſus contractum iuratũ:hoc tenet gloſ.& Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epiſ.& cler.ſuper uerbo ratũ.ibi,dum dicit,ratũ ſcilicet de iure firmũ & de facto.Et ita etiã fuit determinatũ in camera cõſilii per dominos meos parlamẽti die xij.mẽſis Septẽb. M.ccccl x.circa diffinitionẽ proceſſus:tunc diffiniti in manibus Ioan.Iofre.ſecretarii Delph.inter Ioannem Fraucharenti ciuẽ Grationo.& Andr.de Sal.& Stephanum autrendi,in d.cauſa interuenientium.

a ¶ Præciſè compelli.*Iſtud limita, niſi ingrederetur religionẽ, tunc poteſt promiſsionem facti non ſeruare. Spe.de ſta.mo.§ ij.uer.xxviij et ſeq.*

b *Ad obſeruantiam facti.*Idem tenet do.Iaſ.in repe.l.ſtipulationes nõ diuiduntur.col.xxij.uer.ultra limitationes.in ij.lect.ff de uerb.obl.ubi ponit regulam, quòd in obligationibus facti nõ tenetur quis præciſè ad factum,ſed ſoluendo intereſſe,liberatur.quam regulam limitat quatuor no.modis,& inter cætera dicit,quod propter iuramentũ obligatur præciſè facere,nec ſoluendo intereſſe,liberaretur per gloſ.reputatam ſingularem in l.ſi pecuniam in princ.in glo.paruula,in uerbo,neceſſe.hic alleg. Quatuor alias fallentias ponit do. Ale.in d.l.ſtipulatiões nõ diuidũtur. & quinq; alias fallentias enumerat Bald.in add.Spec.in tit.de intereſſe.uerſi.& nota,ꝙ aut merũ factum.*

SVMMARIVM.

1 *Nuncio Delphinali ſuper opprobrioſa reſponſione ſibi,ut ait,facta, non creditur.Fallit,nu.1.*

3 *Seruiens Delphin. qui falsò refert, qua pœna puniatur.*

4 *Seruiens,ex officio ſuo poſsitne quem citare.*

QVAES. CCCCCCXXVIII.

NON debet de iure credi nuncio ſeu ſeruienti Delphi.* ſuper opprobrioſa reſpõſione ſibi ut aſſert facta per citatum.Nec etiam ſi talis ſeruiẽs referret ſe fuiſſe percuſſum uel uerberatum per talem citandũ: ut C.de accu.l.ea quidem. Sed ſimpliciter ei credi debet ſuper

a citatione [a]. & hoc ex quadam conſuetudine: ſicut & ſacerdoti creditur, ſi dicat ſe citaſſe ſuum parochianum. Ad idem etiam creditur ſeruienti referenti ſe non reperiſſe bona mobilia in executiõe iudicati.ita dicit Bar. in l.à diuo Pio.in §.in uenditione.ff.de re iud. Admittetur tamē ille, qui dicetur citatus, ad probandum contrariũ.arg. C.de cõtrahen.& cõmittenda ſtipu.in l. optimam.in fi.& forte per iura-
b mentum [b] inſpecta conditione nuncii, ſeu ſeruientis, & illius citati, & cõſiderata qualitate negocii, ſecundum Pe.Iac.in ti.de conſtituta pecunia libellus.ibi, nec etiam deberet credi execu-
2 tori &c. Quicquid* tamen ſit de iure, cõſuetudo Francię & pręſentis patriæ Delphin.ſeruat, ꝙ creditur tali nũcio ſeruiēti Delphina.uel ſacerdoti, ſi referat ſe fuiſſe percuſſum uel uerberatũ per citandũ in ipſa executione.
3 ¶ * Sed qualiter puniatur talis ſeruiens Delphi. ſi falſam relationem faciat? uide Spe.in ti.de executore.§.j.uerſ. ſed qualiter &c. ¶ In quā pœnam incidat ille qui remouet literas iudiciales à manu ſeruientis Delp.uide quæ ſcripſi ſ. q. cccccclxxix.circa finē. ¶ Et de illo, qui eripit aliquem à manu ſeruiētis, uide ibidē. ¶ Si nuncius ſeu ſeruiens accedat ad aliquem citandũ, & eum nõ reperiat, an ſufficiat ſibi dimittere copiā literarum in domo habitationis alicui ex familia citandi? uide quæ plenè dixi ſ.q. cxcj.in gl. ſuper uerbo domicilia. ¶ * Vtrum ſeruiēs ex officio 4
ſuo poſsit aliquē citare? Dic ꝙ non, ſine mandato [c] iudicis.c.cũ c
clericus.C.de epiſ.& cle.& uide Bar.in l.fi.C.de req.reis. Qualiter puniatur ille, qui eripit & liberat captiuatum à manibus ſeruientis? uide quæ ſcripſi ſ.quæ. cccccLxix. ¶ Qualiter offendens ſeruientem, uel alterum officiarium Delphin. exercentem eius officium, puniatur: uide ſ.quæſt. cccccLvij.

a ¶ Citatione. *Adde do. Bart.in extrauagā.ad reprimēdum.in uer.per nuncium.circa fi.ibi ſed an eodem.et c.cum parati.de app. Spe.de cita.§. ſequitur uidere.uer.ſed nunquid uerum in denunciãdo crimina, non creditur nuncio etiam publico, & iurato, ut ibi dicit Spec. & hoc intellige uerum, quo ad condemnandum, non quidem quo ad inquirendum: quia ad relationem nuncij poteſt inquiſitio formari: ut no.do.Bar.in l.j.§.cura carnis. in uer.et no.ibi, ad referendum ſibi.ibi, et hoc quãtum ad maleficium puniendum & c.ff.de offic. præfe.urbu.* Et *uide omnia, quæ primo loco in hac apoſtilla inducta, & alia ad materiam facientia.d.* Ang. Are.*in trac.maleficiorũ.in gl.ſua.in uer.*Petro *publico, et iurato nuncio.*

b ¶ Per iuramentum. *Adde d.* Ang. *ubi ſuprà, in glo.præ.in uerſic.ſi autem dicat ſe citaſſe.*

c ¶ Non ſine mandato. *Adde do.* Bart.*ubi ſuprà, in extrauaganti, ad reprimendam.in præ.glo.ſuper uerbo.*

bi, per nuncium in uerſiculo, nec poteſt nuncius.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio an continuetur contra ſucceſſorem in beneficio, uel in re prophana.*

2 *Tunc, dictio, denotat extremitatem temporis.*

3 *Verba, ad aptitudinem ſæpe, non ad actum referuntur.*

4 *Poſſeſſio, duplex eſt.*

5 *Poſſeſſio, dictio, eſt ambigua.*

QVAES. CCCCCCCXXIX.

